AULI GELLII

NOCTES ATTICÆ

EX EDITIONE JACOBI GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1824.


HA ED
UNIVERSITY
LIBRARY

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

JACOBI GRONOVII

PRÆFATIO

AD LECTOREM.

NON memini ab ullo industriæ meæ specimine me discessisse lætiorem ad verba tecum de eo facienda, quam cummaxime ab pervigilio, quod his Noctibus iterum impendisse me vides, quo tu, mi Lector, lepidius et venustius easdem deinde vigilare posses. Erat quidem id jamdiu necessarium; sed ab eo aversum me et abhorrentem magis sensi, quam ut vel ab librariorum petitione, vel ex causa mearum, quas sæpe, immo assidue versando alleveram, liturarum converti illuc potuerim. Querebantur quidem illi ab se requiri quotidie Gellios, et nullos exponi venum posse. Nec minus hæ urgebant, ut diu suppressæ tandem venirent in usum et notitiam, aut spem implerent Gellii adjuvandi. Justa in utroque genere non diffitebar, sed ad tædium ibam recordatione casus, quem Patri accidisse nunquam dememinero, ut quem hic labor velut ferale quid apportans obsopivit, et Gellianæ operæ ista merces fuit, ut opprimeret istam manum, priusquam ad calcem veniret; illud videlicet ipsum, quod tot aliis eandem ad provinciam comparatis evenit; et licebat utique metuere exempla. Sed quid multa? Cum sic diu affectus essem, nunc tempus ipsum hanc rem egit. Etsi enim mea ratio mutata non esset, tamen quanta pertinacia quantoque animi studio

antehac me immunem hujus laboris optavi curavique, tanto impetu nunc expertus fui me impelli ad eum subeundum, ut patientia vix libera superesset. Huic tempori debebatur tanto majore jure talis labor, quoniam præcedenti sæculo tam frequens et lætus scriptionum proventus extitit, in quarum nulla non videas Gellium ad partes vocari, ut citetur, mutetur, explicetur, judicium in eo exerceatur etiam ab illis, qui ut conditionem Gellii noscerent, pedem unquam non moverunt nec ullis insistere videas auxiliis. Idcirco ista, quæ vides, adhiberi tandem et colligi ad pretium statuendum et Gellio consulendum referre videbatur. Urebat me ipse cupiditatis paternæ ardor in harum Noctium splendore augendo et instaurando. Hanc ipse mihi privatim, per literas amicis sæpe testatus erat, et referebat cogitatio ; etiam lineamenta principii nuper editi oculos identidem ferientia hoc me vocare videbantur. Sic tormento velut adactus sum, ut ne diutius tot literulas vel ab ipso vel a me confectas et ad harum Noctium ingenia illustranda atque ad originis suæ venustatem, unde per nefas fuerunt nimium abductæ, reducenda, ut forsan non per omnia, sic multum certe efficaces ac validas paterer segnes et inutiles jacere. Non jam ultra deterrebar omine, quod scirem tractari a me scriptorem tam violentæ et perniciabili execrationi obnoxium et quasi devotum, ut ejus accuratior emendatio nulli eorum, quos bene politos et huic negotio pares legimus adeo multos auxiliari et opem ferre ista ratione voluisse, filumque hoc exorsos fuisse, fauste et pro voto cesserit : adeo ut cum partim memorentur multiplices curæ in ejus bonum exhaustæ, partim quoque extare jam cœperint primordia scriptionum satis fervida, universa tamen ab invidia quadam velut Saturni facile fuerint præcisa et interrupta. Non est credo liber, circa quem magis acres et urgentes et bene multa pollicentes extiterunt conatus hominum doctorum prope finem sæculi quintidecimi et initia sequentis ad eum illuminatione ingenti poliendum, quam hic ipse Gellius. Non aliter ac si hunc esse statuissent, qui vel maxime posset explorare illorum studia ista et re-

rum varietate et styli proprietate ac plenissimum illis conciliare decus. Sed quasi tactio ejus foret equi Sejani possessio, universa interciderunt. Nomina recensere non est jam necesse, cum ipsæ post hanc Præfationem, quam onerare nolo, paginæ sint quasi per fletum lessumque exclamaturæ, quot fateantur operosos se et pervigiles fuisse adjutores ad abigenda ab his Noctibus tam Attice, tam urbane modulateque traductis omnia nubila aliunde contracta, sed ita ut et æmulos quamplures ejusdem voti laudent indicentque. Verum victrix triumphavit fortunæ publicæ calamitas, et vastitas quædam Gellio sic fuit addita, ut integro meditationis contextu et quasi cohærente corpore exornari eum contigerit ab nullo istorum, quos præsumere licet ad tanti operis molitionem congessisse materiam æquam et robur huic fiduciæ conveniens. Nemo istorum, qui id egisse se ostenderunt, ut varia priscarum rerum seu Romæ seu per Græciam lectione imbuti nanciscerentur libros ante sæcula scriptos, eosque studiosa attentione inspicerent, potuit hoc obtinere, ut essent perficiendo Gellio. Decolavit labor et spes omnium, et cujus generis cumque promissa forsan eventui jam proxima in nihilum abierunt. Quando ecce amputata omni expectatione nec ulterius residua ulla pollicitationis tam densæ parte, Patri meo in mentem venit circa annum 1650. partem otii sui in Gellium conferre, ea fortuna, ut editionem daret congruentiorem voluntati et scopo auctoris, quam ullus ante dederat. Itaque hactenus feliciter ea res cessit, nec ultra licuit prodesse. Sed cum volventibus annis de multis peculiariter in consilium ire, modum reponendi veri ab ipso excogitatum proponere et commendare, quicquid ruptum fractumve esse animadvertebat sanare institit, afflatus hinc abiit. Non fui immemor tam diri fascini, et debui cavere; unde dum hac re occupor, tanquam nullus forem, de medio subduxi me et latendo celare annisus nihilque nisi Gellium versans, nequaquam sategi, quid hic illic scriberetur atque exiret, et sic effugisse me lætor. Nihilominus Pater efferendus in hoc luctificum specimen horas suas Gellio acrius et pres-

sius exigendo tradidit, non tam novum opus inchoans, quam curam priorem renovans, prout magis colligo ex ipso conspectu exemplaris, quod in Gallia ab eo adhibitum scio, cum chirographum esset juvenilius et minus constans, quam ex certa scripti notitia.

Ita vides mihi oboriri opportunitatem enarrandi subsidia, quæ paulatim multiplicata huc detulerunt Patrem, ut de edendo Gellio cogitaret, eumque cuperet in beneficiis suis deferre. Unde etiam mihi necessitas posita fuit altius penetrandi ad recognoscenda chirographa sive paterna sive aliorum, quæ mihi relicta et ad manum sunt, quam potui facere intervallo toto, quo a nobis discessit Pater; ut agnoscas aliam causam lætitiæ ex opera Gellio data. Reliquit enim Gryphianam editionem anni 1539. quam variis lectionibus oneravit a libro nono ad finem, quarum ipsum chirographum ostendit juventutis lætitiam (perinde ut in aliis illis, quæ per Gallicam peregrinationem collegit) majorem quam cum multis annis post excerperet easdem ex codicibus Vossianis. Hic inter prima scribitur 'Initium libri Mem.' etiam in fine 'Huc usque Mem.' unde censui indicari codicem Memmii, quod nomen ut et Menardi habuit in ea regione pergratum, etsi postea plerumque notaretur *Me*, et insuper passim *Ch.* quasi Chifletii aliquid innueret. Cum horum priore plerumque conspirat altera collatio instituta antea ab viro docto fine anni 1594. ad editionem Gryphii anno 1534. quæ et ipsa ab Patre mihi relicta est, cujus paginæ ubique signantur litera P, notavitque in fronte manus ejus, qui contulit, fuisse Pauli Petavii Senatoris. Hac prima occasione conciliatus Gellio et ex Salmasii scriptis lectionibusque in Regio Galliæ codice sparsim productis adeptus conspectum Gellii longe alium, quam habuerant priores, quem tamen et editor Lugdunensis anni 1644. habere poterat et debuerat, ut Præfatione ex monito et indicio Salmasii præponenda conspicuam faceret rationem scriptionis Gellianæ, accessit denique ad exemplar editioni parandum, quam procuravit Ludovicus Elzevirius, certe castigatiorem prioribus omnibus, ut merito dixit in indice.

Id vero ita administravit, ut lateret, malletque tacitum fovere, quod intus cogitabat multi posthac et alterius laboris, quam in publicum efferre et ad pollicita efflanda projectum se ostentare, quæ an esset præstiturus, necdum etiam in sua habebat potestate. Itaque cum fidem suam non interposuisset, tamen ipse seu sponte sua aliquid ulterius hoc principio agitavit, sive incensus et adactus stimulis aliorum nequivit abstinere, quin omni hora, qua poterat, huc se referret. Tempus hoc cum inciderit in illam pueritiæ meæ partem, qua in Epistolis ad Janum Ulitium me vocat contubernalem suum, et qui centum Latina vocabula tenerem anno 1650. Kal. Mart. nihil de eo possum edere peculiare, ut qui ignorem universum, et ideo sufficiet profiteri quid postea repererim hujus generis ac deprehenderim, ut inde colligatur. Incidit enim in oculos Epistola Caroli Annibalis Fabrotti 8. Kal. Mart. 1652. scripta, unde istud quod sequitur specimen excerpsi. 'In Auli Gellii Noctes nihil moliris? emendatissimam editionem nullisne notis illustrem reddes? — Multa in Gellium dudum observavi spectatæ fidei libris usus. Sed his nondum manus accessit ultima, et mallem spicilegium tantum a te mihi relictum, quam uberes commentarios scribendi occasionem.' Similia venisse animadverto ab aliis; sed non est mihi tempus evolvendi omnium et exscribendi, quibus obruor. Propterea semper admonitus nullam omisit occasionem multiplicandi instrumenti, quo ornatus fateri posset, quod diu coxerat. Hinc nescio quomodo aut quando compos factus collationis duorum Regiæ bibliothecæ codicum, quos instar omnium esse noverat, vel quam Salmasius instituerat, vel quam Lambecius, et sic velut fine votorum jam fruens ne sic quidem justa supellectile succinctum se statuens, opperiri etiam tunc voluit alia tempora. Interim accessit beneficiis Cl. Schefferus, cujus citationem cum frequenter offensurus sis, occasionem ejus codicis huc quoque advocati discas licet. Ita enim illi scripsit Pater prid. Id. Februar. CIↃ IↃC LXVII. 'Video in Militia Navali tua te mentionem facere Ms. Gellii tui. Huic ego scriptori

jamdudum est cum impertivi aliquid operæ, et plus debeo. Contuli enim cum codicibus bonæ notæ, et sylvam paravi observatorum non spernendam, quam nuper a Livio vacuus digerere cœpi, nec nunc aliud agerem, nisi me ad Tacitum avocasset Elzevirius. Itaque diffindere illi diem compellor: non abjeci tamen, sed identidem resumo, et si Deus Opt. Max. vitam et vires dabit, multis partibus cum tibi nitidiorem sistam. Hic tu vide an tuum illud vetus exemplar symbolam mihi conferre velis: sive ipsum mittas (quod quidem optimum erit: sed vereor, ne sit improbum desiderium: itaque si gravabere, non irascar tibi) sive varietates excerpas, aut ab homine industrio excerpi cures. Sed ante omnia videndum, an sit tanti. Itaque scire gestio, in membrana scriptus sit, an in charta? quam opineris ætatem? Græca habeat expressa, an dissimulet? integer sit, an ut plerique a nono aut decimo libro initium faciat? et si integer est, an Præfationem, quæ in vulgatis ad finem adhæsit, suo loco habeat? item ut concipiat principium lib. I. cap. I. ‘ Plutarchus in libro, quem scribit ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορὰ,’ &c. longitudinisque Herculis præstantia. Longe aliter enim optimi quique. Hæc igitur oro te, doceas quam primum.’ Ad quæ hoc sensu respondit Schefferus 15. Martii 1667. ‘ In Gellio reformando te occupatum esse lubentissime audio. Scilicet aut tu eum restitues nobis, aut nemo. Itaque ad hoc tam egregium diuque exoptatum munus, quo beabis orbem eruditum, vires valetudinemque tibi a divina gratia ex corde precor. De meo codice sic habe breviter: Scriptum esse in membrana, literis non inelegantibus, viderique trecentorum circiter annorum ætatem referre. In pagella prima membranacea hæc habentur scripta: ‘ Nicolaus Beraldus attulit e Massilia An. 1533.’ Subditur, sed alia manu: ‘ Exemplar infidum.’ Inversa facie legitur rubrica notatum: ‘ Don. Joannis Lunæ et amicorum suorum.’ Quali rubrica, non ex minio vel cinnabari, sed ligno Brasiliensi excocta cum et Græca scripta sint in libro ipso, quæcumque ibi extant, de illorum ætate licebit forsan aliquid colligere. In

eadem legitur: 'Emtus a me XXIV. solidis Turonensibus Parisiis a typographo Vasceno An. 1588.' Additur sed ab alio: 'Manus O. Georgii Obrechti.' Liber hic ad me pervenit ex bibliotheca Berneggeriana munere hæredum. Et in fronte manu Berneggeri habet ascripta ista: 'Georgius Obrechtus Juris studiosus Argentoratensis Codicem hunc Ms. ex bibliotheca magni sui patrui Georgii Obrechti (qui eum Parisiis olim emit) acceptum exemplari Taciti recens editi mecum permutavit mense Julio An. 1638. Matthias Berneggerus.' Græca in multis locis non habet ascripta, sed eorum loco relinquuntur fere lacunæ. Quæ ascripta sunt, ea palam a manu diversa esse deprehenduntur, et, ut suspicor, illius, cujuscumque tandem Joannis Lunæ, propter causas ante memoratas. Initium absque nomine auctoris ac argumentis libri primi habet: Quali proportione quibusque collectionibus, &c. His subjungitur textus, atque sic in libris ceteris. Libri octavi nulla extant argumenta. Nec ullius libri vel inscriptio aliqua vel numerus. Desinit in lib. XVI. capite quod incipit: 'Cincius in libro tertio,' quod est ipsum sextum. Adde his et specimen lectionum variarum. Tu hinc videris an prodesse tibi queat. Si existimas, operam dabo, ut per fidum aliquem, quam primum potero, ipsum codicem tibi mittam. Utinam aperuisses prius mentem tuam, potuissem jam per Nob. D. Heinsium misisse, qui hoc oneris in se tua causa sine dubio recepisset libentissime. Fac tamen ut in tempore cognoscam voluntatem tuam.' Quam eximie benevolam prolixitatem cum rebus approbatam experiretur Pater, his verbis eam est prosecutus pridie Kal. Mart. CIↃ IↃC LXXI. unde de ipso codice instrueris: 'Magnopere demeruisti me, S. P. cum Gellium in membranis mecum communicasti, nihil tot terrarum tantique maris periculis deterritus. Non ea quidem ætas voluminis, non fides, ut multis ad pristinam faciem restituendis auctoritatem idoneam præstet: habet tamen aliquid suæ Veneris, et post asellum quoque juvant hæc diaria. Scis ut in Livio, Seneca, Plinio, archetyporum lectissimorum scitamentis

inescatus vulgaria non contemserim. Si nihil aliùd, ostendunt, ut ab uno et optimo varie sit discessum, et error paulatim creverit. Jam cœpi per subseciva temporum conferre et intra mensém sic eo usurum spero, ut cur eum morer, causæ nihil habeam. Tum scilicet vel tu monstraveris mihi, vel ego invenero, qui salvum reportet tibi, quando merito carum tibi esse significas.' Habes, nisi fallor, quicquid potest ad notitiam codicis Schefferiani pertinere.

Sed neque desidere potuit pro ardore suo perpetuo Vir Excellens Bern. Rottendorfius, quin postquam indicaverat per literas 22. Maii 1651. scriptas, se in catalogo Nundinarum Francofurtensium vidisse Patrem recensuisse hoc anno Aulum Gellium, testaretur, si maturius hoc scivisset, procuratùrum fuisse antiquissimas membranas, et omnium primam editionem Romanam de anno 1472. in fol. Unde cum pergeret mox 3. Junii scribere se vidisse Aulum Gellium præcedenti anno ad Rhenum, addit: 'verum illo potiri nequeo, nisi fuero præsens;' atque ita cum variis circa Westphaliam Principibus esset a medicina, affirmabat jucunde blandeque se venatum itúrum; donec quacumque ratione sive illum sive alium Gellii codicem quoque ad manum Pater opera ejus habuit, etsi nondum assequi possim, quo tempore acceptum. Habeo literas manu filii Bernardi Eustathii Rottendorfii exaratas, quibus mitti ad eum testatur ab se jussu patris Gellium Monasterio 5. Junii, cui non addita est notatio anni. Etiam in Kalendario anni 1652. video ab Patre annotatum 5. Novembr. 'Redii et inveni a Rottendorfio literas cum Mss. Statio et vetere Gellio;' quod forsan huc pertinet. Sicut eodem anno ibidem scripsit Gellium ab se missum esse ad Salmasium, qui maximus vir tunc inter homines esse desiit. Quid quod et ab Luca Langermanno scriptum video Roma ipsis feriis Paschalibus Anni 1652. 'Jam ad Gellium progrediar. Incidi enim in exemplum aliquod credo cum diversis codicibus collatum.' Denique ad eum venit editio continens Ascensiana scholia cum Ægidii Maserii Parisiensis et Petri Mosellani Protogensis annotatis ex officina Vascosani MDXXXV. de qua

habeo hanc chartulam ab Patre conscriptam: 'Eo exemplari usus aliquando fuit Henr. Stephanus, et id passim conscribillaverat. Sub finem adjectum erat minuta litera: Contuli J. Bourdelotius Agellium cum duobus cod. Bibl. Reg. et cum Ms. Frederici Morelli, in quo non extabant Græca.' Eadem manu passim sunt ascripta, quæ in Carrionis Stephanica differunt a superioribus. Videtur id exemplar possedisse et Scriverius, quia in eo jacebat manu ejus schedula continens Telorum et jaculorum vocabula apud Gellium l. x. c. 25. Habuit et Thysius p. 51. et 191.'

Adeo multa adminicula cum augerentur duobus exemplaribus ex Is. Vossii copia, in quorum unoquoque habebatur posterior Gellii pars post librum octavum, ejus notæ ac sortis, ut eorum alterum contineret etiam Græca pleraque, quam proxime accederet ad consensum codicis Regii, atque hinc præberet indicia optimæ venæ, tunc certe videbatur subsidiis quæ huc requiruntur, vel fortunatissime affluere. Neque ita tamen ad contexendam expolitæ meditationis seriem progredi severe voluit, prout sciebat multa infeliciter hic illic latere, nisi etiamnum aliquid aperuisset; cui rei me destinavit, sic ex Anglia etiam et rursum ex Gallia impetrato adhuc aliquorum mediæ ætatis codicum conspectu. Hinc igitur non collatio tantum instituta exemplaris, quod pro benignitate sua indulgebant collegio Lincolniensi apud Oxonium Præfecti, cum id præferrem, etsi forent in aliis Collegiis alia. Hinc, quod oportuit fieri ante omnia, primarii illius utriusque Regii Parisiis renovata collatio, unde allata aut ipsius clariore notitia, aut varietatum accuratiore et magis vestigata spectatione, sic denique judicavit se esse posse certum et de vetustissimi et de citerioris temporis discrepantia in exhibendis Gellii locis, quæ nec ipsi scribæ intellexerant, et editores pro arbitrio suo diversimode, et prout captus cuique fuit, concinnaverant. Hos quippe Regios codices, et præcipue illum, qui exhiberet primos septem libros et his præpositam Præfationem, cui solus facem præbuerat Salmasio, in oculis fuisse, ut ex solo rectissima amussis haberetur, docet tam

curiosa indagatio et larga desiderii sui significatio, quam mihi posuit, cum Parisiis essem, a. d. XIV. Kal. Jun. CIↃ IↃCLXXI. sic concepta: 'Tres habeo collationes Gellii Regii doctorum hominum manibus factas: hi omnes satis me docent Præfationem in eo exemplari esse, quod olim postremi libri ultimum caput ponebatur: et huic Præfationi subjici lemmata capitum per omnes XX. libros. Sed quid sequatur ea lemmata, et unde incipiat contextus auctoris, quasi de compacto silent. Suspicor autem prima duo capita libri primi in eo volumine deesse; quando nihil a quoquam ibi varietatis notatum video, cum tamen habeant dignos vindice nodos. Codex a lib. I. ad VI. usque pertinet; sed tam, ut dixi, a principio, quam in fine aliquid desiderari censeo: quod accurate cognoscas velim, et a quo capite, quibus capitis ejus verbis et literis incipiat, quove capite libri VI. quibusve verbis et literis ejus capitis finiatur, mihi perscribas.' Ad quæ omnia cum attendissem, et Gellium isto pacto collatum conscriptumque misissem, ita conditionem ejus libri concepit signavitque in fronte exemplaris, quo uti solebat: 'Regius liber primum habet Julii Cæsaris bellum Gallicum. Deinde incipit Liber A. Gellii Noctium Atticarum. Hinc quæ in editis erat pars ultimi capitis libri postremi. Mox lemmata capitum libri primi usque ad *IΘ* de Sibyllinis. Græcis enim literis numerus ad singula lemmata notatur. Post illud *IΘ* apparet DEEST, et spatium columnæ (nam in eas divisæ paginæ) dimidiatæ vacuum. In summo sequentis columnæ prima sunt: *ΔEIKVEEΠαC* (quod est in secundo editorum capite) usque ad *METAΠEΛΛΨHTAI KATHΓOPOTMENIN.* Quibus hæret continenter: 'Hic autem Chilo præstabilis homo.' Desiderantur igitur totum caput primum: et secundum usque ad *τὰ Δείκνυε πῶς εἴωθας* in verbis Arriani: quæque horum sequuntur post *μεταπέμψηται κατηγορούμενον*: et capitis tertii principium, quod Guil. Cantero debemus. De Canteriano tamen habet 'Hic autem,' quod in vulgatis antea deerat. Quintum librum excipit septimus: post hunc lemmata sexti, deque ipso capita tria integra, quar-

tum usque ad τὰ 'adversus ictus Solis:' in quibus finitur pag. 203. (quæ in ista editione incidebat in caput quartum libri sexti) collationis, quam mihi misit filius.' Hinc ergo progredienti inter varia fastidia in adhibendo quibuscumque varietatibus judicio, vitæ simul et hujus operæ filum ei ruptum est, postquam in mundum redegisset hæc, quæ et ante annos octodecim publicavi et nunc iterum vides. Cum interim inter liturarios laterent adhuc quædam semiperfecta, alia tantum quod inchoata et primas cogitationis ad emendandum progressæ lineas habentia, quæ tunc fefellerunt, et postea demum, cum densiorem paulatim placeret Gellio curam impartiri, in manus et conspectum venerunt, quæ nunc universa conjunximus et bona fide proximas morti paternæ horas in Gellio usque ad libri noni caput quintum decimum efferimus. Si recognoscere hæc ipsa scripta, si examine altero collationem percensere Patri licuisset, non potest esse dubium, quin et hæc ipsa pinguiora elaboratioraque fuisses ab eo habiturus, et magis uberes etiam in Gellio emendationes. Sed ista in vanum.

Harum igitur omnium tot notationum, tot linearum successione mihi fratrique tanquam hercto non cito data, fieri nequivit, ut non frequenter mentem oculosque retulerim ad eum, cujus in loquendo simplicitas leporque et vocum quæsita proprietas, in colligendo varietas, in studendo speculum et exemplum ab ineunte ætate mihi perquam dulcia et habilia apparuerant; inprimis cum Lutetiæ ita processisset ista collatio, ut vetus scriptura multifariam mihi blandiretur, longe eo quod editum et impressum erat, suavior, mollior, et tum ad aures lenior, tum ad sententiam enucleatior et copiosior. Sed cum nuper ederem Paterna, nihil appendendum existimabam, sententiæ meæ aut meditationis, quoniam sola illa progredi desiderabam, id curasse pro tempore amans, si ab vermibus et situ ista domestica liberarem; vel quia quicquid id meum esset, non satis multos annos mitigatum, renovatum, versatumque videbatur; quod mihi præcipue in hac scribendi ratione placet requiri, quippe experto jampridem hunc unicum esse modum, quo

solide venerabilia ista antiquitatis ingenia nosci et perspici possunt; et præsertim editio aliqua decenter profligari: prout visum fuit etiam illis, qui gloriam studiorum in has terras invexerunt, etsi hodie cum miseria publica soleat aliter fieri, et conscribitur, dum imprimitur, ut ipsi huic Gellio patet contigisse et ab Thysio et ab Oiselio, utque animadvertis prodisse hodie istas editiones Græcorum auctorum, nequaquam eo studio, ut in illis aliquid egregium et antehac latens et multo labore ex fundo aliquo receptum exhiberetur ab ingenio et doctrina editoris.

Multa posthac ad id faciendum oborta est inopinata opportunitas, quotidie, ut ex vita mea facile constare potest, offerentibus se causis: verum et non semel voluptas per omnem deinceps Gellium eundi, quæ augeri tum maxime solet, quo magis intelligentia instruitur. Sed semper interpellatus hinc id ipsum nunc strenue iteravi, ut et nihil non eorum quæ memoravi adhibuerim, et si quid ex codice non valde antiquo S. Marci apud Florentiam obiter inspecto frater, si quid ipse in Thuaneo, quem Parisiis itidem inspexi, deprehendi ab aliqua Gellianæ illustrationis parte non alienum, studiose prodere in animo habuerim, ut ita certe, quo solo modo fieri potest, si non plenissima, certe plenior, quam antehac, Gellii extaret notitia.

Id autem instituteram exequi arrepens normæ, quam antea duxerat Pater quasi ad exemplum, ut sic perhiberetur telæ opus per nos duos eadem Minerva exactum. Sed arcuit hanc uniformem actionem et invitum me ad plura circumegit sola librariorum voluntas, qui pariter ejus, quam dixi, Thysii et Oiselii editionis rationem habere urserunt, cum, prout receptum est ab eorum corpore, ipsi emissent quasi propriam, ut penes ipsos jus foret ejus typis subjiciendæ. Cui sententiæ cum resisterem perinde, ac illam male factam maleque utilem editionem et celerrima imprudentia collectarum notarum acervum spernerem, non quivi tamen consilio vincere, et acerrimam pertinaciam expugnare, quam tuebantur argumentis non ex studiorum commodo petitis, sed talibus, quæ quilibet haud rudis assequitur facillime.

Ubi cum sic essem inferior, cavendum hactenus putavi, ne ad puerilia prorsus relaberemur, et passim legerentur ea, quæ vel nullus ignorat vel ad tædium sunt scribendo repetita, certe omnia melius alibi extarent, unde erant per tagacem calamum arrepta aut in brevius prave contracta. Id enim plane existimo non esse hujus temporis, nec Gellii, quippe ad quem legendum qui venit, prima illa utique et continuata per longi temporis catenam historiarum lectione initiatus sit oportet, ut non imperitus et hinc tanquam per infantiam attonitus ad quædam frusta hic reposita accedat. Recidi igitur permagnam partem, in ejusque vicem subjeci partim indicia locorum, unde erant maligne petita, partim Lambeciana repetitu digna, quæ non satis crebro occurrunt, ut merito huc adderentur, aut si quid probabile aut suum protulit Philippus Carolus, quod admodum raro videas ab eo fieri, dum plerumque volens incidit in ῥῆσιν sæpe ab aliis laboratam, aut profert, quo carere possumus. Nec plura merentur scribi de isto perinfausto et amarissimo lolio, ut ego censeo, ridens illorum hominum ineptias, qui dum nesciunt quid sit studere, etiam de studiis judicant, et tota vita nihil sentiunt commodi vel ex se conferre in alios queunt. Et tamen vel istam editionem Batavam vel Thysium nominare ad insultandum sustinuit editor Gellii in usum Ser. Delphini; unde cum utique illi nihil noxæ sit illatum, perferet interdum inspici et istam Parisinam, quæ in notis ostentat nihil præter Lambecium et ætates nobilium scriptis aut alia dote virorum, quæ ubique demonstrantur; sed sicubi incidit in eos, quorum annos alii non dixerunt, quia sunt obscuriores, etiam ipse hos tangere nequaquam per astutiam trahens caudam sub alvum audet, ut videbis, atque inde concipe omnino nihil apportari boni, nihil editione dignum, nec vel editionem nominari debere, nisi ex illo genere tralaticio, quo chartæ et typi debent exerceri vel perdi: neque etiam potest usum præbuisse, in cujus usum jactatur comparata, neque credibile est sub auspiciis Huetii nunc scribi posse Alliam esse fluvium Umbriæ in Sabinis. Sed

vel præcipue dixeris eam minime in summa laudandam, quod codicem bibliothecæ Regiæ non modo sequi, sed ne quidem inspicere sustinuerit, unde Præfationem maluit referre sordidam ex nugis illis consuetis aliorum, quam vere Gellianam. Noluit accipere ab Regio Gellio indicium, quo posteris tradidit a quibusdam scriptos libros appellatos fuisse *'Ανθηρὰ, Εὑρήματα, Λύχνους, Στρωματεῖς, 'Ελικῶνα, Προβλήματα* et similis elegantiæ titulos alios, quorum auctores Gellio priores aliquando colligere voluit Pater, prout quoque Scioppius nonnulla auctorum nomina ascripsit: quæ quoniam Gellio nunc non proderant, neglexi. Noluit ea quæ Gellius vocavit capita rerum, ac Præfationi statim subnecti voluit, obedienter servare, sed ad finem libri et locum indicibus destinatum retulit nescio quo aut levi aut inepto prætextu; neque enim nugatoria indicum multitudo debuit depravare Gellii propositum. Etiam cum Gellius Regius plene exprimat 'Nonodecimo commentario hæc insunt,' ille ex Stephano maluit adoptare *Undevicesimo*, prout jam præmiserat *Duodevicesimo*. Equidem in codice quem Pater indicat literis *Me*, legit *Undevicesimo commentario* in eo quem nos habemus XVII. Sed pro eodem illic quoque Lugdunensis major *Nonodecimo*, et ubi est noster XVI. plane habet *Octavo decimo comm.* sicut etiam Regius. Profecto horum duorum codicum auctoritatem nec prægravare Stephanus potest, nec æquare. Hæc, inquam, pigratus fuit agnoscere, cum ineptias quasdam adoptet, nescio an nefariis calumniis Raph. Fabretti aurem hac in parte præbens, quibus Salmasii fidem, quam et ante Salmasium Bourdelotius, et post eum Lambecius confirmaverant, deludere homo senex et morti proximus voluit, quasi ex incerto quodam optimo libro Utopianæ ut puto bibliothecæ (hæc sunt Fabretti verba) novaverit, unde etiam retinet Prousteus II. 22. *unum meridionalem ventum.* Quid statuemus? Certe cum is ipse et Præfationem agnoscat Gellianam, et in ea citet auctoritatem manuscripti codicis ex bibliotheca Regia longe optimæ notæ; etiam citet probetque aliquoties Lambecium, qui nihil nisi ex isto codice

protulit meliores quasdam lectiones; dicas nequivisse illum censeri tamen asseclam voluisse esse calumniæ Fabrettinæ. Quid ergo? Non aliud mihi imaginor, quam solummodo in lectore admirationem concitare voluisse: cur enim non ubique ipse illum codicem et inspexit et ut unice admirabilem sectatus fuit? Prorsus enim ille codex est, cui nulla potest moveri lis vel suspicio; cui nulla alterius exemplaris quod publice etiamnum innotuit, vetustas potest æquiparari; cujus ista fides et tutela in Græcis Latinisque, prout ab Gellio venerunt, custodiendis venerationem meretur palmariam. Sed et hoc patienter ferendum in isto.

De meis non est quod dicam, cum ipsa se sint oblatura cujusque arbitrio. In quibus animadvertes codices ab Patre editos Vossianos, quorum alter etiam ab Thysio olim inspectus fuit, ut nihil boni inde proferret, a me etiam ut oportuit, non ita, sed Lugdunenses appellari, quoniam prius nomen ea tutela et gloria se exuit, et venditione in Academiam hanc transcripsit. Quæ qualiacumque videbuntur, declarabunt utique voluntatem meam erga Gellium et industriam variis annis illi impensam, cujus nunc difficillima quædam loca et ab aliis desperata, unde tamen vel maxime incommodabatur, non deterruerunt me, quin conarer prout ipse speculari, sic tibi conspiciendam dare manum Gellii. Falleris enim vehementer, nisi ita statuas et animum inducas nihil posse eum tibi prodesse, immo vel maxime obesse, si aliorum infestiviter illudentium spuria et spurca pro hominis Romani, qui et Græca didicerat, et in Latina penitissime intraverat, expolito sermone te impleant. Res ipsa monstrabit id abunde. Mihi interim propter hos ipsos labores blandiri et cœpi et ausus fui, simul per eos rescivi fore, ut sio non amplius opprimerentur ea, quæ etiam Casp. Scioppius non detrectaverat clam sedulo annotare ad emendationem et intelligentiam auctoris, quem palam ita vili pendere solitus fuit, ut etiam vocaverit putidiusculum scilicet homuncionem et sæpe subineptum, quicquid Criticis istis videatur; et cum nactus fuis-

sem atque animadvertissem diligentiam, tum ob ipsa exultavisse me fateor, tum ob possessoris amicitiam prorsus inæstimabili felicitate acquisitam, cujus te conscium fecit dedicatio, cum aliter solvere grates debitas nequirem. Sed etiam libens fateor me obstrictum Viris Eruditissimis et Amicissimis Petro Burmanno et Theodoro Johanni Schalbruchio, dum hic editionis Antonii Gryphii anni 1566. exemplar ab Johanne Isaacio Pontano usurpatum et hic illic conscriptum, ille editionem Brixiensem sponte mihi obtulerunt; quibus publice gratias ago, quia videbis utrumque alicubi citari.

Sic cum post omnia typis absoluta præfatus viderer tibi rationem meæ operæ, quam huc usque impendere volui, reddidisse, ut jam liceret aulæa tollere, subito admoneor inopinatæ molestiæ. Quippe etiam nunc quomodo inscribi deberet hoc opus, deliberare debui. Nam cum caute plurimi titulum fecerint *A. Gellii Noctes Atticæ*, tum Badiana maluit *Auli Gellii Noctium Atticarum lib.* XIX. additur rubrica *(Nam octavus præter capita desideratur) pluribus locis quam antehac integriores.* Vetustæ editiones nulla habita cura octavi libri in nono decimo finiunt. Aldus autem anno 1515. inscripserat *Auli Gellii Noctium Atticarum libri undeviginti,* cum et agnoscat capita libri octavi, et in processu operis habeat librum XX. ultimum. Cum interim omnes ita agant, quasi nescivissent in principio libri VI. acceptam jacturam. Sed etiam modo exhibetur mihi Bibliotheca Latina seu Notitia Auctorum Veterum Latinorum, in qua pag. 12. scribitur: *Extant Noctium Atticarum ad liberos suos libri* XX. Si extant, certe ab aliquo inspectæ sunt et usurpatæ; quod si ita est, obstrinxerit certe nos plurimum, si communes voluerit esse. Sed video mox illic addi libri octavi sola argumenta ad nos pervenisse, ut verear tam frustra illud prius expectari, quam temere aut sic scriptum est extare, aut commendatur editio Thysii et Oiselii, iniquissima profecto sententia, ut quæ habeat selecta ex variis doctissimorum hominum scriptis commentaria et subjectum accuratum indicem scriptorum a Gellio allegatorum. Com-

pulsus ergo fui et hanc causam noscere, non solitus indices curare; et reperi, cum jam pridem imprimendum dederam mutatis, quæ per occasiones corrigenda mihi obvenerant et notaveram, sane leviter se auferendum præbuisse virum illum variæ oppido notitiæ. Neque enim index iste est accuratior præcedentibus editionibus, utpote viliter ex illis transcriptus, tantummodo ut quædam, sed pauca nomina emendatiora per viros doctos in alia loca transtulerit, ut *L. Accius* ex *Attius*, cum alioquin tam fuerint absurdi, ut et suo ordine ponant *Ælius Gallus* 16. 5. et retineant mox *Cæcilius Gallus libro secundo de verborum significatione, quæ ad jus pertinent* 16. 5. Ita vides illos sibi non constare. Sed perinde ut ab prioribus, editur *M. Attius Plautus in comædia* 1. 7. quod est nihili, perinde *Aristoteles* non tantum in libro 22. 8. citatur, sed etiam *in problematibus Acroaticis* 20. perinde scribunt *Bacchilides,* perinde *Cares,* perinde *Ennius in Iphigenia* 19. 1. 10. perinde *Euripides* 23. 7. perinde *Heraclitus Ephesius* 20. 10. aliique errores in numeris servati, perinde *Laberius in Fullonica,* perinde *Cornelius Nepos de viris illustribus* 1. 18. pro 11. 8. perinde *Lælius Felix,* 15. 7. quin immo perinde *Massurius Sabinus libris juris civilis,* non expresso libri et capitis numero, perinde P. Nigidius Figulus. . . 18. 4. 14. 1. ut sic librum quartum decimum ordinent post octavum decimum, perinde *Porcius Cato contra Furium et pro Ptolemæo,* et *si se Cælius T. R. P. I. appellasset,* et alia ejusmodi, quæ sunt propagata jam, quod vix credas, ex editione Stephani, et ut nunc non appareant, curatum per me est, alioquin minime in hac parte solicitum. Imo præclare illic agnoscas has pravitates auctas, vel dum edunt *C. Atteius Capito* 12. 2. 2. 24. cum antea ederetur 12. 2. 24. ubi numerus primus omissus in principio; vel dum edunt *M. Terentius Varro uno et vicesimo rerum humanarum* 11. 11. 3. 12. 13. Hoc enim proprie ipsorum est, nec ita exhibetur in prioribus. Itaque inquire ista. Perinde digerunt *Verrius* post *Virgilius, Epictetus* post *Epicurus.* Si placet tamen scire, in quo fecerint indicem accuratiorem, est quod addiderunt *Juventius* 18. 12. ignoratus Stephano,

et posterioribus etsi per Rutgersium indicatus, etiam in contextum adoptatus, non tamen pro certo et stabili in indice agnitus, ab illis insertus est, qui susque deque faciunt, quid fiat. Hinc et ipse eum expuli, quia certe anceps locus est. Hoc scire te volui. Quod si ex indicibus placet aliquid novi accipere, et videas qui possint augeri scripta Veterum, Prousteus ex Gellio prodit. *M. Valerius Messala Augur Jurisconsultus de auspiciis libro primo* XIII. 15. *idem libro de minoribus magistratibus:* videlicet quia ibi scribitur *idem Messala in eodem libro de minoribus magistratibus scribit;* cum antecedat mentio libri primi de auspiciis, et in eo aliquid obiter scripserit de minoribus magistratibus, nunquam vero de his librum fecerit. Quin et agnoscitur ab eo *M. Terentius Varro in primore libro de ratione vocabulorum* I. 18. cum ibi pateat Varronem in quarto decimo humanarum libro aliquid scripsisse, et quidem in primore libro, quod Gellius judicat scriptum scitissime de ratione vocabulorum, peritissime de usu utriusque linguæ, clementissime de ipso Ælio; non autem novum et singularem libri titulum proferat.

An vero selecta ex variis doctissimorum hominum scriptis commentaria dici mereantur, res ipsa doceat. An selectum id dicam, si ubi Gellius scribit de virgine Vestali, ibi integra pagina consumatur in colligendo et contrahendo, quicquid Lipsius notavit de Vesta? aut si quando vox aliqua in Gellio occurrat, ut verbi gratia 'augur,' afferantur omnia de vocabulis, quibus distinxerunt aves? ubi Fabius Pictor citatur, describere Vossii historicos Latinos? ubi Gellius descripsit ex Homero Thersiten, quod satis erat ad rem præsentem, illic chartæ perdendæ gratia universum Homeri locum subnectere non Græce tantum, sed et Latine? Sic infinita, ex quibus nec Gellius adjuvatur, nec lectori quicquam obtingit, quod non ut millies scriptum in aliis libris viderat, ut sint mera studiorum detrimenta et tum chartæ, tum temporis deploranda παραναλώματα. Porro nisi Stephanus et Pater meus utplurimum fide codicis Regii expulissent editionum vulgatarum ineptias, et hinc ab iis discessissent, quoniam probanda erat fides codicis illius

unici, quanta notarum turba exemta fuisset Thysio, in cujus notis fere utramque paginam faciunt differentiæ editionis hujus vel illius ab Stephaniana aut Paterna ? quæ sunt omnia nullius momenti. Accedit, ut non assequar, cur in ista Bibliotheca Latina scribatur, ' Primus Gellium edidit Aldus Manutius Venetiis 1477. Inde sæpius in Italia, Galliis, Germania vulgatus est.' Unde enim potuit id habere is, qui Petri Lambecii prodromum lucubrationum in Gellio pag. 23. legit, ubi citat Aldinam editionem, quæ Romæ prodiit anno CIƆCCCCLXIX. et Jensonianam impressam Venetiis CIƆCCCCLXXII. ? ex qua negligentia judicavi impositum et injunctum mihi esse, ut quæ de Gellio collegi, ordine post ea quæ præmitti assolent, exponam. Nescio autem an non sit deceptus per Thysianam eruditionem, quam tantopere laudat, quamque Thysius profert lib. IX. cap. 11. pag. 483. ' Ita Vet. Ed. Ven. anni CIƆCCCCLXXVII. quæ vice Ms. esse potest.' Sed bonus ille vir ne hoc quidem dicit ex se, verum ista editione utens ex publica Academiæ hujus Bibliotheca, quam illi donaverat Putschius, vidit verba Putschii in paginis primis exposita, et statim credidit. Chirographum Putschii quod hodieque inspici ab unoquoque potest, hoc est. ' Usui crescentis indies Bibliothecæ Illustrissimæ atque per omnes oras famosissimæ Academiæ Lugd. Batavæ L. M. Q. reliquit Helias Putschius Germanicarum rerum Scriptores a Frehero editos, A. Gellii Noctes Atticas impressas a. CIƆCCCCLXXVII. Flori Rerum a Romanis gestarum lib. IV. Principem editionem. Hæc Ms. vicem præstare possunt.'

Certe præ universa illa recensione rerum ad Gellium spectantium maluissem ex viro laboris sedulo intellexisse, quid pag. 53. sensus esset in his Marini verbis: 'Ὕγίας ὁ νέος δείγματα φέρων καὶ ἐκ μειρακίου ἐναργῆ πασῶν προγονικῶν ἀρετῶν, καὶ τῆς ἀπολωλότος χρυσῆς ὄντως τοῦ γένους σειρᾶς. Intelligo σειρὰν, sed non intelligo simul omnia, nec constructionem posteriorum vocum, nedum ut inde exsculpi possit ista versio ' sane unus ex genere aureæ illius catenæ, quæ jam pridem oculis hominum se subduxit,' per quam vox ἀπολω-

λόπος confertur cum σειρᾶς, et recte, non cum γένους, a quo est abcisa. Sive ita Holstenius sive Gudius scripserint, scripserunt aliquid vitiosum, sicut vitiosum nunc expressum typis, neque illis credo ita in exemplari Msto extare, neque sive hoc extet editum, sive ignoratum, quicquam interest, quia est nihili.

De nomine id possum testari, esse in Bibliotheca publica vetustissimas membranas Virgilii cum commentariis Servii, in quibus circa finem libri quinti diserte scribitur prout etiam excusum est *Aulus Gellius*, sed ibidem in vacuo, quod patet inter duas columnas, ascripsit recentior *agellius;* unde liquet manuum ludus et progressus erroris, cum perinde sic extet ibidem Lucanus omnino vetustissimus, cui præscriptum est *Manneius;* et jam in ipso Gellio sic produximus *Cælius Gallus* ex libro Regio, ut is sit protritus mos in Mstis, quod etiam suboluit Mureto lib. XI. Epist. 6. ad Gifanium ex Pandectis: atque idcirco illa quæ ab viris doctis sunt elaborata de auctoris nomine, nunc addi nequaquam fuit necesse, sicut ob molem hujus editionis etiam omitto addere Dissertationem Paternam de Populis Fundis, quam antea constitueram annectere. Et hæc quidem omnia ex solo amore Gellii, quo eum prosequor, qui multa me docuit, multas suaves horas præstitit, crebramque materiam mentis in utili cogitatione exercendæ; utque agnoscas qua ratione ad Gellium legendum pervenire queas, quem profecto istæ priores editiones legendum non præbent, sed variorum ingeniorum sub tanti viri umbra jocantium asperitatem: quam detergere ipsas decuerat, nisi quod ad frivola nec ignota et Gellio non utilia operam non necessariam atque illaudabilem pertinere maluerunt. Atque ita Vale.

CHRISTIANI FALSTERI

LIBELLUS COMMENTARIUS

DE VITA ET REBUS

AULI GELLII.

CUM minuscula artificum opera admirationem singularem habere solent, non, ut spero, Manes clarissimi Petri Lambecii offendo, si brevissimam hujus de vita Auli Gellii Dissertationem minutissimis Myrmecidæ, Callicratis, Theodori, aliorumque apud Plinium (Hist. Nat. l. XXXIV. c. 8.) opusculis comparavero. Quod si quis vero suam his artificiis exilitatem vitio potius verterit quam laudi duxerit, sicuti Galenus in Protreptico ad Artes *Μυρμηκίδου καὶ Καλλικράτους ματαιοτεχνίαν* perstringit, atque Ælianus (Hist. Var. l. I. c. 17.) opera eorum *χρόνου παρανάλωμα* vocat: ego me jam revoco, Lambecio jam adolescentia et augustiæ temporis, quarum prætextu ipsemet in Epistola ad avunculum Lucam Holstenium utitur, veniam facile impetrabunt, testimonium ætati hominis una perhibente illustri Huetio in Commentario de Rebus ad se Pertinentibus lib. I. p. m. 28. 'Non multo ante venerat Lutetiam Petrus Lambecius Hamburgensis, Lucæ Holstenii sorore natus.—Statim autem atque Lutetiam attigit, Lucubrationes Criticas edidit (Parisiis MDCXLVII.) ad illustrandum Aulum Gellium, seque ad Naudæum applicavit. Ad quem cum sæpe ventitaremus uterque, illic primum notitia mihi cum eo fuit, quam stabilis deinde consecuta est amicitia, conciliante

Naudæo, qui juventute nostra bonis addicta literis ita delectabatur, ut sæpe nos in suburbanum suum simul invitaret, et videretur nobiscum juvenescere:' quo accedit commendatitium celeberrimi hujus Naudæi Carmen, Prodromo Lambeciano præfixum,

Vix tua ter senis ætas numeratur aristis,
Vixque tuas audet pingere barba genas:
At tamen ista facis ——

Quod si longiora vivendi spatia Lambecio natura dedisset, non dubito, quin alteras curas memoriæ Gellii illustrandæ impendisset. Interim cum in præstantissimi hujus scriptoris vita consignanda Apellem imitatus videtur, qui, ut Cicero ait lib. I. ad Fam. Epist. IX. 'Veneris caput et summa pectora politissima arte perfecit, reliquam corporis partem inchoatam reliquit;' nihil offensionis me ex eo habiturum confido, si eas, quæ in tabula Lambeciana manum postulare videntur, partes exequi, suisque umbris et luminibus ornare adnitar, ut clarissimo nomini Gelliano, quod raro semidocti vulgi oculos in se convertit, suus honos, sua majestas constet.

§ I. Si 'turpe est,' ut Gellius noster judicat l. IV. c. 1. 'hominem non suo nomine appellare,' jam primum in historia nostra negotium nobis est, ut verum Auctoris nostri nomen, quod hactenus ingenia Criticorum inter se commisit, breviter excutiamus. Primus vel cum primis *Agellium* scribere jussit Lipsius l. VI. Quæst. Epistol. cap. 8. quæ novandi libido præter alios Salmasium quoque incessit, uti video ex hujus inchoato in Arnobium commentario, quem manu sua descriptum fidelissimus quondam, nunc beatus amicus Nicolaus Petrus Sibbern mihi miserat, postea a Celeberrimo meo Fabricio in Volumine II. Operum S. Hippolyti pag. 122—134. publicatum. Sed enim quomodo tantis oculis tantam caliginem incuria librariorum offundere potuerit, ego profecto non video. Quid multis opus est? Adulterinum esse nomen *Agellii*, verum contra *Auli Gellii*, jam luculenter utrumque docuerunt Lambecius et Petrus

Servius, Medicus Romanus: quorum testimoniis firmamenti loco addo diserta illa Servii ad Virgil. Æneid. v. 738. p. m. 708. edit. Masvic. 'Hæc autem plene exequuntur et Cicero in Auguralibus, et AULUS GELLIUS in libris Noctium Atticarum:' item ad Æneid. VII. 740. p. 860. 'Alii idem a Virgilio in Georgicis factum memorant, ut etiam ab AULO GELLIO traditur.' Mitto sponte alia, quæ ad rectam nominis Gelliani scripturam vindicandum pertinent. Mitto, inquam; memor, quod Jonsius de Script. Histor. Philos. l. II. c. 9. § I. p. m. 190. monet 'in ista appellationis (GELLII an AGELLII) diversitate salutem Romani imperii non versari.' imo ab illustri Jo. Burch. Menckenio in Declamatione II. de Charlataneria Eruditorum pag. 111. eos false perstringi, qui multum disputant, 'VIRGILIUS scribendum sit an VERGILIUS? et Noctium Atticarum auctor vocandus AGELLIUS, an AULUS GELLIUS?'

§ II. De Patria Gellii nemo temere dubitat post Christophorum Pierium Gigantem, quem in ea opinione fuisse retulit L. Federicus Turcella, ut pro Gallo eum habuerit, inductus his Nostri verbis lib. II. Noct. Att. c. 22. 'Nostri namque Galli:' ubi tamen non ipse Gellius loquitur, sed loquentem inducit Favorinum, hominem Gallum, philosophum Arelatensem. Pierius vero, si admonitus fuisset, sententiam procul dubio mutasset, sicuti Ptolemæus Flavius, in Conjectaneis cap. 15. p. 964. (Tom. I. Thesaur. Gruter.) de se fatetur: 'In sententiam Pierii ego quoque aliquando ivi, non sine multorum elegantium hominum assensu:—Nunc autem secus sentio, eumque Romanum puto, nec tantum hominem Transalpino concedendum existimo. Quod sedulo Lectori ex ipsis Noctibus non uno in loco aperte dabitur cognoscere.'

§ III. Loco nobilem fuisse Nostrum haud obscure indicant verba ipsius l. XVIII. c. 4. princ. 'Cum jam adolescentuli Romæ prætextam et puerilem togam mutassemus:' at vero quis nisi prætextatæ, ut ita dicam, ætatis in literis nescit, 'prætextam' fuisse nobilium puerorum apud Romanos? quis porro paulo humanior ignorat nobilissimum in

civitate et historia Romana nomen Gelliorum quorum memorias jam diligentissime executi sunt Lambecius in sua Dissertatione, Glandorpius in Onomastico, alii? Adde quod Noster, ut nobilem decebat, amicis familiariter utebatur Herode Attico et Cornelio Frontone, viris consularibus, aliisque horum similibus, de quibus meminit l. v. c. 13. princ. l. VIII. c. 3. l. XII. c. 1. l. XIX. c. 9. alibi. Sunt qui mirantur, Gellium, si ex antiqua illa et nobilissima gente Gelliorum originem ducat, suum genus ad hos non referre, quando 'Cn. Gellium' l. VIII. lemm. 14. l. XIII. 22. al. 21. l. XVIII. 12. quando 'L. Gellium' l. v. c. 6. nominat, eorumque res gestas aut scripta commemorat. Hi vero discant modestissimam Nostri et Veterum plerorumque verecundiam admirari, quorum honesta ingenia tantum a gloriosa majorum ostentatione aberant, quantum ostentatio abest ab honestate: sciant, nostris ingeniis et temporibus vernaculum fere hoc vitium esse, ut homo æstimet atque æstimetur μὴ τίς ἐστιν, ἀλλὰ ἐκ τίνος, non quis sit, sed ex quibus,' ut ait Plutarchus in vita Syllæ p. 476.

§ IV. De ætate Gellii non convenit inter eruditorum calculos. Thaddæus Donnola in Dissertatione de Patria Propertii § CXIII. p. 122. sub Hadriano eum scripsisse credit, immemor, 'Hadrianum' in hujus Noctibus l. III. c. 16. XI. 15. XIII. 21. al. 20. et XVI. 13. jam 'Divum' appellari. Alii sub Trajano floruisse putant, uti Bangius noster Observat. Philolog. l. II. p. 1400. Commodiorem temporis rationem habuere Dodwellus, Lambecius, et Borrichius noster, quorum quidem sententia natalis dies incidit in jam affectum Trajani imperium, adolescentia in Hadriani, florens ætas in Antonini Pii, obitus in M. Antonini Philosophi principium. Scilicet Noster locutum se cum familiaribus Valerii Probi doctis viris prædicat l. I. c. 15. et XIII. 19. al. 20. (Conf. III. 1. et VII. 7.) Atqui Valerium Probum ad ætatem Trajani vixisse ex eo colligas, quod in Libro de Notis Romanorum, qui nomini ejus addicitur, sub litera I legas: I. FO. TR. In Foro Trajani. Conf. Norisii Orthograph. p. m. 86. sq. Porro Noster T. Castricium rhetorem audivit,

quem ab Hadriano in mores atque literas spectatum ait l. XIII. c. 20. audivit Favorinum philosophum, quem sub Hadriano floruisse testis est Spartianus in vita hujus c. XV. Deinde Athenis, ubi 'Noctes' suas exorsus est, Herodem Atticum coluit, qui Consulatum cum Torquato ineunte Antonini Pii imperio gessit; ut de Cornelio Frontone taceam, M. Antonini Philosophi Magistro, (Vid. Antonin. de Rebus suis l. I. § 11. p. 3. et Gataker. Annotat. p. 19. sq.) quem Gellius in amicis suis profitetur l. II. c. 26. XIII. 28. XIX. 8. 10. 13.

Alia est Ætas Gellii, ut ita dicam, Philologica; quam illi 'Argenteam' tribuunt Jac. Facciolatus in Oratione 'de Lingua Latina non ex Grammaticorum libris comparanda' pag. m. 20. Cellarius in Prolegom. ad Curas Poster. p. 23. Rechenbergius de Studiis Academicis p. 98. Cyriacus Guntherus Lat. Restit. P. I. p. 286. Walchius Histor. Crit. L. Lat. cap. 1. § 8. p. 66. alii: 'Æneam' Clarissimus noster Borrichius in Conspectu Script. Lat. § 37. p. 82. (qui tamen in Analectis ad Cogitationes suas p. 5. 'Gellium ad ætatem argenteam aliquatenus revocari' posse fatetur) item Fabricius in Biblioth. Lat. p. 508. alii: 'Ferream' denique Scioppius Gelliomastix, cujus hæc ferrea vox est in Infamia Famiani p. 21. 'Cujus tandem judicii est, ferreæ ætatis scriptorem Agellium imitari' ....? quam Scioppii improbitatem V. C. Franciscus Vavassor Lib. de Ludicra Dictione c. II. p. m. 275. in hunc modum retundit: 'Neque audiendum ullo modo puto Gasparem Scioppium, præfidentem Grammaticum, qui Gellium in vilissima maximeque ignobili reponat ætate, et ultimis scriptoribus annumeret. Judicium, quantum existimare possum, omnis judicii et prudentiæ expers. Nunquam dubitaverim, quin Gellius multo ad summos quam ad infimos scriptores propius accedat: ita diligens, et accuratus, et elegans, et varius, et amœnus ubique et curiosus mihi quidem videtur.' Ceterum quid ego de hisce scriptorum L. L. ætatibus, aurea, argentea, ænea, et ferrea, sentiam, qui auctoritatem singulorum non tam ætate quam eloquentiæ et dictionis præstan-

tia metiendam arbitror, id me exponere memini in Cogitationibus meis Philologicis Part. III. Cogitat. I. p. 157—161.

§ V. Sequitur, ut de Studiis Nostri nonnihil dicam, quæ in spem et emolumentum fori præcipue educata fuisse conjicio ex l. XIII. c. 13. princ. 'Cum ex angulis secretisque librorum ac magistrorum in medium jam hominum et in lucem fori prodissem:' item l. XIV. c. 2. 'Libros utriusque linguæ de officio Judicis scriptos conquisivi, ut homo adolescens a poëtarum fabulis et a rhetorum epilogis ad judicandas lites vocatus,'—(Conf. I. 22. et infr. § VII. de Honoribus Gellii.) RHETORICÆ adeo sive eloquentiæ ineuntem ætatem tribuerat, (unde et Rhetoriscum eum compellat Taurus philosophus l. XVII. c. 20.) magistris usus rhetoribus T. Castricio et Sulpitio Apollinari. v. l. VI. c. 6. XII. 13. XIII. 17. 20. Adultior et in his literis jam robustior factus, aliis impigre vacabat disciplinis, quæ et ornamentum ingenio et laxamentum defesso negotiis animo afferrent: atque in his potissimum PHILOLOGIÆ, uti ipsemet fatetur l. XI. c. 3. princ. 'Quando ab arbitriis negotiisque otium est, quærere nonnunquam apud memet ipsum soleo res ejusmodi, parvas quidem minutasque et hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad Veterum scripta et penitus noscenda, et ad scientiam linguæ Latinæ cum primis necessarias;' Quinimmo quantum in hoc studiorum genere Noster profecerit, testimonio sunt ipsius 'Noctes Atticæ,' quarum diligens lector sine dubio pronuntiabit cum Bœclero de Scriptoribus Sæc. II. p. m. 62. 'Singularis thesaurus antiquæ eloquentiæ, sed paucis perspectus latet in Gellio.' Neque vero PHILOSOPHIA Noster abstinuit, (familiæ Platonicæ sectator, v. I. 9. VI. 14. IX. 5. XVII. 20. XIX. 6.) deditus in primis MORALI, cujus præstantissimos auctores lectitavit Epictetum, Æsopum, Musonium, Panætium, Theophrastum, Chrysippum, Epicurum, alios; sectatus porro principes sui temporis Favorinum, Calvisium Taurum et Peregrinum; imo ita sectatus, ut auditiones lectionesque suas 'ad emolumentum solidum atque ratio-

nem vitæ' exigeret. v. l. v. c. 15. RATIONALIS quoque non imperitum eum fuisse liquet ex l. XVI. c. 8. 'Cum in disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus,' conf. seqq. usque ad finem, item XVI. 2. XVIII. 1. et 2. Taceo de NATURALI, cujus Specimina passim edit, ex memoriis antiquis, ex Aristotele, Democrito, Plinio, Nigidio Figulo aliisque enotata.

JURISPRUDENTIAM quantopere coluerit, ut oportuit hominem judiciis civilibus occupatum, locupletissimi testes sunt JCti, Cujacii, Brissonii, Budæi, et plerique omnes, quorum plerasque paginas Gellius occupat, Gellius illuminat, Gellius implet. Atque ut hi illum, ita ille sapientissimos Juris Magistros veteres tractavit Ælium Tuberonem, Alfenum Varum, Q. Antistium Labeonem, C. Ateium Capitonem, Cæcilium Gallum, Cælium et Massurium Sabinos, Scævolam utrumque, C. Sempronium Gracchum, Servium Sulpicium, Ciceronem: præclara illa fori Romani lumina, ut de variis Legibus, SCtis, Edictis, Plebiscitis nihil dicam. Porro cum Philologia auxilio HISTORIÆ usquequaque indiget, en bibliothecam Gellii historicam! en Tuberonem, A. Albinum, Q. Claud. Quadrigarium, L. Cornelium Syllam, Corn. Nepotem, M. Fabium Pictorem, Cn. Gellium, Q. Valerium Antiatem, Julium Hyginum, Tuditanum, C. Oppium, L. Pisonem, L. Cassium Heminam, Sempronium Asellionem, L. Sisennam, C. Suetonium Tranquillum, Sallustium, &c. et ex Græcia Ephorum, Dicæarchum, Clearchum, Herodotum, Xenophontem, Timæum, Hellanicum, Thucydidem, Heraclidem Ponticum, Theopompum, Philochorum, Appionem, Aristeam Proconnesium, Isigonum Nicæensem, Ctesiam, Onesicritum, Hegestam, Philostephanum, Hermippum, Polybium, Xenophanem, quos passim cum fragmentis allegat! Denique ne MEDICINAM quidem Noster ignoravit, quam prorsus nescire turpe et liberaliter instituto homine indignum judicat l. XVIII. c. 10. 'Hoc ego postea cum in medico reprehensum esse meminissem, existimavi non medico soli, sed omnibus quoque hominibus liberis liberaliterque institu-

tis turpe esse, ne ea quidem cognovisse ad notitiam corporis nostri pertinentia, quæ non altius occultiusque remota sunt: ac propterea quantum temporis habui subsicivi, medicinæ quoque disciplinæ libros attigi, quos arbitrabar esse idoneos ad docendum.' Specimina præcipue ex Erasistrato et Hippocrate præbet l. III. c. 16. x. 3. XVIII. 11. et XIX. 2. Postremo neque GEOMETRIÆ expertem eum fuisse apparet ex l. I. c. 20. et XVI. 18. Mitto Græcam hominis doctrinam, qua instructissimum fuisse testantur versiones locorum Aristotelis et Platonis (l. XVII. c. 20. XX. 5. atque alibi) de quibus Huetius in Libro de Claris Interpretibus ita judicat p. m. 243. 'Gellius paucula quidem e Græco conversa libris suis intexuit, sed unde tamen probatam ipsi interpretandi rationem facile perspiciamus. Loca sunt e Platone et Aristotele depromta, quorum priorem ea arte convertit, ut vero id instar interpretationis haberi possit: paulo indiligentiorem in posteriore se gessit: sed tantum licentiæ loci brevitas dabat.' Conf. Vigilia mea prima Noctium Ripensium p. 48. Adde dijudicationem locorum ex Comœdia Menandri Græca et Cæcilii Latina factam l. II. c. 23.

§ VI. Neque vero satis habuit Gellius, Romana tantum perreptare auditoria, Bibliothecas Pacis, Trajani, Domus Tiberianæ, Patrensem et Tiburtinam studiose perquirere, (v. l. V. c. 21. IX. 14. XIII. 18. XVIII. 9. XIX. 5.) cum Favorino aliisque magistris domesticis literatas fabulas agitare, cum Julio Paulo in librariis Romæ considere, (v. l. V. 4. XIII. 29. XVIII. 4.) cum Antonio Juliano vel Neapoli vel Puteolis eloquentiam meditari, (v. IX. 15. et XVIII. 5.) quin Græciam quoque non otiosus spectator sed honestissimus explorator perlustraret. Hic Æginam insulam, clarissimis viris Onesicrito, Philisco, aliisque nobilem se prætervehi non passus, (v. II. 21. princ.) Eleusinen vidit, ubi disceptationem sibi cum Grammatico præstigioso fuisse refert: (v. l. VIII. lemm. 10.) vidit Delphos et Lebadiam, cujus itineris fructum egregio plane exemplo commemorat l. XII. c. 5. Quid de Athenis? Hic apud magistros erat, (l. I.

c. 2.) Taurum sectatus (I. 26. VI. 10. et XVII. 8. 20) et Peregrinum, ad quem frequenter ventitavit: (XII. 11.) Hic conviviis philosophicis et saturnalibus literariis crebro interfuit: (VI. 13. XV. 2. XVIII. 2. et 13.) Hic ex vario auditionum lectionumque proventu Noctes suas condere cœpit. (vid. Præfat. Noct. Attic.) Brevi, Athenis et cum eruditis Atheniensibus ita versatus est Gellius meus, ut ante oculos nunquam non habuisse videatur præceptum Ciceronis ad Marcum filium in Procemio l. III. de Officiis: 'Suscepisti onus grave et Athenarum et Cratippi: ad quos cum tanquam ad mercaturam bonarum artium sis profectus, inanem redire turpissimum est, dedecorantem et urbis auctoritatem et magistri. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, (si discendi labor est potius quam voluptas,) tantum fac, ut efficias.' Atque hæc de præclara Gellii nostri peregrinatione dixisse sufficiat, quam ante a me prædicari memini in Idea Historiæ Literariæ Roman. p. 220.

§ VII. Redux in patriam non privatus in otio ætatem procul a Republica habuit, quin potius pulcherrimum putavit ad emolumentum commune domi afferre, quod tanto foris opere conquisiverat. Fuit autem occupatissimus negotiis civilibus, maxime forensibus, unde et 'otium se furari' ait in Præfatione. conf. l. XVI. c. 10. princ. Scilicet 'adolescens a Prætoribus lectus est in judices, ut judicia, quæ appellantur privata, susciperet.' v. XIV. 2. princ. Porro 'a Consulibus judicem extra ordinem datum' se memorat, l. XII. c. 13. et 'arbitriis' districtum, l. XI. c. 3. Quo quidem officio quam sancte casteque functus fuerit, nemini dubium esse potest, qui libri XIV. caput secundum de ambigua lite pecuniaria inter duos, alterum spectatæ fidei hominem, alterum perfidiarum fraudumque plenum, perpenderit. Conf. ibid. c. 4.

§ VIII. Pergo ad Scripta Gellii, quæ ad nos pervenerunt, 'Volumina Commentariorum Viginti:' quem numerum Auctor in Præfatione quoque definit, quanquam plura ab eo relicta fuisse dubitare nos non sinunt verba Nostri, quæ

mox ibidem subjiciuntur: 'Quantum autem vitæ mihi deinceps Deum voluntate erit, quantumque a tuenda re familiari procurandoque cultu liberorum meorum dabitur otium; ea omnia subsiciva et subsecundaria tempora ad colligendas hujuscemodi memoriarum disceptatiunculas conferam. Progredietur igitur numerus librorum, Diis bene juvantibus, cum ipsius vitæ progressibus.'

Atque ut ordinem Præfationis Gellianæ sequar, scripsit Noster in gratiam et emolumentum liberorum suorum; 'ut his paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum, interstitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuisset:' (conf. Walckii Diatrib. de Dedicationibus Librorum veterum Latinorum cap. v. p. 47.) usus 'ordine rerum fortuito, quem ante in excerpendo fecerat:' quod quidem consilium Vir doctissimus Ludovicus Vives Gellio usque adeo vitio vertit, ut hunc 'hominem rhapsodum plane, et congestorem potius quam digestorem' compellare non erubescat in l. III. de Tradendis Disciplinis p. 532. Quid vero? si 'rhapsodus et congestor' contumeliose dicendus est Gellius, quod variam et miscellam doctrinam 'indigeste' (ut ipse Gellius ingenue et modeste fatetur) nobis tradidit; (revera quia minus honorifice de Seneca homine Hispano existimasse videtur;) non video profecto, quo pacto hanc notam effugiant, aut Veterum plerique, qui ποικίλην ἱστορίαν et similia scripsere, atque in his Plinius Junior; (is etenim Epistolas edidit non servato temporis ordine: 'neque enim,' inquit, 'historiam componebam;' sed ut quæque in manus venerat. V. l. I. Epist. I.) aut recentioris atque nostræ memoriæ Scriptores, Phil. Beroaldus, Jo. Baptista Pius, Hieronymus Magius, Franc. Robortellus, Jo. Brodæus, M. Antonius Muretus, innumeri alii Miscellaneorum Scriptores, qui ῥαψῳδίαν (verbo utor Ludovici) Gellianam vel tacite imitati sunt, vel sese imitatos palam profitentur.

Commentationes suas inscripsit NOCTES ATTICAS, quoniam longinquis per hyemem noctibus in agro terræ Atticæ ludere ac facere eas exorsus fuerat. Quæ quidem innoxia

et modestissima inscriptio, ne a Scioppio quidem aut Ludovico Vives, aliisve Gellii obtrectatoribus infestata, nescio qui commoverit Virum clarissimum, Michaëlem Lilienthalium, ut hic in Selectis Historicis et Literariis Observat. VII. § XI. p. 204. hanc sententiam parum propitiam pronuntiet: 'Vellicat quæsitam titulorum obscuritatem ac ambiguitatem AULUS GELLIUS, ipse ob inscriptionem operis sui satis obscuram vellicandus, et acerbo sale defricandus.' Ego vero, quam Tu, V. C. 'inscriptionem obscuram' vocas, modeste et bona cum venia tua interpretor, 'non satis illustrem et pro dignitate πολυϊστορίας Gellianæ magnificam.' Sed reclamantem te audire mihi videor: desinas, amabo te: periculum invidiæ tibi erit a summis Viris, H. Stephano, Curtio Lancilotto, Jo. Fechtio, quam plurimis aliis, qui exemplo Gellii Opera sua 'Noctes' inscripserunt, hic 'Parisinas,' ille 'Romanas,' iste 'Christianas,' alii aliter, uti jam notavit Cl. Fabricius Bibl. Lat. l. III. c. 1. p. 509. et Volum. III. p. 4. quibus addas Viri Cl. Jo. Frid. Christii 'Noctes Academicas,' editas Halæ 1727. 8. Mihi profecto valde, fateor, Gellianus iste titulus placet, sicuti quondam Hadriano Junio, qui, 'Aulus Gellius,' inquit, 'scripta sua Noctes Atticas vocavit: glorioso nocturnæ lucubrationis argumento.' Vid. Blount. Censur. Celebr. Auctor. p. 146. Placet, inquàm, quia nativam quandam ingenuitatem præfert, Auctorisque modestiam tacite commendat, si hic vel nunquam scripsisset: 'Nos vero, ut captus noster est, incuriose et immeditate ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hybernarum Vigiliarum, ATTICAS NOCTES, inscripsimus, tantum ceteris omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura et elegantia scriptionis.'

Denique cum Gellius Præfationem suam his verbis claudit: 'Capita rerum, quæ cuique commentario insunt, exposuimus hic universa, ut jam statim declaretur, quid quove in libro quæri invenirique possit;' quæri a Criticis solere memini, 'istane, quæ hodie supersunt Capitum Gellianorum LEMMATA, Gellium ipsum auctorem habeant, an a re-

centiori manu sint profecta?' Sed et ego memini, hanc controversiam a me in Prolegomenis ad 'Vigiliam Primam Noctium Ripensium' jam quondam copiosius pertractari; cujus quidem disceptatiunculæ hæc summa est: Scilicet quidam Avieno alicuipiam Lemmata nostra tribuunt, qui in Ms. quodam Gellium recensuisse dicitur, teste Fabricio Bibl. Lat. l. III. cap. 1. p. 509. item Jac. Schegkio Præmess. Epist. VI. p. m. 899. quæ conjectura haud majoris ponderis esse mihi videtur, quam eorum, qui 'Vitas Excellentium Imperatorum' non Cornelii Nepotis esse, sed ab Æmilio quodam Probo tempore Theodosii scriptas somniarunt, decepti ineptis quibusdam hujus Librarii versibus, qui vitis istis præmitti in Mss. Codd. solent. V. Voss. de Hist. Lat. lib. I. cap. 14. p. m. 70. sq. et Jo. Cleric. Art. Crit. P. III. S. II. c. 2. § 6. p. m. 329. Henricus Stephanus spurium et supposititium esse contendit, quicquid titulorum est in toto Gellii opere; quem proinde Phil. Carolus Animadv. in lib. I. Gellii cap. I. p. 4. 5. et Jac. Gronovius ad Gell. p. 12. et 743. vehementissime reprehendunt, sed ita ut ipsimet forte, si res tanti esset, in reprehensionem incurrere queant, cum vel nullis omnino, vel sane quam levissimis argumentis fidem Clarissimo Stephano detrahere videntur. Ego, salva singulorum auctoritate, LEMMATA, quæ hodie Gellio ascribuntur, ipsius auctoris esse nullus dubito, sequentibus adductus argumentis, quæ in antedicta Vigilia mea diligentius executus fui, quo lectorem humanissimum delego. En argumenta!

'Si Gellius Lemmata reliquerit, [reliquisse autem palam est ex diserto ipsius testimonio in Præfat. extr.] aut ea sunt, quæ hodie extant, aut perierunt: sed non perierunt, [neque enim hoc probari potest] Ergo—

Vocabula nova aut sequioris ævi indicant manum recentiorem: At Lemmata Gellii non illis infestata sunt: Ergo nec ab hac profecta.

Quam personam Lemmata Gelliana auctorem sui profitentur, ejus et esse ea omnino credibile est: Atqui primam (Gellii) personam illa——Ergo——

Quæ expressam Styli Gelliani imaginem referunt, ea Gellium habere auctorem verisimillimum est: Lemmata Gelliana ——— E.'

Taceo de FRAGMENTIS Noctium Atticarum, apud Priscianum lib. VI. p. m. 191. et 200. superstitibus, quæ diligentiam eorum, qui hactenus Gellium ediderunt, subterfugere. Taceo, inquam; quia de his jam ante monui in Memoriis meis Obscuris Part. III. pag. 195.

§ IX. Quid de Editionibus Gellii et Codicibus Msstis? Otium mihi jam fecerunt Viri clarissimi Jac. Gronovius, Jo. Alb. Fabricius, et Thomas Crenius, qui annales Gellii typographicos cum Michaële Maittaire quam diligentissime excusserunt, nihil fere intactum reliquerunt, præter editionem Bononiensem 1503. in fol. (mihi notam ex Bibliotheca Dalmanniana p. 151.) Gryphianam 1542. Lugd. 8. (v. ibid. p. 373.) Codicem membranaceum in fol. ex bibliotheca Vindobonensi amissum, quem Lambecius de Bibliotheca Vindob. l. IV. p. m. 304. edit. Reimmann. præstantissimum vocat: item Mstum illum in fol. Ann. 1403. in bibliotheca Guelferbytana, de quo Vir perillustris Julius Pflugk meminit in Epistola ad Seckendorffium p. m. 352.

§ X. Est profecto, quod de indiligentia me accuset Gellius meus, si insignes hujus Virtutes tacitus prætercam, quas proinde commendare libet.

I. AB HONESTO.

Scilicet in Gellio nostro omnia fere δωρήματα θεῶν κάλλιστα, ut cum Euripide loquar, eminent; in primis PIETAS, quam testantur istæc Auctoris loca l. IV. c. 9. 'Templa quidem ac delubra non vulgo ac temere, sed cum castitate cærimoniaque adeunda et reverenda et reformidanda sunt:' item l. XVII. c. 1. 'Ut quidam fuerunt monstra hominum, qui de Diis immortalibus impias falsasque opiniones prodiderunt:' quo accedunt piæ locutiones XVIII. 10. 'Cum Diis bene volentibus;' et in Præfatione, 'Diis bene juvantibus:' deinde MODESTIA, quæ clarissime elucet l. I. c. 17. extr. 'In hac re de Viro tam excellentis doctrinæ [M.

Ter. Varrone] non meum judicium est:' et l. x. c. 22. 'Vertere ea [verba Platonis] consilium non fuit, cum ad proprietates eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare, ac multo minus etiam mea.' Item l. xi. c. 13. 'Hæc ego admonui, non ut C. Graccho vitio darem, (Dii enim meliorem mentem mihi: nam si quicquam in tam fortis facundiæ viro vitii vel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas ejus exhausit, et vetustas consumsit):' tum ÆQUITAS, quam in Gellio nostro laudet æquissimus quisque hujus ingenii æstimator: v. Borrichii nostri Conspect. Script. L. Lat. § 37. p. 82. Morhof. de Patavinitate Livii cap. xii. p. 153. &c. Certe plagii eum nemo insimulaverit, quod certissimum est æquitatis indicium; nemo malevolentiæ et novæ obtrectationis, qui morbus non raro Criticos tenere solet. Sed offendo forte Senecæ (de quo paulo acerbius judicare Noster videtur l. xii. c. 2.) Lipsium, Caussinum, Nicolaum Antonium, complures alios, (quos celeberrimus noster Sev. Lintrupius memorat in erudita Præfatione ad Jo. J. Swaningii Theologiam Senecæ Naturalem contemplativam,) gravissime vero omnium Carolum Paschalium, qui p. 160. 'de Optimo Genere Elocutionis' his convitiis Gellium nimium quam inclementer proscindit: 'Nullo adhuc nomine est is, qui ad id felicitatis evasit, ut evaserit morsus alicujus edentatæ belluæ, quamvis irritos: quapropter nihil mirum, si ne Seneca quidem sauciantium linguarum susurros improbos vitare potuit. Adest enim iste, quocumque nomine est, sive *Aulus Gellius* sive *Agellius*, magnus in literis veterator, et naso, nequid dicam infra rem, Rhinoceronico, sed hercule nequaquam hic tam adunco, quam pravo et obeso. Equidem ejus capiti quantumque Musarum, quantumque est Gratiarum, infensum fuisse crediderim, cum tam immundum et ignominiosum dictum crepuit in tantum virum. At etiam paucula quædam ab illo fatetur bene dicta. Ex his unum illud profert conjectum in avidum et pecuniæ sitientem: 'Quid refert quantum habeas? Multo illud plus est quod non habes.' Os pugilis.—&c.' Bona verba, quæso: amo et ego Senecam,

colo Senecam, admiror Senecam. Tu vero, habita decori et æquitatis ratione, memento, Gellium loc. cit. magis tradere, quid de Seneca alii senserint, quam quod ipse. Memento insuper, plus omnino tribuendum esse Veterum, de Veteribus existimantium judiciis, (conf. Quintil. x. 1.) quam recentiorum; quanquam et horum non pauci Gellio suffragantur, minusque honorifice de eloquentia Senecæ judicant, Erasmus Roterodamus Præfat. ad Senec. Gatakerus in Præloquio ad M. Antoninum, Gesnerus l. VII. de Orat. c. 5. Borrichius Cogitat. p. 9. Bœclerus Bibliogr. Crit. cap. 43. § 8. p. m. 633. Sanctius in Minerv. l. III. c. XIV. p. 513. Morhofius Polyhist. t. I. l. I. cap. 23. p. 276. et l. IV. c. 12. p. 880. quam plurimi alii: imo quis Veterum Nostro refragatur? Sapientiam Senecæ extollunt omnes, extollunt ingenium, extollunt virtutes: nemo vero eloquentiam, nemo dicendi genus, quod Gellius noster potissimum insectatur.

II. AB UTILI.

Ad Honestatem accedit Gellii nostri Utilitas, quam multis doctorum testimoniis, Lambecii, Bonifacii, Vallæ, Barthii, &c. prosequi haud opus est. Satis illustria sunt hominis merita. Huic namque debemus tot Fragmenta veterum tam Græcorum quam Romanorum, quæ frustra alibi quærantur, ut 'unus instar plurium haberi possit,' quod ait Vavassor de Ludicra Dictione p. 268. Huic debemus plerasque utriusque gentis Antiquitates maxime literarias; unde gaudium illud et velut grata vox Lucæ Fruterii Verisimil. l. III. cap. 11. p. m. 369. 'Quæ de cærimoniis Flaminum et Flaminicarum scripsit Gellius, ea sane frustra ab Auctoribus aliis peteremus, nisi ille, qui dispersam antiquitatem suis Noctibus clarissimis involvit, etiam hæc obscurissima posteritati condonasset.' Huic debemus insignes veterum monumentorum Emendationes Criticas, quorum vitia, si aut periisset Gellius, aut ea non observasset, etiamnum Codicibus nostris insiderent, quæ fere verba sunt Jo. Clerici Art. Crit. P. III. s. I. c. 14. p. m.

199. Huic denique debemus Sermones et gravissimas Philosophorum sui temporis sententias, quas ex ore illorum avide excepit: imo si in vivis adhuc essent Macrobius et Nonius Marcellus, qui Gellium non raro exscripserunt, (nequid dicam de Ammiano Marcellino, quem pertinacissimum Gellii imitatorem vocat Pricæus ad Milesias Apuleii p. 487.) faterentur, nisi forte pudor obstaret, plurimum fructus ex Noctibus Atticis in quolibet fere argumenti genere percipi posse: ulciscerentur profecto Gelliomastiges nostros, eorumque lasciviam coërcerent. Taceo de Scriptis Criticorum, quæ in Thesaurum suum Vir immortalis Janus Gruterus congessit: quid in his nomine et auctoritate Gellii frequentius? Taceo de præstantissimo quovis libro, qui ad humanitatem pertinet: hic semper fere maximam partem ex Gellio conflatur. Ego profecto affirmare possum, neminem Veterum, cum Quæstiones meas Romanas sive Ideam Historiæ Literariæ Romanorum componerem, majori crebriorique usui fuisse, quam Gellium: ego, siquam intelligo teneoque Sermonis Latini proprietatem, eam omnem, quantulacunque est, Gellio me debere fateor.

III. A DULCI SIVE JUCUNDO.

Quod prudentissimi cujusque Scriptoris est, callide videre, ut 'duplex libelli dos sit,' (quod ait Phædrus Prolog. v. 3.) ut 'misceat utile dulci,' monente Horatio de Arte Poët. v. 343. id vero Noster enitendum sibi duxit, ut varias amœnitates, varia velut antiquarum rerum spectacula nobis identidem exhiberet, adeoque, quod de se testatur Plinius Junior lib. II. Epist. 5. 'quamlibet diversa genera lectorum per plures dicendi species teneret.' Exhibet autem jam ludos Philosophorum, doctrinas et captionum dialecticarum formidines ostentantium: jam certationes JCtorum, de antiquo jure contendentium: alias meditamenta Grammaticorum, varias quæstionum præstigias captantium, et similes delicias, ut non possit non animus legentis sicuti stomachus pluribus cibis minore fastidio ali.

§ XI. Superest, ut Auctoritatem Gellii mei adversus obtrectatores tueri et vindicare me oporteat. Quid vero? pium hoc negotium jam Vir Cl. Henricus Stephanus in Auli Gellii Apologia adversus Lud. Vivem rite olim suscepit, eaque, qua par est, fide et diligentia præclare perfecit. Ceterum, cum post ætatem Ludovici Vives alius atque alius (parco nominibus) Ludovicus Gelliomastix exstiterit, qui auctoritatem Gellii nullius ponderis, Noctes Atticas parvi pretii esse deputaverit, adeo ut altero quodam Stephano vindice opus esse videatur, quem ego præstare nequeo: gravius in hos imperitos Gellii censores animadverti non posse puto, quam si gravissima et literatæ senectutis plena peritissimorum in Arte Critica Virorum testimonia de præstantia Gellii opponantur. Prætereo autem eos, quos V. C. Thomas Pope Blount in Censura celebriorum Auctorum p. 146. sqq. jam in hanc rem allegavit. Audiantur PHIL. BEROALDUS in Annotat. ad Servium p. m. 263. ‘ Locupletissimi Scriptores, inter quos haud dubie numeratur Gellius:’ JAC. DUR. CASELLIUS lib. II. Var. cap. 4. p. 231. ‘ A. Gellius Scriptor nitoris ac facundiæ haud vulgaris, elegantiarumque veterum et memoriarum plenissimus:’ JO. H. BŒCLERUS de Scriptor. Sæc. P. C. II. p. 62. ‘ Singularis thesaurus antiquæ eloquentiæ et philosophiæ, sed paucis perspectus, latet in Aulo Gellio, ne quem præjudicio decipiat Lipsii iniquior Censura in Præloqu. Senecæ: item in Bibliographia Critica cap. 28. p. 458. ‘ Auli Gellii liber est aureus, — neque quisquam negaverit, aureum esse scriptum, cujus auctoritate perpetuo nituntur restauratores antiquitatis, Onuphrius Panvinius, Sigonius, &c. Stylus ejus est optimus, neque ob antiquorum usum vocabulorum desinit esse Latinissimus:’’ MART. SCHOOCKIUS in Epist. de Figm. Leg. Reg. p. 64. ‘ Gellius nulli secundus Grammaticus, si non tribu Grammatica longe eminentior:’ JO. BAPTISTA PIUS in Annotat. L. Latinæ Græcæque cap. 1. p. 387. ‘ Gellius non minus eruditus quam nitidus et emunctus Scriptor:’ item cap. 11. p. 405. ‘ Togatorum eruditissimus A. Gellius:’ IS. CASAU-

BONUS in Not. ad Sueton. Cæs. c. 56. p. m. 74. 'A. Gellius elegantissimus Scriptor:' item in Not. ad Theophrasti Charact. cap. 19. p. m. 371. 'eruditissimus:' JOSIAS MERCERUS ad Nonium p. 123. 'Gellii doctrina et elegantia ut testimonio perhibendo advocarentur a Nonio Marcello [qui nomen ipsius sæpe dissimulavit] meruerant:' FRID. RAPPOLT in Observat. Philolog. ad lib. II. Noct. Attic. c. 28. 'Noctes Atticæ, eruditum politioris literaturæ sacrarium:' ER. PUTEANUS in Epist. ad G. J. Vossium, data Lovanii III. Kal. Sept. cIↄIↄcXLII. 'Hic [Gellius] ille Scriptor est, qui magnam Antiquitatis Partem Noctibus suis illustrat, varius, Latinus, accuratus.' OL. BORRICHIUS in Cogitat. p. 70. 'A. Gellius luculentus Auctor:' SALMASIUS lib. de Hellenistica p. 37. 'Antoninorum ævo Agellius politissime et elegantissime scripsit:' item pag. 85. 'Apud omnes hodie literatos pro elegantissimo Latinæ Linguæ auctore habetur, et olim habitus est, passimque a Grammaticis tanquam Scriptor idoneus citatus, a quibusdam etiam multis in locis ad verbum pæne transcriptus:' JO. ALB. FABRICIUS Biblioth. Lat. l. III. cap. 1. p. 508. 'A. Gellius literarum et antiquitatis peritissimus.'

De reliquo, mi GELLI, OSSA. TIBI. BENE. QUIESCANT.

TESTIMONIA

DE

AULO GELLIO.

'A. Gellius vir elegantissimi eloquii, et multæ ac facundæ scientiæ.' S. Augustinus lib. ix. de Civitate Dei, c. 4.

'A. Gellius Noctium Atticarum inscripsit.' Priscianus, lib. vii.

'Gellii commentariis quibus nihil fieri potest neque eruditius,' &c. Erasmus Adagiorum chiliade i. centuria iv.

'Nefas est præterire hoc loco Aulum Gellium qui sexcenta Grammaticorum, Poëtarum, Rhetorum, Philosophorum, Jurisconsultorum, dicta, facta, instituta usque eo non præteriit, ut unus scriptor instar plurium haberi possit.... Neque audiendum ullo modo Gasparem Scioppium puto præfidentem Grammaticum, qui ex quatuor Latini sermonis quasi ætatibus, quas arbitratu suo distinguit, aurea, argentea, ænea, ferrea, Gellium in infima maximeque ignobili reponat ætate, et ultimis scriptoribus annumeret; judicium, quantum existimare possum, omnis judicii expers.' Franc. Vavassor: in lib. de ludicra dictione.

[Videsis alia Testimonia ad finem Dissertationis Falsteri.]

AULI GELLII[1]

IN

NOCTES ATTICAS PRÆFATIO.

JUCUNDIORA [2] alia [a] reperiri queunt: *ipse autem* ad hoc *scripsi*,[a] ut liberis quoque meis paratæ istiusmodi remissio-

[a] *Ut mei filii possent se oblectare his commentariis legendis.*

1 Quidam codd. antiqui legunt *Agellii*.—2 Hæc Præfatio in editionibus antiquis ad finem capitis ultimi rejecta fuerat, atque ut convenire posset ac cohærere cum illo postremo capite, cui eam uno tenore subjunxerunt, sic ejus initium interpolarunt correctores: *Atqui jucundiora alia, &c.* 'In optimæ notæ Ms. Regio erat hoc caput in initio totius operis positum: incipiebat autem hoc modo: *Jucundiora alia reperiri queunt, &c.* Neutra lectio placet mihi, tam manuscripta, quam excusa: nam velim vocem *Atqui* nec plane deesse, nec superesse. Mea quidem sententia vetus lect. est: *Alii jucundiora alia reperire queunt: ipse autem, &c.* ut scilicet in mente habuerit Gellius Atticorum illud proverbium ἄλλαι δ' ἄλλων ἐπιτεχνήσεις, quo nihil aptius ad hanc sententiam.' *Lambecius.* 'Subscribunt membranæ Rottendorfiæ, idem principium Noctium Atticarum facientes. Uterque autem codex: *Jucundiora alia reperiri queunt: ad hoc ut liberis quoque meis paratæ* (Reg. *partæ*) *istiusmodi remissiones essent.* Salmasius ubi tradit, quemadmodum ex vetusto codice legendum sit, de posterioribus solum *autem* expunxit; credo, quod τὰ *ipse scripsi*, quæ tamen etiam, ut dixi, in ambabus membranis desiderantur, ad sensum implendum necessaria judicaret. Ego vero et in Chartaceo veteri, qui cum vulgatis hæc ad calcem rejecisset, inveni: *Atqui jucundiora alia re-*

NOTÆ

[a] *Jucundiora alia*] Quam hic Præfationem Gellii dicimus, ea velut appendix et peroratio in superioribus editionibus fere omnibus ad calcem ultimi libri rejecta fuerat. Id autem totius operis esse procemium cum res ipsa docet, tum vero convincit auctoritas manuscripti codicis ex bibliotheca Regia longe optimæ notæ, quod annotavit Lambecius. Porro quas hic desideret fortasse aliquis notas de Dialectica, Geometria, Auguribus, Pontificibus, Aristophane, et aliis id genus, reperiet lector consequentibus in libris, ubi videntur utiliores.

nes essent: quando animus eorum, interstitione [b] aliqua negotiorum data, laxari [c] indulgerique potuisset. Usi autem sumus ordine rerum fortuito, quem antea in excerpendo feceramus. 2. Nam perinde [3] ut librum quemque in manus ceperam seu Græcum seu Latinum, vel quid memoratu dignum audieram, ita, quæ libitum erat, cujus generis cumque erant, indistincte atque promisce annotabam: eaque mihi ad subsidium memoriæ, quasi quoddam literarum penus,[d] recondebam; ut, quando usus venisset aut rei aut verbi, cujus me repens forte oblivio tenuisset,[e] et libri, ex quibus ea sumseram, non adessent, facile inde nobis inventu atque depromtu foret.[f] 3. Facta igitur est in his quoque commentariis eadem rerum disparilitas,[g] quæ fuit in illis annotationibus pristinis: quas breviter et indigeste et incondite eruditionibus,[*] tractationibus, lectionibusque variis feceramus.[4] Sed quoniam longinquis, per hyemem, noctibus in agro, sicuti dixi, terræ Atticæ commentationes hasce ludere ac facere exorsi sumus; idcirco eas inscripsi-

[b] *Cessatione.* [c] *Recreari.* [d] *Receptaculum.* [e] *Ut quando opus esset, aut alicujus rei vel verbi forte oblitus essem.* [f] *Facile invenirem et haurirem ex his commentariis.* [g] *Varietas.*



periri queunt: ad hoc ut liberis. Et sane τὸ *Atqui* ἑκὼν ἀέκοντι θυμῷ omisi, quippe quod interdum et exordium sermonis ornet.' *J. Fr. Gronovius.* 'Apparet cuicumque acutiori ex fide optima Regii codicis ab Gellio nihil scriptum esse præterquam: *Jucundiora alia reperiri queunt. At hoc, ut libris quoque, &c.*' Jac. Gronovius. Pro *reperiri* impressere nonnulli *requiri.*—3 *Proinde* vulg.—4 In Ms. Reg. scriptum est: *quas breviter et indigeste et incondite eruditionibus, lectionibusque v. feceramus:* optime, censente Lambecio. '*Annotationibus, tractationibus, lectionibusque variis*] Satis hoc absonum atque abhorrens: 'annotationes facere annotationibus:' Itaque H. Stephanus *observationibus* subjicit. Duo optimi Regius et Rottendorfius; *incondite eruditionibus lectionibusque v.* sine τῷ *tractationibusque.* Atque etsi insolentior videatur vox 'eruditiones,' extat tamen et apud Vitruvium lib. I. cap. 1. Sed nondum salva res est. Quam enim belle cadit 'annotationes facere eruditionibus lectionibusque!' Si nihil aliud, præpositio desideratur. Denique scripsisse auctorem censeo: *quæ fuit in illis annotationibus pristinis, quas breviter et in-*

NOTÆ

[*] *Eruditionibus*] Ita ex manuscripto Regio legit idem Lambecius, cum prius inepte haberetur *annotationibus, tractationibus.* Sensus est, annotationes nostræ confectæ sunt ex iis, de quibus ab aliis eruditi sumus, et quas nos ipsi legimus.

mus, *Noctium Atticarum*,[5] nihil imitati festivitates inscriptionum, quas plerique alii utriusque linguæ scriptores in id genus libris fecerunt. 4. Nam quia variam et miscellam et quasi confusaneam doctrinam conquisiverant; eo titulos quoque ad eam sententiam exquisitissimos indiderunt. Namque alii 'Musarum' inscripserunt; alii 'Sylvarum;' ille *Πέπλον*, hic *'Αμαλθείας Κέρας*,[h] [6] [c] alius *Κήρια*,[i] partim *Λειμῶνας*, quidam 'Lectionis suæ;'[7] alius 'Antiquarum lectionum;' atque alius *'Ανθηρῶν*,[k] [d] et item alius *Εὑρημάτων*.[l] [e] Sunt etiam, qui *Λύχνους*, inscripserunt: sunt item, qui *Στρωματεῖς*:[m] sunt adeo, qui *Πανδέκτας*[f] et *'Ελικῶνα* et *Προβλήματα* et *'Εγχειρίδια* et *Παραξίφιδας*. Est qui 'Memoriales' titulum[8] fecerit:[n] est qui *Πραγματικὰ*[o] et *Πάρεργα* et *Διδασκαλικά*.[9] Est item qui 'historiæ naturalis.' Est *Παντοδαπῆς ἱστορίας*;[10]

[h] *Cornu Amaltheæ.* *vos.* [k] [*Floridorum.*] [l] [*Inventorum.*] [m] [*Involucra straguli instar.*] [n] *Qui hunc titulum suis operibus præfixerit memoriæ.* [o] [*Negotialia, politica.*]

----

digeste et incondite ex auditionibus lectionibusque v. f.' J. Fr. Gronov.—5 Ms. Regius et nonnulli insuper alii *Noctium esse Atticarum* quod ignorari non debet: qui codex mox quoque retinet *conquisiverant*. Jac. Gronov.—6 Sic legendum monent Salmasius et J. Fr. Gronov. Alii habent Κέρας 'Αμαλθείας et pro Κήρια, Καίρια. Vid. Not. Var.—7 Malim, inquit Scioppius, *uæ*, id est, *variæ*, ut τὸ *s* ex præcedenti vocula adhæserit.—8 *Memoriales titulos* vulg. Conjicit Stephanus, *Memorialia titulum*.—9 Pro: *est qui* Πραγματικὰ *et* Πάρεργα *et* Διδασκαλικὰ, vulg. legitur: *Est qui* Studiosorum *et* De ridiculis *et* περὶ Ποικίλης 'Ιστορίας. Scioppius legit: *De ridiculis et salibus et* περὶ.—10 Sic Reg. Interponendum τὸ *qui* post verbum *est* monet J. F. Gronov. ut fecit Salma-

NOTÆ

[c] Κέρας 'Αμαλθείας] Cornu Amaltheæ, proverbium, quo rerum omnium abundantia significatur, a fabula traxit originem. Scilicet Jupiter a Nymphis Adrastea et Ida nutritus lacte Amaltheæ capræ, eam beneficii memor inter astra retulit; Nymphis autem cornu præcisum dedit, quod ex eo tempore vineis et fructiferis omnis generis arboribus abundans cessit in proverbium. Vide Ovidium lib. v. Fastor.

[d] 'Ανθηρῶν [Πινακίδιον] Tabella aut pugillaris erat, quo nomine opusculum inscripsit Cebes Thebanus.

[e] Εὑρημάτων ['Εγχειρίδιον] Liber manualis, qui propter exiguam molem manu facile gestari possit: dicitur etiam pugio.

[f] Πανδέκτας [*Pandectas*] Pandectæ libri sunt in quibus omnia promiscue continentur. Græca vox est, πᾶν omne, et δέχομαι contineo.

est præterea qui 'Pratum;' est itidem qui *Πάγκαρπον*,[p] [g] est qui *Τόπων*[q] scripsit.[11] Sunt item multi qui 'Conjectanea;' neque item non sunt,[12] qui indices libris suis fecerunt aut 'Epistolarum moralium' aut 'Epistolicarum quæstionum'[13] aut 'confusarum;'[r] et quædam alia inscripta nimis lepida, multasque prorsum[14] concinnitates redolentia.[s] Nos vero, ut captus[15] noster est,[t] incuriose et immeditate[16] ac prope etiam subrustice ex ipso loco ac tempore hybernarum vigiliarum, 'Atticas Noctes,' inscripsimus; tantum ceteris omnibus in ipsius quoque inscriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura et elegantia scriptionis. 5. Sed ne consilium quidem in excerpendis notandisque rebus idem mihi, quod plerisque istis, fuit: namque illi omnes, et eorum maxime Græci, multa et varia lectitantes, in quas res cumque inciderant,[17] alba,[u] ut dicitur, linea[h] sine cura discriminis, solam copiam sectati converrebant:[18] [x] quibus in legendis ante animus senio aut tædio[y] languebit; quam unum alterumve repererit, quod sit aut voluptati legere, aut cultui legisse, aut usui meminisse. Ego vero, cum

[p] [*Frugiferum.*] [q] [*Locorum.*] [r] *Quæstionum miscellarum.* [s] *Elegantiora et argutiora.* [t] *Juxta ingenium nostrum.* [u] *Simpliciter.* [x] *Quærentes solam multitudinem rerum congerebant.* [y] *Fatigatione.*

---

sius.—11 '*Est item qui* 'Εποπτίδων· *est qui scripsit* Συγγραφήν] Mirifice sudat in his optimus Stephanus, sed frustra: non sunt enim Gellii; sed ex Plinio transcripta, ut apparet e Regio, qui vicem eorum: *Est itidem, qui* Πάγκαρπον, *est qui* τὸ Πᾶν *scripsit*. Unde Salmasius, *qui* Τόπων. Ad τὸ *scripsit* intellige ex superioribus *titulum*. Sic minuitur quæstio, an *scripsit* pro *inscripsit* dicere potuerit auctor.' *J. F. Gronov.* 'Id vero τὸ Πᾶν non videtur mutandum ullo genere.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.—12 *Neque item desunt* vulg. —13 'Lipsius *Epistolarum quæsitiorum*, II. Elect. 3. sed qui uteretur exemplari, in quo superius habebatur: *de natura humana et Epistolarum quæstionum.* Quæ verba cum jam virtute vett. libb. sublata sint, nihil impedit, quo minus maneat, quod illi hic sanciunt, *Epistolicarum Quæstionum.*' J. F. Gronov.— 14 *Prorsus* vulg.—15 Al. *cæptus.*—16 *Immediate* vulg. In Regio erat *immedietate.*—17 'Ita habet cod. Reg. non *inciderent.* recte: agit enim de præterito. Etiam mox non *repereris*, sed in tertia.' *Jac. Gron.*—18 Aliter, *con-*

NOTÆ

[g] Πάγκαρπον ['Εποπτίδων] Ita suos libros inscripsit Valerius Soranus, ut in fine præfationis refert Plinius.

[h] *Alba . . . linea*] Id est, negligenter et simpliciter. Metaphora ducitur a pictoribus, qui, priusquam tabellæ colores allinant, solent figuras creta delineare.

illud Heracliti[19] [i] Ephesii viri summe nobilis verbum cordi haberem, quod profecto ita est, *Πολυμαθίη* [k] *νόον οὐ διδάσκει,* [z] [20] ipse quidem volvendis transeundisque multis admodum voluminibus,[a] per omnia semper negotiorum intervalla, in quibus furari otium potui,[b] exercitus defessusque sum: sed modica ex iis, eaque sola accepi, quæ aut ingenia promta expeditaque ad honestæ eruditionis cupidinem utiliumque artium contemplationem celeri facilique compendio[c] ducerent, aut homines aliis jam vitæ negotiis occupatos a turpi certe agrestique rerum atque verborum imperitia vindicarent.[d] 6. Quæ erunt autem in his commentariis pauca quædam scrupulosa et anxia,[e] vel ex grammatica, vel ex dialectica, vel etiam ex geometria, quæque erunt[1] item paucula remotiora super augurio jure et pontificio,[2] non oportet ea defugere quasi aut cognitu non utilia, aut per-

[z] *Confusa doctrinæ varietas intellectum non docet.* [a] *Celeriter legendis.* [b] *In quibus seponere aliquam temporis partem potui.* [c] *Via.* [d] *Impedirent, ne laborarent infami ac rustica rerum et verborum ignorantia.* [e] *Difficiliora et molesta.*

vertebant.—19 'In Regio non apparet nomen Philosophi. Et poterat profecto abesse. Sed Rottend. plane: *illud eracliti.*' J. F. Gronov.—20 Sic divinavit Salmasius, teste J. F. Gronov. ex corrupta lect. vet. lib. *πολυμαθίη νόον* ΤΑΙΔΑΣΚΕΙ. Correctores substituerunt: *Introite nam et heic Dii sunt.* In duabus antiquissimis edd. Græcis hisce verbis vacuus relictus locus est. Chartaceus nil nisi G habet, ut solet, Græca desiderari significans. 'Mens Agellii postulat,' inquit Croius 4. Observ. 'ut ex Heracliti verbis tollatur negatio, atque ut ita legantur: Πολυμαθίη νόον διδάσκει.'—1 '*Quæ erunt autem .... quæque erunt*] Sic edunt viri docti. Ego tamen utroque loco vidi in Regio scriptam notam *q̄d*, quæ involvit *quod.* Tum *Geometrica* non *Geometria.*' Jac. Gronovius.—2 'Sic Mss. et recte Stephanus edidit, cum legeretur: *super augurio et jure pontificio.* Quis igitur locus conjecturis, *super*

NOTÆ

[i] *Heracliti*] Heraclitus philosophus, cognomento *σκοτεινὸς*, seu tenebricosus, quod ad philosophorum solertiam exercendam stylum obscuraret: quoties domo pedem efferebat, lacrymis vanas hominum occupationes prosequebatur. Florebat circa Olymp. LXIX. ut refert Diogenes, annis ante Christum prope IƆ. Hunc bubulo se stercore oblitum exussisse tradit Tertullianus; narrant alii dum spretis medicorum consiliis hydropicus se bubulo sevo perunxisset, dum dormiret, a canibus discerptum obiisse.

[k] Πολυμαθίη] Ita locum hunc ex manuscripto Regio restituit Lambecius, cum prius nullo sensu legeretur, *quod profecto ita est: introite, nam et hic Dii sunt.*

ceptu difficilia; non enim fecimus altos nimis et obscuros in his rebus quæstionum sinus,[f] sed primitias[l] quasdam et quasi libamenta[m][g] ingenuarum artium dedimus: quæ virum civiliter eruditum[h] neque audisse unquam neque attigisse, si non inutile,[3] at quidem certe indecorum est. 7. Ab his igitur, si cui forte nonnunquam tempus voluptasque erit lucubratiunculas[n] istas[i] cognoscere, petitum impetratumque volumus, ut in legendo, quæ pridem scierint, non aspernentur quasi nota invulgataque.[k] Nam et quid tam remotum in literis est, quin id tamen complusculi sciant? et satis hoc blandum[4] est, non esse hæc neque in scholis decantata neque in commentariis protrita.[l] 8. Quæ porro nova sibi ignotaque offenderint,[m] æquum esse puto ut sine vano obtrectatu[n] considerent, an minutæ istæ admonitiones pauxillulæ[5] nequaquam tamen sint vel ad alendum studium inhonestæ,[6] vel ad oblectandum frigidæ fovendumque animum;[7] sed ejus seminis generisque sint, ex quo facile adolescant aut ingenia hominum vegetiora,[o] aut memoria ad-

[f] *Ambages.* [g] *Elementa.* [h] *Ut decet cives.* [i] *Opuscula ista.* [k] *Communia.* [l] *Id satis allicit ad legendum, quod hæc non sint vulgata in scholis, et obvia in libris.* [m] *Repererint.* [n] *Sine maledicentia inutili.* [o] *Ex quo robustiora hominum ingenia facile crescant.*

augurum jure, et augurali jure?' J. F. Gronovius.—3 Aliter, *utile.*—4 Thysius conjicit pro *hoc blandum* legendum *intolerandum.*—5 'Et Regia et Rottendorfia membranæ, *admonitiones epauxillulæ.* Nemo non viderit legendum, *et pauxillulæ.*' J. F. Gronovius.—6 'Sic a Carrione opinor Stephanus, qui et alios legere notat *ineptæ.* Prima editio et aliæ superiores *honestæ.* Reg. *vesce,* Rot. plane *vescæ:* quæ vera omnino et docta scriptura est.' *Idem.*—7 Tres codd. *ad oblectandum fovendumque animum frigidæ,*

NOTÆ

[l] *Primitias*] Proprie primitiæ sunt primi fructus, qui juxta morem veterum Romanorum a sacerdotibus offerebantur Diis.

[m] *Libamenta*] Libamentum seu libatio tum erat, cum sacerdos primoribus labris vinum degustabat, quod post immolatas victimas de more effundendum erat: primitiæ autem et libamenta ingenuarum artium per translationem dicuntur principia, elementa, aut tenuis cognitio scientiarum.

[n] *Lucubratiunculas*] Lucubrare est de nocte aliquid ad lucernam scribere, quod apud antiquos in more positum fuit: unde lucubrum a lucendo dictum est modicum lumen, quod tenui stupa et cera, vel oleo, foveri solet.

miniculatior,[p] aut oratio solertior, aut sermo incorruptior,[8] aut delectantior in otio, aut in ludo[9] liberalior.[q] Quæ autem parum plana[r] videbuntur, aut minus plena instructaque; petimus, inquam, ut ea non docendi magis, quam admonendi gratia scripta existiment: et quasi demonstratione vestigiorum contenti persequantur ea post, si libebit, vel libris repertis vel magistris. Quæ vero putaverint reprehendenda; his, si audebunt, succenseant, unde ea nos accepimus: sed enim, quæ aliter apud alium scripta legerint, ne jam statim tempore[10] obstrepant.[s] Sed tractationes[11] rerum et auctoritates hominum pensitent[t] quos illi quosque nos secuti sumus. 10. Erit autem id longe optimum, ut, qui in lectitando, scribendo, commentando, nunquam voluptates, nunquam labores ceperunt, nullas hoc genus vigilias vigilarunt, neque ullis inter ejusdem Musæ æmulos certationibus disceptationibusque percunctando, scribendo, elimati sunt,[u] sed intemperiarum[x] negotiorumque pleni sunt, abeant a Noctibus his procul;[12] atque alia sibi oblectamenta quærant. 11. Vetus adagium[y] est, Nihil cum fidibus graculo,[o] nihil cum amaracino sui.[p] Atque

[p] *Firmior.* [q] *Dignior homine libero in exercitatione.* [r] *Non satis clara.* [s] *Sine consideratione condemnent.* [t] *Attendant.* [u] *Nec inquirendo, componendo ullis eruditi sunt disputationibus et dissertationibus, quæ habentur inter professores ejusdem artis.* [x] *Pravæ indolis.* [y] *Proverbium.*

et sic legendum monet Thysius.—8 'Ipsa ratio legendum monet: *aut ratio solertior, aut sermo corruptior.*' Lamb.—9 '*Aut delectantior motio, aut in ludo*] Sic edebatur, cum Stephanus fecit, quod et prima habet editio, *delectatior motio:* fatetur tamen neutram sibi vocem satisfacere, seque malle; *delicatior notio.* Philippus Rubenius 2. Elect. 22. *delectantior in otio;* quod ipsum et ab sese et ex cod. Vat. laudat Rutgersius 4. Var. 11. Joh. Isac. Pontanus ad Macrobium, *delectatior in otio.* Chartaceus, *delectatior motio:* Reg. et Rottend. *delectatior in otio atque in.* Scribe: *aut sermo incorruptior, aut delectatio in otio atque in ludo liberatior.* Lib. III. 15. 'in osculis atque in manibus filiorum.'' *J. F. Gronov.* *In otio* probat Scioppius.—10 Aliter *temere.*—11 Antiquissima Veneta ed. Chartaceus et prima ed. *tractiones.* Reg. et Rottend. *rationes:* præclare, judice J. F. Gronov. *Rationes* etiam conjecerat Thysius. —12 'Hoc a Carrione. Scripti, ut prima et aliæ edd. *disceptationibusque*

NOTÆ

[o] *Nihil cum fidibus graculo*] Proverbium est, quo significamus indoctis nihil convenire cum ingenuis artibus. Graculus enim est avis inconcinnæ garrulitatis, quæ a musicis instrumentis alienissima est.

[p] *Nihil cum amaracino sui*] Hoc itidem proverbium indicat optima quæ-

etiam, quo sit quorundam male doctorum hominum scævitas [a] et invidentia irritatior, mutuabor ex Aristophanæ choro anapæsta pauca,[13] et quam ille, homo festivissimus, fabulæ suæ spectandæ legem dedit, eandem ego commentariis his legendis dabo; ut ea ne attingat neve adeat profestum et profanum vulgus, a ludo Musico diversum.[a] Versus legis datæ hi sunt:

Εὐφημεῖν χρὴ κἀξίστασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν,
Ὅστις ἄπειρος τῶνδε λόγων, ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύοι,[14]
Ἢ γενναίων ὄργια [q] *Μουσῶν μήτ' ἶδε πω, μήτ' ἐχόρευσε.*[b]

[z] *Malignitas.* [a] *Indoctum, et rude vulgus alienum ab occupationibus eruditis.*
[b] *Laudare oportet et decedere nostris choris,*
Quisquis imperitus sermonum est, aut non est mente pura:
Aut nobilium orgia Musarum neque vidit unquam, neque saltavit.

elimati sunt, sed i. n. p. s. abeant percontando, scribendo a Noctibus his procul. Prius *sunt* videtur exterendum. De reliquo possis suspicari alterum verbum excidisse supra, et cum ad marginem relatum esset una cum sequenti proximo verbo, utrumque a succedente librario in locum non suum fuisse additum. Foret enim non male: *qui in lectitando, percontando, scribendo, commentando, nunquam voluptates, nunquam*] *labores ceperunt.*' J. F. Gronov. Reponendum, ut damus, monet Thysius.—13 '*Mutuabor ex Aristophanis choroanapæsta pauca*] Egregie sic restituit P. Victorius XVII. Var. Lect. 4. cum legeretur *coronopesta.* Et eo ducunt Reg. qui *choronapesta*, et Rot. qui *choroapesta.* Sed ambo cum Chartaceo habent *Aristophane.* Scribe: *ex Aristophani choro.* Sic amat noster 'Sophocli,' 'Euripidi,' 'Empedocli,' 'Socrati,' patrio casu. Nisi malumus *Aristophanæ*, ut XIV. 1. 'Socratæ et Antisthenæ:' et ibid. c. VI. 'Hippocratæ,' licet alio ista casu.' *J. F. Gronov.*—14 'Tres hos versus de conjectura interposuit Victorius; utrum plures apponi debeant, an tribus his contentus fuerit auctor, affirmare non ausus. Docte simul et modeste. Regius et hos ipsos habet versus, et præterea tres alios juxta opportunos: sed et in utrisque aliquid a vulgatis diversum, quod non temere incidisse videtur. Est enim illic, μὴ καθαρεύει, (scriptum est καθερύει,) ut et apud Plutarchum Πότερον Ἀθηναῖοι, et μήτ' εἶδεν μήτ' ἐχόρευσε, ubi Plutarchus μήτ' ᾖσε μήτ' ἐχόρευσε. Subjiciuntur: Τούτοις αὐδῶ, κ' αὖθις ἀπαυδῶ, κ' αὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ Ἐξίστασθαι τοῖσι χοροῖς, ὑμεῖς δ' ἀνεγείρετε μολπὴν Καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἳ τῇδε πρέπουσιν ἑορτῇ. Primus versus hic integrior quam apud auctorem suum: desunt enim illic τὸ τρίτον, eoque labant pedes. Sed in secundo versu rectius μύσταισι χοροῖς, et ob elegantiam sermonis et propter metrum.' *Idem.* 'Nihil potuit igitur morari, quin tres postremos versus nunc quoque reliquis Gellio auctore apponerem, plane prout in bibliotheca Regia descripsi. Sed et scire oportet istic legi τοιῶνδε, non τῶνδε, ut vulgo restituentem Victorium sequuntur, etsi illæ egregiæ Variæ lectiones Thysio ignotæ fuerint, unde nec annotare potuit, quomodo huc venerint isti versus.'

NOTÆ

que stolidissimis displicere. Amaracinum enim unguentum pretiosum minime convenit cum rostro porcino, cui cœnum suaviter olet. Præterea notat Lucretius, sues ab amaracino tanquam ab acri veneno refugere.

[q] Ὄργια] 'Sciendum,' inquit Servius, 'ὄργια dici apud Græcos sacra

Τούτοις αὐδῶ, καὖθις ἀπαυδῶ, καὖθις τὸ τρίτον μάλ' ἀπαυδῶ,
'Εξίστασθαι τοῖσι χοροῖς· ὑμεῖς δ' ἀνεγείρετε μολπὴν
Καὶ παννυχίδας τὰς ἡμετέρας, αἳ τῇδε πρέπουσιν ἑορτῇ.

12. Volumina commentariorum ad hunc diem viginti jam facta sunt. Quantum autem vitæ mihi deinceps Deum voluntate erit, quantumque a tuenda re familiari[15] procurandoque cultu liberorum meorum[c] dabitur otium; ea omnia subsiciva[16] et subsecundaria[17] tempora[r] ad colligendas hujuscemodi memoriarum disceptatiunculas[18] conferam. Progredietur igitur numerus librorum, Diis bene juvantibus, cum ipsius vitæ, quantuli quique fuerint, progressibus, neque longiora mihi dari[19] spatia vivendi volo, quam dum ero ad hanc quoque facultatem scribendi commentandique idoneus. 13. Capita rerum,[s] quæ cuique commentario insunt, exposuimus hic universa: ut jam statim declaretur, quid quove[20] in libro quæri invenirique possit.

[c] *Et promovenda institutione meorum liberorum.*

Jac. Gronov.—15 *Quantumque a cura publica et a re f.* vulg. Chartaceus, *quantumque acuens a re f.* Rottend. *quantumque ad venda re f.* Reg. *quantumque a tuenda re f.* ut beneficio Carrionis edidit Stephanus.—16 Aliter *succisiva.* Vid. Not. Var.—17 'Suspicari possis posterius *sub* imprudentia librarii repetitum, cum scripsisset auctor: *subsecira et secundaria t.*' J. F. Gronov.—18 Reg. et Rot. *delectatiunculas.* Mox iidem codd. *Progredietur ergo.*—19 Rot. nescit *τὰ mihi dari.*—20 'Alii, *quid quoque.* Magis antiqui moris, in quod consentiunt Mss. et prima ed. *quid quo in libro.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

omnia, sicut apud Latinos cærimoniæ dicuntur: sed jam abusive sacra Liberi sive Bacchi orgia vocant, vel ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, furore, vel ἀπὸ τῶν ὀρῶν, id est, montibus.'

[r] *Subsiciva et subsecundaria tempora*] Id est, tempora supervacanea, et quæ subducta rebus magis seriis videntur esse quasi secundi ordinis. *Subcisivum* tempus dicit Gellius, alii *subcesivum*, nonnulli etiam *succisivum.*

[s] *Capita rerum*] Negat tamen et pernegat Henricus Stephanus eos quos habemus capitum titulos a Gellio scriptos esse: multisque congestis titulis, qui vel inepte, vel nequaquam capitis summam exhibent, id convincere nititur.

INDEX CAPITUM.

Commentario primo hæc insunt.

Commentario secundo hæc insunt.

Commentario tertio hæc insunt.

12. Largum atque avidum bibendi, a P. Nigidio, doctissimo viro, nova et propemodum absurda vocabuli figura 'bibosum' dictum.

13. Quod Demosthenes, etiam tum adolescens, cum Platonis philosophi discipulus foret, audito forte Callistrato rhetore in concione populi, destitit a Platone, et sectatus Callistratum est.

14. 'Dimidium librum legi,' aut, 'dimidiam fabulam audivi,' aliaque ejuscemodi qui dicat, vitiose dicere: ejusque vitii causas reddere M. Varronem; nec quenquam Veterum hisce verbis ita usum esse.

15. Extare in literis, perque hominum memorias traditum, quod repente multis mortem attulit gaudium ingens insperatum; interclusa anima et vim magni novique metus non sustinente.

16. Temporis varietas in puerperiis mulierum quænam sit a medicis et a philosophis tradita atque inibi poëtarum quoque veterum super eadem re opiniones, multaque alia auditu atque memoratu digna: verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumta, qui inscriptus est περὶ τροφῆς.

17. Id quoque esse a gravissimis viris memoriæ mandatum, quod tres libros Plato Philolai Pythagorici et Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.

18. Quid sint 'pedarii senatores,' et quam ob causam ita appellati: quamque habeant originem verba hæc ex edicto tralaticio Consulum, SENATORES. QUIBUS. QUE. IN. SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET.

19. Qua ratione Gabius Bassus scripserit 'parcum hominem' appellatum: et quam esse ejus vocabuli causam putarit; et contra, quem in modum quibusque verbis Favorinus hanc traditionem ejus eluserit.

Commentario quarto hæc insunt.

1. Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico jactantiore factus in Socraticum modum: atque inibi in sermone dictum, quibus verbis 'penus' a Q. Scævola definita sit, quodque eadem definitio culpata reprehensaque est.

2. Quid differant 'morbus' et 'vitium;' et quam vim habeant vocabula ista in edicto ædilium: et an eunuchus et steriles mulieres redhiberi possint, diversæque super ea re sententiæ.

3. Quod nullæ fuerunt rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium: atque inibi quid sit proprie 'pellex,' quæque ejus vocabuli ratio sit.

4. Quid Servius Sulpicius, in libro, qui est de dotibus, scripserit de jure atque more veterum sponsaliorum.

5. Historia narrata de perfidia haruspicum Etruscorum, quodque ob eam rem versus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est: 'Malum consilium consultori pessimum est.'

6. Verba veteris senatusconsulti, in quo decretum est hostiis majoribus expiandum, quod in sacrario hastæ Martiæ movissent: atque inibi enarratum quid sint 'hostiæ succidaneæ,' quid item 'tempora præcidanea;' et quod Capito Ateius 'ferias' quasdam 'præcidaneas' appellavit.

7. De Epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta, super accentu nominum quorundam Pœnicorum.

8. Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit; quem, cum odisset, inimicusque esset, designandum tamen Consulem curavit.

9. Quid significet proprie 'religiosus,' et in quæ diverticula significatio vocabuli istius flexa sit, et verba Nigidii Figuli ex commentariis ejus super ea re sumta.

10. Quid observatum de ordine rogandarum in Senatu sententiarum, jurgiorumque in Senatu C. Cæsaris Consulis et M. Catonis diem dicendo eximentis.

11. Quæ qualiaque sint quæ Aristoxenus quasi magis comperta de Pythagora memoriæ mandavit: et quæ item Plutarchus eundem in modum de eodem Pythagora scripserit.

12. Notæ et animadversiones censoriæ in veteribus monumentis repertæ memoria dignæ.

13. Quod incentiones quædam tibiarum certo modo factæ ischiacis mederi possint.

14. Narratur historia de Hostilio Mancino ædili et Mamilia meretrice: verbaque decreti tribunorum, ad quos a Mamilia provocatum est.

15. Defensa a culpa sententia ex historia Sallustii, quam inimici ejus cum insectatione maligne reprehenderint.

16. De vocabulis quibusdam a Varrone et Nigidio, contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis: atque inibi id genus quædam cum exemplis Veterum relata.

17. De natura quarundam particularum, quæ præpositæ verbis intendi atque produci barbare et inscite videntur, exemplis rationibusque plusculis disceptatum.

18. De P. Africano superiore sumta quædam ex annalibus memoratu dignissima.

19. Quid M. Varro in Logistorico scripserit de moderando victu puerorum impubium.

20. Notati a censoribus, qui audientibus iis dixerant joca quædam intempestiviter: ac de ejus quoque nota deliberatum, qui steterat forte apud eos oscitabundus.

Commentario quinto hæc insunt.

1. Quod Musonius philosophus reprehendit improbavitque laudari philosophum disserentem a vociferantibus et in laudando gestientibus.

2. Super equo Alexandri regis, qui 'Bucephalas' appellatus est.

3. Quæ causa, quodque initium fuisse dicatur Protagoræ ad philosophiæ literas adeundi.

4. De verbo 'duoetvicesimo,' quod vulgo incognitum, a viris doctis multifariam in libris scriptum est.

5. Cujuscemodi joco cavillatus sit Antiochum regem Pœnus Hannibal.

6. De coronis militaribus, quæ sit earum 'triumphalis,' quæ 'obsidionalis,' quæ 'civica,' quæ 'muralis,' quæ 'castrensis,' quæ 'navalis,' quæ 'ovalis,' quæ 'oleaginea.'

7. 'Personæ' vocabulum quam lepide interpretatus sit, quamque esse vocis ejus originem dixerit Gabius Bassus.

Commentario sexto hæc insunt.

Commentario septimo hæc insunt.

Commentario octavo hæc insunt.

Commentario nono hæc insunt.

Commentario decimo hæc insunt.

Commentario undecimo hæc insunt.

5. De Pyrrhoniis philosophis quædam, deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.

6. Quod mulieres Romæ per Herculem non juraverunt, neque viri per Castorem.

7. Verbis antiquissimis relictisque jam et desitis minime utendum.

8. Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino, qui homo Romanus Græca oratione res Romanas, venia sibi ante ejus imperitiæ petita, composuit.

9. Historia de legatis Mileti et Demosthene rhetore in libris Critolai reperta.

10. Quod C. Gracchus in oratione sua historiam suprascriptam Demadi rhetori, non Demostheni, attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

11. Verba P. Nigidii, quibus differre dicit 'mentiri' et 'mendacium dicere.'

12. Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

13. Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimaverit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

14. Sobria et pulcherrima Romuli Regis responsio circa vini usum.

15. De 'ludibundo' et 'errabundo,' atque id genus verborum productionibus; et quod Laberius sic 'amorabundam' dixit, ut dicitur 'ludibunda' et 'errabunda:' atque inibi quod Sisenna per hujuscemodi verbum nova figura usus est.

16. Quod Græcorum quorundam verborum difficillima est in Latinam linguam mutatio: velut quod Græce dicitur, πολυπραγμοσύνη.

17. Quid significet in veteribus Prætorum edictis, 'qui flumina retanda publice redemta habent.'

18. Qua pœna Draco Atheniensis in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures affecerit, et qua postea Solon, et qua item Decemviri nostri, qui XII. tabulas scripserunt: atque inibi ascriptum, quod apud Ægyptios furta licita et permissa sunt, apud Lacedæmonios autem cum studio quoque affectata et pro exercitio utili celebrata, ac præterea M. Catonis de pœniendis furtis digna memoria sententia.

Commentario duodecimo hæc insunt.

1. Dissertatio Favorini philosophi, qua suasit nobili fœminæ, uti liberos, quos peperisset, non nutricum adhibitarum, sed suo sibi lacte aleret.

2. Quod Annæus Seneca judicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futilique judicio fuit.

3. 'Lictoris' vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et super eo diversæ sententiæ Valgii Rufi et Tullii Ciceronis.

4. Versus accepti ex Q. Ennii septimo annalium, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

5. Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

Commentario tertiodecimo hæc insunt.

Commentario quartodecimo hæc insunt.

Commentario quintodecimo hæc insunt.

17. Quam ob causam nobiles pueri Atheniensium tibiis canere desierint, cum patrium istum morem canendi haberent.

18. Quod pugna belli civilis victoriaque C. Cæsaris, quam vicit in Pharsalicis campis, nuntiata prædictaque est per cujuspiam remigis vaticinium eodem ipso die in Italia Patavii.

19. Verba M. Varronis memoria digna, ex Satira, quæ inscribitur περὶ ἐδεσμάτων.

20. Notata quædam de Euripidi poëtæ genere, vita, moribus, deque ejusdem fine vitæ.

21. Quod a poëtis Jovis filii prudentissimi humanissimique, Neptuni autem ferocissimi et inhumanissimi tradantur.

22. Historia de Sertorio duce, deque astu ejus commenticiisque simulamentis, quibus ad barbaros milites continendos conciliandosque sibi utebatur.

23. De ætatibus historicorum nobilium, Hellanici, Herodoti, Thucydidis.

24. Quid Vulcatius Sedigitus, in libro quem de poëtis scripsit, de comicis Latinis judicarit.

25. De verbis quibusdam novis, quæ in Cn. Matii mimiambis offenderamus.

26. Quibus verbis Aristoteles philosophus definierit syllogismum; ejusque definitionis interpretamentum verbis Latinis factum.

27. Quid sint 'comitia calata,' quid 'curiata,' quid 'centuriata,' quid 'tributa,' quid 'concilium,' atque inibi quædam ejusmodi.

28. Quod erravit Cornelius Nepos, cum scripsit Ciceronem tres et viginti annos natum causam pro Sex. Roscio dixisse.

29. Quali figura orationis et quam nova L. Piso annalium scriptor usus sit.

30. Vehiculum, quod 'petorritum' appellatur, cujatis linguæ vocabulum sit, Græcæ an Gallicæ.

31. Quæ verba legaverint Rhodii ad hostium ducem Demetrium, cum ab eo obsiderentur, super illa inclyta Ialysi imagine.

Commentario sextodecimo hæc insunt.

1. Verba Musonii philosophi Græca, digna atque utilia audiri observarique, ejusdemque utilitatis sententia a M. Catone multis ante annis Numantiæ ad equites dicta.

2. Cuimodi sit lex apud dialecticos percunctandi disserendique, et quæ sit ejus legis reprehensio.

3. Quanam ratione effici dixerit Erasistratus medicus, si cibus forte deerit, ut tolerari aliquantisper inedia possit, et tolerari fames: verbaque ipsa Erasistrati super ea re scripta.

4. Quo ritu quibusque verbis fecialis populi Romani bellum indicere solitus sit his, quibus populus Romanus bellum fieri jusserat. Et item in quæ verba conceptum fuerit jusjurandum de furtis militaribus sanciendis, et uti milites scripti intra prædictum diem in loco certo frequentarent, causis quibusdam exceptis, propter quas id jusjurandum remitti æquum esset.

5. 'Vestibulum' quid significet; deque ejus vocabuli rationibus.

6. Hostiæ, quæ dicuntur 'bidentes,' quid sunt, et quam ob causam ita appellatæ sunt: superque ea re P. Nigidii et Julii Higini sententiæ.

7. Quod Laberius verba pleraque licentius petulantiusque finxit: et quod multis item verbis utitur, de quibus, an sint Latina, quæri solet.

8. Quid significet et quid a nostris appellatum sit, quod ἀξίωμα dialectici dicunt, et quædam alia quæ prima in disciplina dialectica traduntur.

9. Quid significet verbum in libris Veterum creberrime positum, 'susque deque.'

10. Quid sint 'proletarii,' quid 'capitecensi,' quid item sit in duodecim tabulis 'assiduus,' et quæ ejus vocabuli ratio sit.

11. Historia ex Herodoti libris sumta de Psyllorum interitu, qui in Syrtibus Africanis colebant.

12. De his vocabulis, quæ Cloatius Verus aut satis commode aut nimis absurde et illepide ad origines linguæ Græcæ redegit.

13. Quid sit 'municipium,' et quid a 'colonia' differat, et quid sint 'municipes;' quæque sit ejus vocabuli ratio ac proprietas: atque inibi quod divus Hadrianus in Senatu de jure atque vocabulo 'municipum' verba fecit.

14. Quod M. Cato differre dixit 'properare' et 'festinare,' et quam incommode Verrius Flaccus vim verbi, quod est 'festinat,' interpretatus sit.

15. Quid Theophrastus mirum de perdicibus scriptum reliquerit, et quid Theopompus de leporibus.

16. 'Agrippas' a partus ægri et improsperi vitio appellatos; deque his Deabus, quæ vocantur 'Prosa' et 'Postverta.'

17. Quæ ratio vocabuli sit 'agri Vaticani.'

18. Lepida quædam memoratu et cognitu de parte geometriæ, quæ ὀπτική appellatur, et item alia κανονική, et tertia itidem quæ dicitur μετρική.

19. Sumta historia ex Herodoti libro super fidicine Arione.

Commentario septimodecimo hæc insunt.

1. Quod Gallus Asinius et Largius Licinius sententiam M. Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Cœlio; et quid adversus homines stolidissimos pro eadem sententia vere digneque dici possit.

2. Verba quædam ex Q. Claudii annalium primo cursim in legendo notata.

3. Verba M. Varronis ex libro quinto et vicesimo Humanarum, quibus contra opinionem vulgariam interpretatus est Homeri versum.

4. Quid Menander poëta Philemoni poëtæ dixerit, a quo sæpe indigne in certaminibus comœdiarum superatus est: et quod sæpissime Euripides in tragœdia ab ignobilibus poëtis victus est.

5. Nequaquam esse verum, quod minutis quibusdam rhetoricæ artificibus videatur, M. Ciceronem, in libro quem de Amicitia scripsit, vitioso argumento usum, ἀμφισβητούμενον ἀντὶ ὁμολογουμένου posuisse: totumque id consideratius tractatum exploratumque.

6. Falsum esse, quod Verrius Flaccus in secundo librorum, quos de obscuris M. Catonis composuit, de 'servo recepticio' scriptum reliquit.

7. Verba hæc ex Atinia lege, QUOD. SUBREPTUM. ERIT. EJUS. REI. ÆTERNA. AUCTORITAS. ESTO. P. Nigidio et Q. Scævolæ visa esse non minus de præterito furto, quam de futuro cavisse.

8. In sermonibus apud mensam Tauri Philosophi quæri agitarique hujusmodi solita, cur oleum sæpe et facile, vina rarius congelascant, acetum haud fere unquam, et quod aquæ fluviorum fontiumque durentur, mare gelu non duretur.

9. De notis literarum, quæ in C. Cæsaris Epistolis reperiuntur, deque aliis clandestinis literis ex vetere historia petitis: et quid 'scytale' sit 'Laconica.'

10. Quid de versibus Virgilii Favorinus existimarit, quibus in describenda flagrantia montis Ætnæ Pindarum poëtam secutus est: collataque ab eo super eadem re utriusque carmina et dijudicata.

11. Quod Plutarchus in libris Symposiacis opinionem Platonis de habitu atque natura stomachi fistulæque ejus quæ τραχεῖα dicitur, adversum Erasistratum medicum tutatus est auctoritate adhibita antiqui medici Hippocratis.

12. De materiis infamibus, quas Græci ἀδόξους appellant, a Favorino exercendi gratia disputatis.

13. 'Quin,' particula quot qualesque varietates significationis habeat, et quam sæpe in Veterum scriptis obscura sit.

14. Sententiæ ex Publii mimis selectæ lepidiores.

15. Quod Carneades Academicus elleboro stomachum purgavit scripturus adversus Zenonis Stoici decreta: deque natura medelaque ellebori candidi et nigri.

16. Anates Ponticas vim habere venenis detergendis potentem: atque inibi de Mithridati regis in id genus medicamentis solertia.

17. Mithridatem Ponti regem quinque et viginti gentium linguis locutum, Quintumque Ennium tria corda habere se dixisse, quod tres linguas percalluisset, Græcam, Oscam, Latinam.

18. Quod M. Varro C. Sallustium historiæ scriptorem deprehensum ab Annio Milone in adulterio scribit, et loris cæsum, pecuniaque data dimissum.

19. Quid Epictetus philosophus dicere solitus sit hominibus nequam et impuris disciplinas philosophiæ studiose tractantibus: et quæ duo verba observanda præceperit omnium rerum longe salubria.

20. Verba sumta ex Symposio Platonis numeris coagmentisque verborum scite, modulate, apteque exercendi gratia in Latinam orationem versa.

21. Quibus temporibus post Romam conditam Græci Romanique illustres viri floruerint ante secundum bellum Carthaginiensium.

Commentario octavodecimo hæc insunt.

1. Disputationes a philosopho Stoico, et contra a Peripatetico, arbitro Favorino, factæ: quæsitumque inter eos; quantum in perficienda vita beata virtus valeret; quantumque esset in iis quæ dicuntur extranea.

2. Cujusmodi quæstionum certationibus Saturnalicia ludicra Athenis agitare soliti sumus: atque inibi inspersa quædam sophismata et ænigmata oblectatoria.

Commentario nonodecimo hæc insunt.

Commentario vigesimo hæc insunt.

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER I.

CAP. I.

Quali proportione, quibusque collectionibus Plutarchus ratiocinatum esse Pythagoram philosophum dixerit, de comprehendenda corporis proceritate, qua fuit Hercules,[a] *cum vitam inter homines viveret.*[1]

PLUTARCHUS [a] in libro, quem de Herculis quali inter homines fuerit animi corporisque ingenio et virtutibus conscripsit,[2] scite subtiliterque ratiocinatum Pythagoram phi-

[a] *Ad cognoscendam altitudinem corporis qua præditus fuit Hercules.*

1 Abfuisse hunc titulum ex antiquissima ed. liquet. Vid. Not. Var.—2 Ita in Buslidiano: ubi titulus Græcus, qui in vulgatis non extat: nimirum *ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορὰ*, id est, 'quanta sit animorum corporumque inter homines differentia, quoad ingenium et virtutem.' Dubitat tamen Carrio an in codice Buslidiano titulus Latinus Gellii sit, an potius glossema. 'Cum Latine hæc in textum ex glossemate irrepsisse nemo non facile videt, Græca ipsa Plutarchi verba, quæ ab ipso Gellio relicta, ab H. Stephano et præstantioribus plerisque edd. antiquis tradita sunt, retineri suadeo.' *Falsterus.* In quatuor scriptis codicibus hanc varietatem invenit J. F. Gronov. in uno: *P. in lib. quem de Herculis, quantum inter homines fuit, animi corporisque ingenio atque virtutibus*

NOTÆ

[a] *Plutarchus*] Philosophus Chæronensis, omnibus disciplinis excultissimus, Trajani et Hadriani temporibus Romæ floruit, altero post Christum natum sæculo.

losophum [b] dicit, in reperienda modulandaque [c] status longitudinisque ejus [d] præstantia.[3] Nam cum fere constaret, curriculum stadii,[e] quod est Pisæ [4 f] ad Jovis Olympii,[g b] Herculem pedibus suis metatum, idque fecisse longum pedes sexcentos,[5] cetera quoque stadia in terra Græcia, ab

[b] *In libro quem inscripsit, quanta sit animorum et corporum in hominibus quoad ingenium et virtutem differentia, dicit Pythagoram philosophum supputasse acute et subtiliter ad inveniendam et metiendam excellentiam staturæ et longitudinis Herculis. Nam cum vulgo certum esset, Herculem dimensum esse suis pedibus spatium stadii quod est Pisæ prope templum Jovis Olympii.*

constripsit: in altero: *P. i. l. quem scribit d. H. genealogia, q. i. h. f.* in tertio: *P. i. l. quem de Hercule scribit . . . ingenio atque virtutibus interesit conscripsit:* in quarto: *quem scribit G. quantum inter homines, &c.*—3 Vulg. *longitudinisque Herculis p.*—4 Vulgo, *Pisis.*—5 Legitur etiam, *ducentos.*—6 ' *Quanta longin-*

NOTÆ

[b] *Pythagoram philosophum*] Is ex insula Samo oriundus post diuturnas peregrinationes Crotone consedit, in ea Italiæ parte, quæ magna Græcia dicta est; ibique incredibili concursu docuit. Quinquenne silentium, quod aliquando contraxit ad biennium, exigebat a discipulis, quibus nunquam licuit cum extraneis, hoc est, non Pythagoricis, de iis quæ didicissent loqui: docuit μετεμψύχωσιν, cœlum et stellas stare, terram moveri credidit, ut ex Plutarcho colligimus. Philosophum se primus appellavit, cum prius rerum naturalium interpretes sibi Sophorum nomen arrogarent, atque, ut cecinit Ovidius XV. Metamorph. ' Mente Deos adiit, et quæ natura negavit, Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit.' Claruit, ut auctor est Diogenes Laërtius, Olympiade LX. anno scilicet ante Christi ortum IↃXL. Consule lib. I. cap. IX.

[c] *Modulanda*] Modulari est proprie aliquid cum mensura componere: modulos porro dicunt architecti eas partes, ad quas totum opus dirigere et metiri solent.

[d] *Ejus*] Herculis qui fuit Jovis ex Alcmena filius: post purgatum monstris terrarum orbem, ut fingunt poëtæ, Deorum in numerum a Jove relatus est. Cum anno ætatis LII. ut scribit Eusebius, morbo pestilenti afflatus sese in rogum ardentem doloris impatiens immisisset, magnum dedit poëtarum fabulis argumentum. Ejus mortem referunt ad annum ante Christum circiter CIↃCCXXXVII.

[e] *Curriculum stadii*] Curriculum est id spatium in quo certant athletæ, et equi a carceribus ad calcem usque decurrunt. Stadium autem proprie mensura est centum viginti passuum, hoc est, pedum sexcentorum viginti quinque.

[f] *Pisæ*] Pisa urbs Elidis in Græcia, quæ deinde dicta est Olympia, ludis quinquennalibus celeberrima; longe differt a Pisis plurali numero, quæ urbs est Etruriæ in Italia.

[g] *Jovis Olympii*] Ille ' Divum pater atque hominum Rex,' Jupiter dictus est quasi juvans pater: Olympius vero, quod magnificentissimi ludi ad ejus numen colendum ab Hercule fuissent ad Olympiam instituti.

aliis postea instituta, pedum quidem esse numero sexcentum,[c]. sed tamen aliquantulum breviora: facile intellexit, modum [d] spatiumque plantæ Herculis ratione proportionis habita, tanto fuisse quam aliorum procerius, quanto Olympicum stadium longius esset quam cetera. 2. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis [6] ei mensuræ conveniret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est:[e] atque ita id colligit, quod erat consequens, tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem quam alios, quanto Olympicum stadium ceteris pari numero factis anteiret.[f]

[c] *Longa quidem esse pedibus numero sexcentis.* [d] *Mensuram.*
[e] *Computavit juxta naturalem membrorum omnium inter se proportionem.*
[f] *Quanto stadium Olympicum erat longius reliquis constantibus pari pedum numero.*

quitas corporis, &c.] Hæc verba a vett. editionibus absunt, et hic ex libro Buslidiano reposuit Carrio, quæ nisi interjiciantur, sententiam orationis suspensam relinquunt, neque eam absolvunt.' *Thys.*

CAP. II.

Ab Herode Attico Cl. V. tempestive depromta[a] in quendam jactabundum [7] et gloriosum adolescentem, specie tantum philosophiæ sectatorem, verba Epicteti Stoici, quibus festiviter a vero Stoico sejunxit vulgus loquacium nebulonum, qui se Stoicos nuncuparent.

HERODES [a] Atticus,[b] vir et Græca facundia et consulari

[a] *Opportune recitata.*

7 'Ita quis et unde correxerit, sicut nescio, ita nec improbo. Sed scias oportet in Ms. Regio extare *jactatum*, quod vide, quo tendat. An forsan jubemur credere ab Gellio esse *jactatulum*? ut 'barbatulus' Ciceroni lib.

NOTÆ

[a] *Herodes*] Nobilissimus Atheniensis, orator et sophista celebris habitus; Antonino Pio imperante Consulatum iniit cum Torquato collega anno Christi CXLIII. Marathone in Achaia obiit annos natus LXXVI. *Philostrat.*

[b] *Atticus*] Attica est Græciæ regio, ubi Athenæ.

honore [c] præditus, arcessebat sæpe nos,[b] cum apud magistros Athenis essemus, in villas ei urbi proximas, me et Cl. V. Servilianum, compluresque alios nostrates, qui Roma in Græciam ad capiendum ingenii cultum concesserant.[c] Atque ibi tunc, cum essemus apud eum in villa, cui nomen est Cephisia,[d] et æstu anni et sidere autumni flagrantissimo;[d e] propulsabamus caloris incommoda lucorum[e] umbra ingentium, longis ambulacris et mollibus ædium posticum refrigerantibus,[8 f] lavacris nitidis et abundis[f] et collucentibus,[9] totiusque villæ venustate aquis undique canoris at-

[b] *Herodes Atheniensis illustris eloquentia Græca, et magistratu Consulis quem gesserat, advocabat sæpe nos.* [c] *Qui erant e nostra urbe, qui venerant Roma in Græciam ad ingenium doctrinis excolendum.* [d] *Per calorem anni et astrum ardentissimum autumni.* [e] *Sylvarum.* [f] *Cum balnea deliciosa, splendida, et abundantia frigefacerent posteriorem partem domus.*

II. ad Attic. Ep. 14.' *Jac. Gronov.*—8 'Utrum *ambulacris* an *lavacris?* dein quare *posticam*, quam alias partes? Ocyus scribe ex Fulviano et Rot. *ædium positu refrigeranti.* Ovid. IV. F. 'Trinacris a positu nomen adepta loci.' Tacit. IV. Ann. 'Dalmatiam, quæ positu regionis a tergo illis.' Et alludunt huc Carrionis codicum ludibria, *positicum refrigerantis* et *posticum refrigeranti* et *post refrigerandi.* Lincolniensis quoque ac Schefferi, *refigeranti.*' J. F. Gronov.—9 Trillerus, in Epistola ad Falsterum scripta, conjicit, *ab undis collucentibus*, deleta nempe posteriore copula ante *collucentibus.* Re-

NOTÆ

[c] *Consulari honore*] Anno urbis conditæ CCXLV. pulsis Roma regibus, bini deinde singulis annis creati sunt Consules, qui scilicet Reipublicæ consulerent. Per annos CCCCLXI. summum imperium tenuere ad tempora Julii Cæsaris; ex quo, Imperatoribus sibi supremam potestatem arrogantibus, nomen sine auctoritate retinuere. Longo deinde post intervallo, Consulum nomen et potestas omnino Romæ sublata est anno Christi DXLI.

[d] *Cephisia*] Una est, ut ait Strabo, ex duodecim urbibus, quas Cecrops primus Atheniensium rex populo incolendas assignaverat: sita est prope Athenas ad fluvium Cephisum, qui Atticam interfluit.

[e] *Sidere autumni flagrantissimo*] Caniculam intelligit Gellius, quod sidus oritur XXII. Julii, nec nisi post mensem occidit: recte autem dicitur sidus autumni, quod Athenienses, apud quos id scribebat Gellius, per id temporis autumnum agerent: solebant enim uno et dimidiato altero mense ante solstitium hybernum, quod cadit in XXII. Decembris ducere initium hyemis, quam auspicabantur circa VII. Novembris. Itaque tribus ante mensibus autumni principia nono circiter Augusti numerabant, quo tempore conjuncta cum Sole canicula æstum reddit ardentissimum.

[f] *Abundis*] Abundus vox est unius credo Gellii propria.

que avibus personante.[g] [10] 2. Erat ibidem nobiscum simul adolescens philosophiæ sectator, disciplinæ, ut ipse dicebat, Stoicæ,[h] [g] sed loquacior impendio et promtior.[i] Is plerumque in convivio, sermonibus, qui post epulas haberi solent, multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestive atque insubide [11] disserebat,[k] præque se uno ceteros omnes linguæ Atticæ principes gentemque omnem togatam,[l] [h] totumque nomen Latinum,[i] rudes esse et agrestes prædicabat: atque interea vocabulis haud facile cognitis, syllogismorum captionumque dialecticarum[k] laqueis strepebat,[m] κυριεύοντας,[l] ἡσυχάζοντας, καὶ σωρείτας,[n] [12] aliosque id

[g] *Et prædio jucundissimo resonante aquarum murmure et cantu avium.*
[h] *Sectæ Stoicæ.* [i] *Loquens plusquam necesse erat.* [k] *Extra tempus et inepte garriebat.* [l] *Universum populum Romanum.* [m] *Absurde proferebat voces incognitas, sophismata, et argutias.* [n] [*Dominantes, quiescentes, et acervos.*]

ceptam tamen Ject. *abundis et col.* probat Falster.—10 Lipsius et Barthius distingunnt, *aquis undique, canoris atque avibus.* Mavult J. F. Gronov. *auris undique canoris atque avibus personante.* Nihil mutandum censet Falster. —11 Legitur etiam, *insolite.*—12 'Vulgo κυρτῶν τὰς σκαζούσας θεωρίας. Ita enim is locus vulgo ridicule legitur. In libro Vaticano, cujus excerpta a Wouwerio humanissime nobiscum communicavit V. C. quem honoris causa nomino, Geberartus Elmenhorstius, ita legitur: κυρτῶντας εἰζυγάσοντας ἐβωρίτας. Non dubitabis puto, quin vere a nobis emendatum sit κυριεύοντας,

NOTÆ

[g] *Disciplinæ . . . Stoicæ*] Stoici philosophi nomen habuere ἀπὸ τῆς στοᾶς, quæ vox porticum significat, quo ad disputandum convenire solebant. Hujus asperioris sectæ fuit auctor Zeno, quem Olympiade CXXIX. ducentis et sexaginta quatuor ante Christum annis floruisse dicunt Laërtius, &c.

[h] *Gentemque togatam*] Toga vestis erat Romanorum propria, sicut pallium Græcorum.

[i] *Nomen Latinum*] Latini proprie sunt populi Latii in Italia. Hic tamen sumitur nomen Latinum pro iis omnibus qui Romana lingua loquuntur.

[k] *Captionumque dialecticarum*] Dialectica est ars disserendi, cujus finis est verum a falso distinguere: at captiones dialecticæ sunt argumenta fallacia quibus adversarius irretitur.

[l] Κυριεύοντας [Κυρτῶν] Κύρτας, quæ proprie sunt nassæ piscatoriæ, vocat hic Gellius argumenta sive sophismata, quibus irretiri solet adversarius: quo modo Tullius lib. v. Tusculan. et alibi 'Stoicorum laqueos' appellat disputationes captiosas, ex quibus difficile est sese expedire. Ideoque non est cur hic locus videatur corruptus Batavis, qui rejecta veterum codicum lectione cum Joanne Rutgersio sic corrigunt, κυριεύοντας, ἡσυχάζοντας, καὶ σωρείτας, *dominantes, quiescentes, et acervos;* quibus vocibus sophismata dialectica significari aiunt.

genus[o] griphos[m] neminem posse dicens nisi se dissolvere: rem vero ethicam,[p][n] naturamque humani ingenii, virtutumque origines, officiaque earum, et confinia[q] aut contraria, morborum vitiorumque fraudes, animorumque labes ac pestilentias,[r][13] asseverabat nulli esse magis ea omnia explorata,[14] comperta, meditataque quam sibi. 3. Cruciatibus autem doloribusque corporis et periculis mortem minitantibus habitum statumque vitæ beatæ, quem se esse adeptum putabat, neque lædi, neque imminui existimabat; ac ne oris quoque et vultus serenitatem Stoici hominis unquam ulla posse ægritudine obnubilari.[s] Has ille inaneis[t] cum flaret glorias, jamque omnes finem cuperent, verbisque ejus defatigati[15] pertæduissent;[u] tum Herodes Græca, ut hujus plurimus mos fuit,[16] oratione utens, Permitte, inquit, philosophorum amplissime, quoniam respondere nos tibi non quimus, quos idiotas et rudes[17] vocas,[x] recitari ex libro, quid de hujuscemodi magniloquentia vestra senserit dixerit-

[o] *Et alia ejus generis ænigmata.* [p] *Philosophiam moralem.* [q] *Cum iis conjuncta.* [r] *Ægritudinem animi.* [s] *Ulla posse perturbatione diminui.* [t] *Cum sic inaniter gloriaretur.* [u] *Fastidio affecti fuissent.* [x] *Græce loquens, ut sæpissime solebat, dixit, clarissime philosophe patere nos, quos imperitos et ignaros vocas, respondere tibi.*

ἡσυχάζοντας, καὶ σωρείτας.' Rutgersius.—13 '*Officiuque earum confinitima aut contraria*] Sic Carrio ex uno Buslid. Sed neque *officium confinitimum*, neque ipsa vox placere potest. Edebatur antea: *officiaque earum confinia aut contra.* Membrana Rottendorfia et Schefferi addunt conjunctionem, *earum et confinia.* Scribe igitur, *officiaque earum et confinia, ut et contra, morbos vitiorumque fraudes.* Sed G. Ranchinus I. Var. L. 3. trajicit, *vitiorumque labes ac p. animorumque fraudes.*' J. F. Gronov. Alii pro *fraudes* reposuerunt *sordes.*—14 'Mss. et vett. edd. *nulli esse ulli magis ea omnia.* Schef. *nulli esse quam illi.* Omissa vox in Stephanica, invito Carrione, qui de loquendi ratione se alibi dixisse ait. Censeo Gellium scripsisse: *nulli esse uni magis ea omnia exp.*' J. F. Gronov.—15 Optimæ membranæ *defetigati*: sic etiam Stephanus, sed Rottendorf. et Scheff. exhibent vulgatum.—16 Sic Carrio e Buslid. Vulgo, *cujus plurimus ei mos fuit*, quod e Pal. refert Gebhardus 1. Antiq. 2. Rot. *ui plurimus ei mos f.* pro quo suspicatur J. F. Gronovius, *ut plurimus ei mos f.*—17

NOTÆ

[m] *Griphos*] Griphus est sermo vocibus obscuris vel ambiguis ita implicitus, ut explicari vix possit.

[n] *Rem ethicam*] Ea pars philosophiæ quæ pertinet ad mores a Latinis dicitur moralis, ethica a Græcis, qui mores vocant τὰ ἤθη.

que Epictetus, Stoicorum vel maximus;[o] jussitque proferri dissertationum Epicteti digestarum ab Arriano[p] secundum librum:[y] [18] in quo ille venerandus senex juvenes, qui se Stoicos appellabant, neque frugis neque operæ probæ, se in theorematis tantum nugalibus et puerilium isagogarum commentationibus oblectantes,[19] objurgatione justa incessivit.[z] Lecta igitur sunt ex libro, qui prolatus est, ea quæ addidit.[20] 4. Quibus verbis Epictetus severe simul ac festiviter sejunxit atque divisit a vero atque sincero Stoico, qui esset procul dubio ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλεύθερος, εὔπορος, εὐδαίμων,[a] vulgus aliud nebulonum hominum, qui se Stoicos nuncuparent; atraque[1] verborum et argutiarum fuligine ob oculos audientium jacta sanctissimæ disciplinæ nomen ementirentur.[b] [2] [c] Εἰπέ μοι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἄκουε.

Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν.[q]

[y] *Librum secundum disputationum Epicteti quas disposuit ordine Arrianus.* [z] *Quos merita reprehensione vituperavit neque probitate, neque virtute præditos, sed temere solum se delectantes speculationibus vanis et introductionibus ad doctrinas puerilibus quas sunt meditati.* [a] *Tenax propositi, inexpugnabilis, minime impeditus, liber, dives, beatus.* [b] *Implicitis vocabulis et obscuris sophismatis positis ante oculos falso se dicerent sequi sectam augustissimam.* [c] *Dic mihi de bonis et malis. Audi.*

Troja me ferens ventus ad Ciconas advexit.

Vulgo *rudes* omittitur.—18 *Primum librum* vulg. et sic legendum monet Carrio.—19 *Se in theorematibus . . . oblectantes* Carrio, teste J. F. Gronov. ex uno Buslid. nisi quod Antiq. III. 17. *seque in theor.* In Notis, *sed se in theor.* Olim erat: *sed theorematibus . . . dilatrantes.* Gebhardus *delatrantes.* Fulv. *deblaterantes.* Rottend. *sed theorematis tantum nugalibus . . . deblaterantes.* Buslidianus quoque *theorematis*, ut in Antiquis notavit Carrio. Scribendum monet J. F. Gronov. *de theorematis . . . deblaterantes.* Affirmat Thysius Carrionem legere *delectantes.*—20 Ad oram exemplaris sui scripsit Scioppius: ' F. *addidi:* et mox ἀνενάγκαστος pro ἀνεκβίαστος, et εὐδαιμονῶν.' Fulvianus ἀνανάγκαστος.—1 Vulg. *ultroque.* Notat Scioppius, *atroque.*—2 Aliter, *nomine mentirentur.*—

NOTÆ

[o] *Epictetus, Stoicorum vel maximus*] Is Hierapoli in Phrygia natus, servus conditione, moribus fuit integerrimis totamque philosophiam duobus verbis complexus est ἀνέχου et ἀπέχου, id est, sustine, et abstine. Claruit Domitiani temporibus, a quo Roma cum ceteris ejectus Nicopolim, quæ urbs est in Epiro, secessit.

[p] *Ab Arriano*] Arrianus philosophus idem et historicus Nicomedia Bithyniæ urbe oriundus, Hadriano imperante paucis post Epictetum annis floruit Romæ. *Photius* et *Suidas.*

[q] Ἰλιόθεν . . . Κικόνεσσι πέλασσεν] E Troja Ciconas advexit. Proverbium

5. *Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶν ἀγαθὰ, τὰ δὲ κακὰ, τὰ δ' ἀδιάφορα. Ἀγαθὰ μὲν οὖν αἱ ἀρεταὶ καὶ τὰ μετέχοντα αὐτῶν. Κακὰ δὲ, κακίαι,*[3] *καὶ τὰ μετέχοντα κακίας. Ἀδιάφορα δὲ, τὰ μεταξὺ τούτων, πλοῦτος, ὑγίεια, ζωὴ, θάνατος, ἡδονὴ, πόνος. Πόθεν οἶδας; οὕτως*[4] *Ἑλλάνικος*[r] *λέγει ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς. Τί γὰρ διαφέρει τοῦτο εἰπεῖν, ἢ ὅτι Διογένης*[s] *ἐν τῇ ἠθικῇ, ἢ Χρύσιππος,*[t] *ἢ Κλεάνθης;*[u] *βεβασάνικας οὖν αὐτὸ καὶ δόγμα σεαυτοῦ πεποίησαι· δείκνυε πῶς εἴωθας ἐν πλοίῳ χειμάζεσθαι· μέμνησαι ταύτης τῆς διαιρέσεως, ὅταν ψοφήσῃ τὸ ἱστίον. Καὶ ἀνακραυγάσοντί σοι ἐάν τις κακόσχολος παραστὰς*[5] *εἴπῃ, λέγε μοι*

Alia sunt bona, alia mala, alia indifferentia. Bona igitur sunt virtutes, et quæ accedunt ad eas. Mala vero sunt vitia, et quæ ad vitium accedunt: indifferentia autem, quæ medium locum tenent, ut divitiæ, sanitas, vita, mors, voluptas, labor. Unde nosti? Sic Hellanicus loquitur in Ægyptiacis. Quid vero interest hoc dixerim, an vero Diogenes in morali philosophia, aut Chrysippus, aut Cleanthes? Exquisivisti igitur illud, et decretum tuum fecisti. Ostende quomodo soleas in navi tempestatem ferre. An meministi ejus divisionis, quando stridet velum et crepat? Si quis forte male otiosus assistens, dum vociferaris, tecum ita loquatur, dic mihi tu per Deos quæ prius

3 Κακία ascripsit Sciopp.—4 ‘Οὕτως abest.’ *Idem.*—5 Idem: ἀνακραυγάσῃς ἄν

NOTÆ

est, quo aliquem significamus in pejorem statum adductum esse: Cicones enim populi sunt Thraciæ ferocissimi. Is sensus verborum Herodis Attici; ut miseri sunt, quos ex urbe Troja in Ciconum littus tempestas impulit, ita et deteriores fiunt qui Stoicam doctrinam simulate profitentur.

[r] Ἑλλάνικος] Hellanicus historicus patria Mitylenæus quo tempore vixerit, explicat ipse Gellius ex Pamphilæ lib. II. Hellanicus initio belli Peloponnesiaci quinque et sexaginta annos natus videtur. Initium autem belli Peloponnesiaci refertur ad annum primum Olympiadis LXXXVII. ante æram Christi CCCCXXXII. Librum scripsit de antiquissimis gentium principibus, primisque urbium conditoribus, quem, ut refert Stephanus, κτίσεις ἐθνῶν καὶ πόλεων inscripsit. Hunc in multis arguit mendacii Ephorus ipse a consequentibus historicis falsi reprehensus.

[s] Διογένης] Diogenes Cynicus, Antisthenis discipulus, austeritate, et rerum humanarum despicientia clarus, tædio vitæ cum spiritum diutius continuisset, suffocatus est. Senex erat, ut notat Laërtius, Olympiade CXIII. scilicet anno ante Christum CCCXXVIII.

[t] Χρύσιππος] Chrysippus natus Solis Ciliciæ oppido; Stoicus et Zenonis auditor celebris fuit Athenis. Mortuus est Olympiade CXLIII. anno ante Christum CCVIII. ætatis LXXIII. ut refert ex Apollodoro Laërtius.

[u] Κλεάνθης] Cleanthes Assi Æolidis urbe natus, alter Hercules dictus ob laborem, Stoicæ philosophiæ scholam aperuit Athenis an. ante Christum CCLXXII. Olympiade CXXVII. Vixit annos LXXX. teste Laërtio.

σὺ πρὸς τοὺς Θεοὺς, ἃ πρώην ἔλεγες,[6] μὴ κακία ἐστὶ τὸ ναυαγῆσαι· μή τι κακίας μετέχον; οὐκ ἄρα ξύλον ἐνσείσεις αὐτῷ; τί ἡμῖν καὶ σοὶ, ἄνθρωπε; ἀπολλύμεθα, καὶ σὺ θέλων παίζεις. Ἂν δέ σε ὁ Καῖσαρ μεταπέμψηται κατηγορούμενον, μέμνησαι[7] τῆς διαιρέσεως. 6. Ἄν τις σοὶ εἰσιόντι καὶ ὠχριῶντι ἅμα καὶ τρέμοντι προσελθὼν εἴπῃ, τί τρέμεις, ἄνθρωπε; περὶ τίνων σοὶ ἐστὶν ὁ λόγος; μήτι ἔσω ὁ Καῖσαρ ἀρετὴν καὶ κακίαν τοῖς εἰσερχομένοις δίδωσι; τί μοι ἐμπαίζεις καὶ σὺ πρὸς τοῖς ἐμοῖς κακοῖς; ὅμως, φιλόσοφε, εἰπέ μοι, τί τρέμεις; οὐχὶ θάνατος ἐστὶ τὸ κινδυνευόμενον, ἢ δεσμωτήριον, ἢ πόνος τοῦ σώματος, ἢ φυγὴ, ἢ ἀδοξία; τί γάρ ἄλλο; μήτι κακία; μήτι μετέχον κακίας; σὺ οὖν τίνα πρὸς ταῦτα ἔλεγες; τί ἐμοὶ καὶ σοὶ, ἄνθρωπε; ἀρκεῖ ἐμοὶ τὰ ἐμὰ κακά. Καὶ καλῶς λέγεις· ἀρκεῖ γάρ σοι τὰ σὰ κακὰ, ἡ ἀγέννεια, ἡ δειλία, ἡ ἀλαζονεία, ἣν ἀλαζονεύου ἐν τῇ σχολῇ καθήμενος. 7. Τί τοῖς ἀλλοτρίοις ἐκαλλωπίζου; τί Στωϊκὸν ἔλεγες σεαυτὸν; τηρεῖτε οὕτως ἑαυτοὺς ἐν οἷς πράσσετε, καὶ εὑρήσετε τίνος ἐσθ' αἱρέσεως. Τοὺς πλείστους ὑμῶν Ἐπικουρείους εὑρήσετε, ὀλίγους τινὰς Περιπατητικοὺς, καὶ τούτους ἐκλελυμένους. His ille[8] auditis insolentissimus adolescens[9] obticuit, tanquam si ea omnia non ab Epicteto in quosdam alios, sed ab Herode in eum dicta essent.

dicebas. Num malum est naufragium facere? Num ad malum accedit? Non tu fustem illi impinges in caput? Quid mecum tibi est, o homo? perimus, et tu ludis ultro. Si vero te Cæsar advocet accusatum, recordare hujus divisionis. Si quis tibi ingredienti et pallenti simul et trementi occurrens dicat: Quid tremis, homo? De quibus tibi est sermo? An intus Cæsar virtutem et vitium ingredientibus dat? Quid et tu insultas meis malis? Tamen, philosophe, dic mihi quid tremis? Nonne mortis est periculum, aut carceris, aut laboris corporis, aut exilii, aut ignominiæ? An istud vitium? An affine vitio? Tu igitur quid de his dixisti? Quid mihi tecum est homo? Sufficiunt mihi mea mala. Et recte dicis; sufficiunt enim tibi tua mala, ignobilitas, timiditas, superbia, qua superbis in schola sedens. Quid alienis ornabaris? Quid Stoicum dicebas te ipsum? Observate igitur vos in iis quæ facitis, et invenietis cujus sitis sectæ. Plerosque vestrum Epicureos invenietis, paucos aliquos Peripateticos, et eos dissolutos.



σοι κακὸς χόλος πῶς παραστάς.—6 Λέγε μοι σὺ τοὺς θεοὺς ἃ πρώην: Sic quidem et apud Arrianum. Sed Regius monstrat aliquid vitii subesse: λεγε μοι τους τεους σοι απρωην. Scribe: λέγε, μὰ τοὺς θεοὺς, μοὶ, ἃ πρώην ἔλεγες. Eodem spectat, quod ex suo notavit Carrio: λεγε μοι τους θεους σια πρωην. *J. F. Gronov.* Scioppius notat: λέγεμοι τοὺς θεούς σοι συ.—7 ' Κατηγορούμενον τι ποιήσεις. *His ille, &c.* ut reliqua Græca absint.' *Sciopp.*—8 ' Hujus periodi nec in vett. nec in recentioribus publicationibus ullum est vestigium. Nos primi e libro Buslidiano ante annos multos in Antiquis nostris eruimus, et necessario desiderabantur.' *Carrio.*—9 Scioppius notat: *adulescens.*

CAP. III.

Quod Chilo Lacedæmonius consilium anceps[a] *pro salute amici cepit, quodque est circumspecte et anxie*[b] *considerandum, an pro utilitatibus amicorum delinquendum aliquando sit: notataque inibi et relata quæ Theophrastus et M. Cicero super ea re scripserunt.*

LACEDÆMONIUM[1] Chilonem,[a] unum ex illo inclyto numero sapientium, scriptum est in libris eorum qui vitas resque gestas clarorum hominum memoriæ mandaverunt,[c] cum die vitæ suæ postremo eum inibi mors occuparet, ad circumstantes amicos sic locutum: Dicta mea, inquit, factaque in ætate longa pleraque omnia fuisse non pœnitenda, forsitan vos etiam sciatis. Ego certe in hoc quidem tempore non fallo me, nihil esse quicquam commissum a me, cujus memoria rei aliquid pariat ægritudinis: nisi profecto illud unum sit, quod rectene an perperam fecerim, nondum mihi plane liquet.[d] Super amici capite judex[e] cum duobus aliis fui. 2. Lex ita fuit, uti eum hominem condemnari necesse esset. Aut amicus igitur capitali[f 2] perdendus,

[a] *Ambiguum.* [b] *Solicite.* [c] *Scriptis retulerunt.*
[d] *Quod nondum omnino mihi certum est utrum bene an male fecerim.*
[e] *Cum agebatur de amici vita.* [f] *Supplicio capitali.*

1 In vetustis exemplaribus caput hoc magna parte mutilatum est, et incipit ab his verbis: *Hic autem Chilo, præstabilis homo sapientiæ, &c.* quod restituit ex antiquo Buslidiano exemplari Gulielm. Canter. Nov. Lect. II. 6.—2 *Capitalis* legit G. Canterus. 'Mendosum hunc locum esse, jam pridem notaverunt docti viri, qui pro *capiti perdendus* rescribendum censuere *capitali perdendus;* sed quo sensu quave ratione, mihi hactenus non liquet. Legendum existimo *capite pœniendus.*' Lamb. 'Sic Carrio, cum in libro unico, unde Canterus hanc partem sectionis hujus vulgavit, esset *capitalis;* miratus tamen et ipse genus

NOTÆ

[a] *Chilonem*] Chilo Lacedæmonius Philosophus, unus e septem Græciæ sapientibus, jam senior erat circa Olympiadem LII. sive annum ante Christum circiter DLXXII. Cum Pisæ filium in ludis Olympicis victorem amplecteretur præ gaudio expiravit, ut refert Laërtius. Nomen habuit a magnitudine labiorum; χεῖλος enim labrum significat: Chilo igitur Græce idem est quod Labeo Latine.

aut adhibenda fraus legi fuit. Multa cum animo meo ad casum tam ancipitem medendum consultanti[3] visum est id quod feci, præ hoc quod erant alia, toleratu facilius.[g] Tacitus ad condemnandum sententiam tuli: his, qui simul judicabant, ut absolverent, persuasi. Sic mihi et judicis et amici officium in re tanta salvum fuit.[h][4] Sed hanc capio ex eo facto molestiam, quod metuo ne a perfidia et culpa non abhorreat,[i] in eadem re eodemque tempore, inque communi negotio, quod mihi optimum factu[5] duxerim, diversum ejus aliis suasisse. 3. Hic autem[6] Chilo præstabilis homo sapientia,[k][7] quonam usque debuerit contra legem contraque jus pro amico progredi, dubitavit; eaque res in fine quoque vitæ ipso animum ejus anxit: et alii deinceps multi philosophiæ sectatores, ut in libris eorum scriptum est, satis anquisite[8] satisque solicite[l] quæsierunt, ut verbis quæ scripta sunt, ipsis utar, εἰ δεῖ βοηθεῖν τῷ φίλῳ παρὰ τὸ δίκαιον, καὶ μέχρι πόσου, καὶ ποῖα.[m] Ea verba significant, quæsisse eos, an nonnunquam contra jus contrave morem faciendum pro amico sit, et in qualibus, et in quibus causis, et quemnam[9] adusque modum. 4. Super hac quæstione cum ab aliis, sicuti dixi, multis, tum vel diligentissime a Theophrasto[b] disputatur, viro in philosophia Peripatetica[c] mo-

[g] *Plurima mecum revolvens ut occurrerem eventui tam periculoso, putavi id quod egi, mitius esse ratione habita eorum quæ facere poteram.* [h] *Ita consului officio judicis et amici.* [i] *Ne sit aliquid fraudis et peccati.* [k] *Vir insignis sapientiæ.* [l] *Diligenter et studiose.* [m] *An oportet subvenire amico contra jus, et ad quem usque modum, et quali in re.*



loquendi, suspicatusque excidisse vocem *sententia*. Alii advocant ut priscam scripturam, *capili perdendus:* quod si est, quid propius, promtiusve, quam *capitis perdendus* Plautino sermone?' *J. F. Gronov.*—3 Alias, *consultavi.*—4 'Forte *fuisset* Thys. Sed nugatur: nam Canterus edidit *fuisset:* at in margine ponit, Forte *fuit. sed hanc.*' Jac. Gronov.—5 Conjicit Thysius *optimum factum.* —6 Alias, *et hic autem.*—7 Sic ex duobus Carrio; etsi fateatur non suppetere sibi exempla hujus locutionis, 'præstabilis aliqua re.'—8 Vulgo, *inquisite.*—9 Pro *quemnam* vulg. *quenquam.* Fulv. Reg. et Rott. habent: *et in qualibus causis et quemnam usque ad modum:* ut et nonnulli apud Carrionem.—10

NOTÆ

[b] *Theophrasto*] Is philosophus ex urbe Eresso in Insula Lesbo oriundus, ob sermonis suavitatem, quasi divina tantum loqueretur, Theophrastus est ab Aristotele appellatus, cum prius Tyrtamus diceretur. Post mor-

destissimo doctissimoque. Eaque disputatio scripta est, si recte meminimus, in libro ejus de amicitia primo. Eum librum M. Cicero[d] videtur legisse, cum ipse quoque librum de amicitia componeret. Et cetera quidem, quæ sumenda a Theophrasto existimavit, ut ingenium facundiaque ejus fuit, sumsit et transposuit commodissime aptissimeque: hunc autem locum, de quo satis quæsitum esse dixi,[n] omnium rerum aliarum difficillimum strictim atque cursim transgressus est:[o] neque ea, quæ a Theophrasto pensim[10] atque enucleate scripta sunt, executus est,[p] sed, anxietate illa et quasi morositate disputationis prætermissa, genus ipsum rei tantum paucis verbis notavit.[q] Ea verba Ciceronis, si recensere quis vellet, apposui. 5. 'His igitur finibus utendum esse arbitror, ut, cum emendati mores amicorum sunt, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, voluntatum, sine ulla exceptione communitas:[r] ut etiam si qua fortuna acciderit, ut minus justæ voluntates amicorum adjuvandæ sint, in quibus eorum aut caput agatur aut fama, declinandum de via sit,[s] modo ne summa turpitudo sequatur: est

[n] *Quem dixi cadere maxime in disputationem.* [o] *Tractavit paucis et leviter.*
[p] *Neque ea explicavit quæ Theophrastus composuit diligenter et clare.*
[q] *Sed evitans molestiam ac velut fastidium hujus dissertationis, locutus est solum generaliter de hac quæstione.*
[r] *Sentio igitur hunc adhibendum esse modum, ut quando proba est indoles amicorum tunc reperiatur inter eos communitas omnium rerum, &c.*
[s] *Ita ut si quo casu evenerit, ut obsequendum sit non tam æquis amicorum desideriis in ea re, in qua subeunt periculum vitæ et honoris, recedendum sit ab æquitate.*

NOTÆ

tem Aristotelis ejus scholam rexit Athenis, Olympiade CXIV. ante Christum CCCXXIV. *Laërtius, Tzetzes et Suidas.* Tanto omnium plausu docuit ut ad eum audiendum discipuli circiter bis mille confluerent, quod Laërtius et Hesychius referunt. Vixit, Hieronymo teste, CVII. annos.

[c] *Philosophia Peripatetica*] Peripatetici, sectæ Aristotelicæ philosophi, sic dicti ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν, circumambulare, quod inambulantes disputarent in Lyceo. *Cic. Acad.* I.

[d] *M. Cicero*] Eloquentiæ Romanæ princeps, postquam Consulatum et amplissimos in Republica magistratus cum summa dignitate gessisset, a satellitibus Antonii, in quem declamaverat, trucidatus est anno ætatis LXIV. Urbis conditæ DCCXI. ante Christum XLIV. 'Omnia incrementa sua,' ut ait Velleius, 'sibi debuit vir novitatis nobilissimæ, et ut vita clarus, ita ingenio maximus, qui effecit ne quorum arma Romani vicerant, eorum ingenio vincerentur.'

enim quatenus amicitiæ venia dari possit.'[t] 'Cum agetur,' inquit, 'aut caput amici, aut fama, declinandum est de via,' ut etiam iniquam voluntatem illius adjutemus.[11] 6. Sed cujusmodi declinatio esse ista debeat, qualisque ad adjuvandum digressio, et in quanta voluntatis amici iniquitate, non dicit. Quid autem refert scire me in ejusmodi periculis amicorum, si non magna me turpitudo insecutura est, de via recta esse declinandum, nisi id quoque me docuerit, quam putet magnam turpitudinem, et, cum decessero de via, quousque degredi debeam? 'Est enim,' inquit, 'quatenus dari amicitiæ venia possit.' 7. Hoc immo ipsum est, quod maxime discendum est, quodque ab his, qui docent, minime dicitur, quatenus quaque fini[u] [12] dari amicitiæ venia debeat. Chilo ille sapiens, de quo paulo ante dixi, conservandi amici causa de via declinavit; sed video quousque progressus est; falsum enim pro amici salute consilium dedit. Id ipsum tamen in fine quoque vitæ, an jure posset reprehendi culparique, dubitavit. 'Contra patriam,' inquit Cicero, 'arma pro amico sumenda non sunt.' 8. Hoc profecto nemo ignoravit, etiam priusquam Theognis, ut Lucilius[f] ait, nasceretur.[e] Sed id quæro, id desidero: cum

[t] *Sunt enim certæ occasiones, in quibus parcendum est amicis si fecerint contra æquitatem.* [u] *Qua occasione et ad quem usque modum.*

Aliter, *pensiculate.*—11 'Ita codex Regius, quod non apparet in omnibus editis. Sed in eodem mox legitur, *qualisque ad juvandum*, non *ad adjuvandum.* Omnino accurate et distincte ex Gellii genio. Etiam ne dubites, mox revocavi *in ejusmodi periculis* et *insecutura*, cum hodierni legant *hujusmodi* et *secutura*, quod jam Carrio nominavit vitium typographicum. Nam quod Phil. Carolus putat legendum, *in cuimodi periculis*, vellem et ego: sed libri veteres intercedunt, quorum valida est in his auctoritas.' *Jac. Gronov.*—12 '*Quatenus quoque fine*] Error operarum Stephanicæ, ut obtestatur Carrio: nam præter unum, quem tamen ille sequendum non putarat, omnes, ut et vulgati, *quaque*

NOTÆ

[e] *Etiam priusquam Theognis...nasceretur*] Proverbium est, quo significamus rem esse antiquissimam. Theognis, poëta vetustissimus Megaræ in Sicilia natus, floruit Olympiade LVIII. ut auctor est Eusebius, ante Christum DXLVIII.

[f] *Lucilius*] C. Lucilius, Eques Romanus, primus poëta satiricus, Auruncæ quæ urbs est Ausoniæ in Italia, natus est Olymp. CLVIII. ante Christi ortum anno circiter CXLVIII. Neapoli mortuus ætatis anno XLVI. et publico funere elatus est, ut refert

pro amico contra jus et contra quam licet, salva tamen libertate atque pace,[x] faciendum est; et cum de via, sicut ipse ait, declinandum est: quid et quantum, et in quali causa, et quonam usque id fieri debeat. Pericles[g] ille Atheniensis, egregius vir ingenio, bonisque omnibus disciplinis ornatus,[y] in una quidem specie, sed planius tamen, quid existimaret professus est.[z] 9. Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re causaque ejus falsum dejeraret,[13] his ad eum verbis usus est: *Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι θεῶν.*[a] [14] Theophrastus autem in eo quo dixi libro[15] anquisitius quidem super hac re ipsa et exactius pressiusque quam Cicero disserit,[b] sed is quoque in docendo non de unoquoque facto singillatim existimat,[c] [16] neque certis exemplorum documentis, sed generibus rerum summatim universimque utitur, ad hunc ferme modum: Parva, inquit, et tenuis vel turpitudo vel infamia subeunda est, si ea re magna utilitas amico quæri potest. 10. Rependitur quippe et compensatur leve damnum delibatæ[17] honestatis majore alia gravioreque in adjuvando amico honestate:[d] minima-

[x] *Exceptis occasionibus in quibus agitur libertas et tranquillitas publica.*
[y] *Instructus omnibus doctrinis.* [z] *In uno exemplo exposuit quid sentiret, sed clarius.* [a] *Oportet me obsequi amicis, sed usque ad Deos.*
[b] *Disputavit de hac quæstione accuratius, diligentius, et brevius quam Cicero.*
[c] *Non declarat actiones omnes particulares, in quibus liceat violare æquitatem.*
[d] *Alia virtus amplior et excellentior, quæ est in ferenda ope amico, tollit minus probrum diminutæ honestatis.*

fini.' J. F. Gronov.—13 Reg. *dejuraret*, quo et ipso utuntur, ut probat Carrio testificans in plerisque libris optimis idem extare.—14 Carrio notat alios dare *μέχρι βωμῶν*. Fulv. et Regius justum faciunt trochaicum Δεῖ *μὲν συμπράττειν τοῖς φίλοις, ἀλλὰ μέχρι τῶν θεῶν*. 'Trillero meo certius, si quid modo mutandum, legendum videtur, *μέχρι θυῶν* sive *θύων*, hoc est, usque ad sacrificia aut victimas, sensu cum *τῷ βωμῶν* (quod aliis placet) eodem recidente.' *Falster.* —15 '*Theophrastus autem quo dixi libro*] Sic Carrio ex Buslid. cum esset vulgo, *in eo quem dixi libro*. Rottend. *in eo quo dixi*. Suspicor, *Theophrastus in quo dixi libro*.' J. F. Gronov.—16 Vulg. *æstimat*.—17 Regius codex habet *delinatæ*, et superscripta est litera *c*, quasi indicaret per errorem ita scripsisse, cum vellet ac deberet *declinatæ*, quod ex Buslidiano profert Carrio. Con-

NOTÆ

Hieronymus in Chronico.

[g] *Pericles*] Athenis Remp. per XL. annos administravit, anno II. celebris illius belli Peloponnesiaci pestilentia mortuus est, annis ante Christum CCCCXXXIV.

que illa labes et quasi lacuna [18] famæ munimentis partarum amico utilitatum solidatur.[e] Neque nominibus, inquit, moveri nos oportet, quod paria genere ipso non sunt honestas meæ famæ et rei amici utilitas. Ponderibus hæc enim potestatibusque præsentibus, non vocabulorum appellationibus neque dignitatibus generum dijudicanda sunt.[f] Nam cum in rebus aut paribus, aut non longe secus, utilitas amici aut honestas [19] nostra consistit, honestas proculdubio præponderat.[g] 11. Cum vero amici utilitas nimio est amplior; honestatis autem nostræ in re non gravi levis jactura est: tunc, quod utile amico est, id præ illo, quod honestum nobis est,[20] fit plenius. Sicuti magnum[1] pondus æris parva lamina[2] auri fit preciosius. Verba adeo ipsa Theophrasti super ea re ascripsi: *οὐκ οἶδ' εἴπου τούτῳ τῷ γένει τιμιώτερον [3] ἤδη, καὶ, ὁτιοῦν ἂν ᾖ μέρος, τούτου, πρὸς τὸ τηλίκον θατέρου συγκρινόμενον, αἱρετὸν ἔσται· λέγω δ' οἷον, οὐ καὶ χρυσίον τιμιώτερον χαλκοῦ, καὶ τηλίκον τοῦ χρυσίου πρὸς τὸ τηλίκον χαλκοῦ μέγεθος ἀντιπαραβαλλόμενον, πλέον δόξει, ἀλλὰ ποιήσει τινὰ ῥοπὴν καὶ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος.*[h] 12. Favorinus quoque philosophus [4] hujuscemodi indulgentiam gratiæ tem-

[e] *Exigua illa macula et veluti famæ ruentis præcipitium excusatur prætextu commoditatis collatæ in amicum.*

[f] *Nam de eis rebus judicandum est secundum vim, non autem secundum nomina et honestatem quæ est in genere.* [g] *Primum tenet locum.*

[h] *Nescio sane quid in hoc genere sit præstantius, et utrum quæcumque pars alicujus rei cum quantacumque parte alterius comparata præferenda sit: exempli gratia, aurum pretiosius est ære, et tanta pars auri cum tanta æris parte collata præstantior videtur. Sed faciet aliquod discrimen et numerus et magnitudo.*



jicit Jac. Gronov. *delimatæ.*—18 Quidam *lacinia* legunt. Ed. Ven. et quidam cod. apud J. F. Gronov. *lascivia.* Quid sibi voluerit Lipsius, cum *laciniam* maluit, quasi duriter dicatur *lacuna solidari*, non *lacinia*, 2. Elect. 3. haud exputo.' *J. F. Gronov.* Fulv. Reg. Rottend. Lincoln. habent ut nos. Pro *imminentis* quod est vulg. in mentem Carrionis venit: *minuentis.* Affirmat Scioppius Ms. Reg. habere *utilitacium.* Vulg. legitur *utilitatum ratione solidatur.*—19 Al. *et honestas.*—20 ' *Id primum illo, quod honestum nobis est*] Quam commodum hic *τὸ primum?* Cogitabam aliquando: *id primum, illoque quod honestum.* At Reg. et Rott. *Id præ illo.* Recte: nam ea particula interdum et comparationis est.' *J. F. Gronov.*—1 Ms. Reg. *sicuti est magnum*, prout in veteribus edd. et membranis extare ait Carrio. Legendum monet Jac. Gronov. *sicuti et magnum.* Alii habent correctum, teste Carrione, *sicut est et magnum.* Scioppius ad oram exemplaris sui scripsit, *sicuti cum magnum.*—2 Reg. et Rott. *lamna.*—3 ' Fulv. Reg. Schefferi: *τούτου.* Forte, *εἴπου τι τῷ*

pestivius, laxato[4] paulum remissoque[5] subtili justitiæ examine, his verbis definivit,[i] *ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τούτου ἐστὶν*[6] *ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι.*[k] Post deinde idem Theophrastus ad hanc ferme sententiam disseruit: Has tamen, inquit, et parvitates rerum et magnitudines, atque has omnes officiorum æstimationes[7] alia nonnunquam momenta extrinsecus atque alia, quasi appendices[8] personarum et causarum et temporum, et circumstantiæ ipsius necessitates, quas includere in præcepta difficile est, moderantur et regunt et quasi gubernant, et nunc ratas efficiunt, nunc irritas.[l] 13. Hæc taliaque Theophrastus satis[9] caute et solicite et religiose, cum discernendi magis disputandique[10] diligentia, quam cum decernendi sententia atque fiducia, disseruit: quoniam profecto causas scientiæ, corpo-

[i] *Mitigato severiore justitiæ rigore, obsequens occasioni descripsit his vocibus hanc facilitatem in concedenda gratia.*

[k] *Quæ vocatur gratia ab hominibus, est remissio rigoris in jure cum indiget amicus.*

[l] *Nihilominus, inquit Theophrastus, aliæ rationes extrinsecæ, et alia veluti additamenta personarum et causarum et temporum, et adjuncta necessaria quæ vix continentur præceptionibus, metiuntur, dirigunt, ac prope definiunt parvitatem rerum atque magnitudinem, et hæc omnia judicia officiorum, quæ nunc reddunt justa nunc injusta.*

γένει: nisi malis, *εἶπον τοῦ τῷ γένει τιμιωτέρου.*' *J. F. Gronov.*—4 Carrionis quidam, *tempestive lassato.* Fulv. Reg. Rott. *tempestive laxato.* Scribendum monet J. F. Gronov. *hujusmodi i. gratiæ tempestivæ.*—5 Quidam libri, *permissoque.* —6 Regius *τοῦτο ἐστίν.* Fulvianus, *τουτέστιν.* Distinguit J. F. Gronov. *ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τουτέστιν, ὕφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι.*—7 Al. *existimationes.*—8 '*Atque aliæ quasi appendices*] Sic edunt hodie, cum et Ms. Reg. et quædam priores edd. *alia*, quod egregium censeo, si distinguas, ut feci nunc in ipso contextu. Neque enim vox ista pertinet ad *appendices*, sed *alia atque alia momenta*, ut jam olim monuit quoque Carrio.' *Jac. Gronov.*—9 Τὸ *satis* abest in nonnullis edd.—10 '*Causa disserendi magis disputandique*] Fulv. Reg. Rott. Scheff. *cum discernendi m. d.* Nec τὸ *disserendi* patitur, quod mox sequitur *disseruit:* etsi pro eo Reg. et Rott. *servitute:* quod monstri instar: sed tamen majorem partem ejus verbi et in corrupto agnoscimus.' *J. F.*

NOTÆ

[h] *Favorinus philosophus*] Cujus sæpe Gellius noster meminit: is Arelate in Gallia natus est Hermaphroditus sive utriusque sexus compos, ut narrat Philostratus. Unde tria de se tanquam admirabilia dictitabat, se Gallum loqui Græce, Eunuchum adulterii causam agere, et privatum Imperatoris (is fuit Hadrianus, cujus ætate claruit) inimicum vivere: Herodi sophistæ fuit familiaris.

rum varietates, disceptationumque differentiam [11] ignorantes, directum atque perpetuum distinctumque in rebus singulis præceptum, quod ego nos in prima tractatus istius parte desiderare dixeram, non capiunt.[m] 14. Ejus autem Chilonis, a quo disputatiunculæ hujus initium fecimus, cum alia quædam sunt monita utilia atque prudentia, tum id maxime exploratæ utilitatis est, quod duas ferocissimas affectiones amoris atque odii intra modum tantum [12] coërcuit. 'Hac,' inquit, 'fini ames, tanquam forte fortuna osurus: hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse post amaturus.' [13] Super hoc eodem Chilone Plutarchus philosophus in libro περὶ ψυχῆς primo ita scripsit: *Χείλων ὁ παλαιὸς, ἀκούσας τινὸς λέγοντος, μηδένα ἔχειν ἐχθρὸν, ἠρώτησεν εἰ καὶ μηδένα φίλον ἔχει. Νομίζων ἐξ ἀνάγκης ἐπακολουθεῖν καὶ συνεπάγεσθαι φιλίας καὶ ἀπεχθείας.*[n] [14]

[m] *Quia nescientes causas scientiæ, diversitates corporum, et discrimen controversiarum, non intelligunt agendi rationem bonam, constantem, et diversam in singulis occasionibus, quod ego dixeram nos requirere in prima parte hujus capitis.*

[n] *Ita scripsit in libro de anima: Chilo senior cum audisset aliquem dicentem se nullum habere inimicum, interrogavit utrum et nullum amicum haberet, ratus necessario sequi et conjungi simul amicitias et inimicitias.*



Gronov. Sane in Regio etiam est, *disceptandique.*—11 Sic fecit Carrio pro *dissertationumque ac differentiarum*, cum in scriptis haberet, *differentias.* Reg. et Rott. habent *discriminumque ac differentiarum.* Ita emendat Falster. *quoniam p. circumstantiæ, temporum varietates, disceptationem atque differentiam importantes.* Aldus legit *disertationumque.*—12 Carrio non male, censente J. F. Gronov. ut et Schefferi membranæ: *intra modum tamen.* Reg. et Rott. ut etiam in margine cod. Vossiani: *intra m. cautum.* Jac. Gronovius monet vocem debere esse Gellianæ terminationis, nempe *cautim.* Thysius conjicit *caute.*—13 Puteani codex apud Carrionem: *Hac, inquit, finiam ex tanquam f. f. o.* Rottendorfianus: *Hac, inquit, finiam et tanquam f. f. o.* Buslid. *Hunc, inquit, amorem ita finiam, tanquam f. f. positurus.* Carrio: *Hunc amorem ita ineam, tanquam f. f. o. hoc odium ita, ut te nunc oderim fortassis post amaturus.*—14 In Fulv. Reg. et Scheff. non est posterior copula. Fulv. *φιλίᾳ.* Conjicit J. F. Gronov. *φιλίαις ἀπεχθείας.* 'Salmasiana collatio Regii cod. CΥΝΕΠΑCΚΕCΤΑΙ, mea CΥΝΕΝΠΛΕΚΕCΤΑΙ. Inde lego *συνεμπλέκεσθαι.*' Jac. Gronov. Ex Salmasiana lect. legit Falsterus *συνεπασκεῖσθαι*, et pro recepto *συνεπάγεσθαι*, inquit, posset admodum concinne legi *συνεμπήγνυσθαι.*

CAP. IV.

Quam tenuiter[a] curioseque exploraverit Antonius Julianus in oratione M. Tullii verbi ab eo mutati argutiam.

ANTONIUS JULIANUS[a] rhetor perquam fuit honesti atque amœni ingenii; doctrina quoque ista utiliore ac delectabili; veterumque elegantiarum cura et memoria multa fuit: ad hoc,[1] scripta pleraque omnia antiquiora tam curiose spectabat, et aut virtutes[a] pensitabat, aut vitia rimabatur,[b] ut judicium factum esse examussim[b 3] diceres.[c] Is Julianus super eo enthymemate, quod est in oratione M. Tullii, qua[4] pro Cn. Plancio dixit, ita existimavit.[d] 2. Sed verba prius, de quibus ab eo judicium factum est, ipsa ponam. 'Quanquam dissimilis est pecuniæ debitio et gratiæ: nam qui pecuniam dissolvit, statim non habet id, quod reddidit: qui autem debet, æs retinet[5] alienum:[e] gratiam autem et qui refert, habet; et qui habet, in eo ipso quod habet, refert. Neque ego nunc Plancio desinam debere, si hoc solvero: nec minus ei redderem voluntate ipsa, si hoc molestiæ non accidisset.' Crispum sane, inquit, agmen orationis rotundumque, ac modulo ipso numerorum venustum,[f] sed quod cum venia legendum sit verbi paulum ideo immutati, ut

[a] *Subtiliter.* [b] *Vel ponderabat vim, vel inquirebat defectus.* [c] *Ut dixisses ejus judicium fuisse perfectissimum.*
[d] *De hac argumentatione quæ est in oratione M. Tullii pro Cn. Plancio hujusmodi sententiam tulit.* [e] *Retinet pecuniam alterius.*
[f] *Floridum genus orationis volubile atque elegans ipso verborum ambitu.*

1 Alii *ad hæc.*—2 *Spectabat, aut virtutes* vulg.—3 Sic restituit Carrio, ubi in vulgatis legi solet *admussim.* Scripti et editi omnes, teste J. F. Gronov. *ad amussim.*—4 In antiq. ed. *quam* et *Planco.*—5 'Vulgo apud Ciceronem, *is retinet.* Sed ex Gellio emendandus. Neque aliter Ursini vetus liber: male

NOTÆ

[a] *Antonius Julianus*] Fuit auditor Crassetii genere Surrentini, qui Romæ grammaticæ ludum aperuit, Gellio ætate suppar.

[b] *Examussim*] Proverbium est, quo ut quicquid est maxime absolutum, ita examussim et ad amussim illud factum esse dicimus: regula enim ad quam aliquid exæquatur, auctore Festo, dicitur amussis.

sententiæ fides salva esset.[g] 3. Namque debitio[6] gratiæ et pecuniæ collata verbum utrobique servare posset.[h] Ita enim recte opposita inter sese gratiæ pecuniæque debitio videbitur, si et pecunia quidem deberi dicatur et gratia: sed quid eveniat in pecunia debita solutave, quid contra in gratia debita redditave, debitionis verbo utrimque servato, disseratur. Cicero autem, inquit, cum gratiæ pecuniæque debitionem dissimilem esse dixisset, ejusque sententiæ rationem redderet, verbum *debet* in pecunia ponit; in gratia *habet* subjicit pro *debet*: ita enim dicit, 'Gratiam autem et qui refert, habet; et qui habet, in eo ipso quod habet, refert.' Sed id verbum[7] cum proposita comparatione non satis convenit. Debitio etiam gratiæ, non habitio, cum pecunia confertur. 4. Atque ideo consequens quidem fuerat sic dicere: 'et qui debet, in eo ipso quod debet, refert:' quod absurdum et nimis coactum foret, si nondum redditam gratiam eo ipso redditam diceret, quia debetur. Immutavit ergo, inquit, et subdidit verbum ei verbo, quod omiserat,[i] finitimum; ut videretur et sensum debitionis collatæ non reliquisse, et concinnitatem sententiæ[8] retinuisse. Ad hunc modum Julianus enodabat[k] dijudicabatque veterum scriptorum sententias, quas apud eum adolescentes lectitabant.[l]

[g] *Sed quod legi debet ita ut excusetur verbum aliquantulum immutatum, ut par sit utrobique dicti ratio.*

[h] *Nam cum comparet inter se debitionem gratiæ et pecuniæ, posse retineri utrobique vocabulum debitio.* [i] *Accedens ad id verbum quod prætererat.*

[k] *Explicabat.* [l] *Sæpius legebant.*



Lambinus, *is retinet alienam.*' Thys. Codex tamen Reg. nunc quoque *is.*—6 Vulgo *debitione.*—7 In antiq. ed. additur, *habet.*—8 Delet hoc vocabulum in margine Vossianus codex.

CAP. V.

Quod Demosthenes rhetor cultu corporis atque vestitu probris obnoxio, infamique munditia fuit: quodque item Hortensius orator, ob ejusmodi munditias gestumque in agendo histrionicum,[1] Dionysiæ saltatriculæ cognomento compellatus est.

DEMOSTHENEM[a] tradunt[2] et vestitu sincero et cultu corporis nitido venustoque et nimis accurato[3] fuisse. Hinc etiam κομψὴ illa[4] χλανὶς[5] καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι[a] ab æmulis adversariisque probro data. Hinc etiam turpibus indignisque in eum verbis non temperatum,[b] quin parum vir, et ore quoque[6] polluto diceretur. Ad eundem modum Hortensius[b] omnibus ferme oratoribus ætatis suæ, nisi M. Tullio,[c] clarior, quod multa munditia et circumspecte compositeque indutus et amictus esset, manusque ejus inter agendum forent argutæ admodum et gestuosæ,[d] maledictis compellationibusque probrosis[7][c] jactatus est, multaque in

[a] *Comta illa vestis et molles tunicula.* [b] *Non abstinuerunt a gravibus et asperioribus in eum contumeliis.* [c] *Excepto Cicerone.* [d] *Et manus ejus inter declamandum essent mobiliores, et plures gestus agerent.*

1 Tres, *histrionum:* conjicit J. F. Gronov. *histrionium.*—2 Reg. Lincoln. Rott. *traditum:* quasi vellent *traditur.* Dein lectum ante Carrionem, *et vestitu ceteroque cultu c.* Quod ex Pal. refert Gebhardus, I. Ant. Lect. 2.—3 In Regio, *nimioque accurato.*—4 Rott. *Hinc eita.* Reg. *Incerta κομψά.* Legendum monet J. F. Gronov. *Hinc certe κομψὴ illa.*—5 Al. χλαινίς.—6 Al. *cum parum vir et ore.* Al. sine copula, *parum vir, ore quoque.* Reg. et Rott. *parum vir et ore.*—7 'Sic et ex antiquis editis et ex omnibus membranis se restituisse ait Carrio, cum legeretur, *appellationibus propositis.* Alterum fert Lipsius: 'de altero, substituunt,' inquit, '*probrosis:* ego ex scripturæ tramite, *prope Oscis.*' 2. Elect. 3. Nimirum leporem veteris conjecturæ tacitus perdere non potuit: nam, ut Carrio dixerat, nostri quoque, ut et Romana editio, aut prima aut in primis, plane ac sine dubio, *compellationibusque probrosis.*' J. F. Gronov. Anti-

NOTÆ

[a] *Demosthenem*] Is ignobili loco natus ad amplissimos magistratus aditum sibi fecit ingenii et maxime eloquentiæ laude. Philippo Macedoniæ Regi summum sibi jus in Græciam usurpanti acriter restitit: patriæ libertatis vindex in manus Antipatri tyrannidem affectantis ne veniret, venenum hausit anno ante Christum CCCXXI. *Plutarch.*

[b] *Hortensius*] Celebris orator ætate Ciceroni suppar.

[c] *Compellationibus probrosis*] Legunt alii *propositis*, sed inepte, alii cum

eum, quasi in histrionem, in ipsis causis atque judiciis dicta sunt. 2. Sed cum L. Torquatus,[d] subagresti homo ingenio et infestivo, gravius acerbiusque apud consilium judicum, cum de causa Syllæ quæreretur, non jam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam Dionysiamque[e] eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret: tum voce molli atque demissa Hortensius, 'Dionysia,' inquit, 'Dionysia malo equidem esse, quam quod tu, Torquate, ἄμουσος, ἀναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος.'[a 8 f]

[a] *Quam ignarus, incultus, et ineptus, ut ipse es, Torquate.*

quam lect. etiam servare monet Thysius. Vid. Not. inf.—8 Ita cod. Reg. Vulg. ἀγροδίαιτος, ἀπρόσιτος. Al. ἀγροδίαιτος καὶ ἀπροσ. Al. ἀναφρόδιτος, ἀπρόσιτος.

NOTÆ

Lipsio *prope Oscis* sive *obscœnis.* Porro Osci populi sunt in Italia qui Campaniæ maritimos fines incoluere, sic dicti ab oris fœditate quæ abiit in proverbium, unde verba obscœna dicuntur Osca quasi Oscena.

[d] *Torquatus*] Torquati cognomen Tito Manlio primum est impositum a torque, quem occiso Gallo detraxit.

[e] *Dionysiamque*] Famosa saltatricula, cujus nomen in gestuosum Hortensium ideo videbatur belle convenire, quod in brachiorum gestibus, et inflexione lacertorum ad numeros veterum saltatio maxime consisteret. 'Si vox est, canta; si mollia brachia, salta.' Ovid. Unde refert Tullius in libro de Claris Oratoribus Sex. Titium oratorem tam solutum et mollem in gestu fuisse, ut saltatio quædam inde nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset.

[f] *'Αναφρόδιτος, ἀπροσδιόνυσος*] Hanc lectionem verissimam ex Ms. Regio reponit Lambecius. Neque vero ineleganter ad Dionysiæ nomen tacite alludens Hortensius Torquatum ἀπροσδιόνυσον appellat. Prius legebatur, sed corrupte, ἀγροδίαιτος καὶ ἀπρόσιτος.

CAP. VI.

Verba ex oratione Metelli Numidici, quam in censura dixit ad populum, cum eum ad uxores ducendas adhortaretur: eaque oratio quam ob causam reprehensa, et quem contra in modum defensa sit.[1]

MULTIS et eruditis viris audientibus legebatur oratio Metelli Numidici,[a] gravis ac diserti viri, quam in censura[b] dixit ad populum de ducendis uxoribus, cum eum ad matrimonia capessenda adhortaretur.[2] In ea oratione ita scriptum fuit: 'Si sine uxore, Quirites,[c] possemus esse, omnes ea molestia careremus: sed quoniam ita natura tradidit, ut nec cum illis satis commode, nec sine illis ullo modo vivi possit; saluti perpetuæ potius, quam brevi voluptati consulendum.' 2. Videbatur quibusdam, Metellum censorem, cui consilium esset ad uxores ducendas populum hortari, non oportuisse neque de molestia[3] in-

1 In Reg. erat scriptum: *et quod contra modum defensa sit.*—2 Quædam membranæ, *hortaretur.*—3 'Turbat orationem *τὸ neque:* quod si retinemus, *τὸ oportuisse* etiam ad sequens membrum ejus pertinet, quo tamen nisi inepte non potest referri: sive malis, ut edebatur, *neque adhortari magis quam dissuadere absterrereque;* sive ut reddidit Carrio, *neque adhortari id magis esse quam dissuadere absterrereque.* Priori modo foret, non oportuisse Metellum neque confiteri neque adhortari magis quam dissuadere: cum res exigeret, non oportuisse neque confiteri neque dissuadere magis quam adhortari.

NOTÆ

[a] *Metelli Numidici*] Q. Cæcilius Metellus anno Urbis conditæ DCXLV. ante Christum CIX. Consul creatus, fracto et præliis commissis et urbibus expûgnatis Jugurtha Numidiæ Rege in Africa, Numidici cognomentum adeptus est.

[b] *In censura*] Institutus est hic magistratus anno Urbis conditæ CCCX. cum variis distenti negotiis Consules censere populum non possent. Censorum auctoritati par erat severitas: ut solebant in singulorum vitam et mores diligentius inquirere, ita eis et civem ignominia notare, et loco movere Senatorem, et Equiti equum et annulum adimere licebat, si quid honestati contrarium deprehenderent. Hinc vulgo magistri morum appellabantur. Duo tantum ad hunc magistratum ut plurimum consulares quinto quoque anno eligebantur.

[c] *Quirites*] Quiritium nomen Romanis imposuit Romulus a Curibus Sabinorum urbe, quos Romæ receptos ut sibi devinciret, Romanorum Sabinorumque gentem uno nomine Quirites appellavit.

commodisque[4] perpetuis rei uxoriæ[a] confiteri; neque adhortari magis esse, quam dissuadere, absterrereque:[b] sed contra in illud potius orationem debuisse sumi dicebant, ut et nullas plerumque esse in matrimoniis molestias asseveraret, et, si quæ tamen accidere[5] nonnunquam viderentur, parvas et leves facilesque esse toleratu diceret; majoribusque eas emolumentis et voluptatibus obliterari:[c] easdemque ipsas neque omnibus, neque naturæ vitio, sed quorundam maritorum culpa et injustitia evenire. 3. Titus autem Castricius[d] recte atque condigne Metellum esse locutum existimabat. Aliter, inquit, censor loqui debet, aliter rhetor. Rhetori concessum est sententiis uti falsis, audacibus, subdolis, captiosis, si modo verisimiles sunt et possunt ad movendos hominum animos qualicumque astu[6] irrepere.[d] Præterea[7] turpe esse ait rhetori, si quid in mala causa destitutum atque impugnatum[e][8] relinquat. Sed enim Metellum, inquit, sanctum virum, illa gravitate et fide præditum, cum tanta[9] honorum atque vitæ dignitate, apud populum Romanum loquentem, nihil decuit aliud dicere, quam quod verum esse sibi atque omnibus videbatur: præsertim cum super ea re diceret, quæ quotidiana intelligentia et communi pervulgatoque vitæ usu comprehenderetur. 4. De molestia igitur cunctis hominibus no-

[a] *Matrimonii.* [b] *Eam orationem non magis ad matrimonium impellere, quam ab eo avocare et avertere.* [c] *Compensari.* [d] *Quacumque subtilitate inseri.* [e] *Non munitum validis argumentis.*

Posteriori modo acciperes, non oportuisse neque confiteri neque oportuisse id magis esse adhortari; quod rursus ineptum et intolerabile. Ergo fidenter inducimus eam particulam, et quidem Rott. quoque et Lincoln. ac Regio jubentibus. Qui etiam, *adhortari magis esse*, eo ipso alludentes ad *τὸ magis id esse*, quod fuit in duobus apud Carrionem.' *J. F. Gronov.*—4 Ms. Reg. habet *incommodeque:* quod jam Salmasius aspexit pro *incommodoque.*—5 'Carrio legendum putat *accedere*, sed nihil mutandum.' *Thys.*—6 Ita Carrio legebat, juxta antiq. ed. Ven. vulgo, *actu.*—7 Vulg. *propterea.*—8 Ex Regio *inpurgatum* legendum jubet J. F. Gronov. Malit Falsterus, *impropugnatum.*—9 Con-

NOTÆ

[d] *Titus autem Castricius*] Hic imperante Hadriano Rhetoricam docuit Romæ, eoque se doctore usum Gellius alibi testatur.

tissima confessus, eaque confessione fidem sedulitatis veritatisque commeritus;[f] tum denique facile et procliviter,[10] quod fuit rerum omnium validissimum atque verissimum, persuasit, civitatem salvam esse sine matrimoniorum frequentatione[11] non posse. Hoc quoque aliud ex eadem oratione Metelli dignum esse existimavimus assidua lectione, non hercle[a] minus, quam quæ a gravissimis philosophis scripta. 5. Verba Metelli hæc sunt: 'Di immortales plurimum possunt; sed non plus velle nobis debent, quam parentes.[g] At parentes, si pergunt liberi errare, bonis exhæredant.[12] Quid ergo nos a Dis immortalibus divinitus[13] expectemus, nisi malis rationibus[14] finem faciamus? His demum[15] Deos propitios esse æquum est, qui sibi adversarii non sunt. Di immortales virtutem approbare, non adhibere[h 16] debent.'

[f] *Meruit haberi vir accuratus in loquendo et veridicus.*
[g] *Non debent esse magis benevoli erga nos quam sunt parentes nostri.*
[h] *Nobis conferre.*

jicit Scioppius, *tum tanta*. Vulg. *tanto honore*.—10 'In margine mei codicis a viro erudito scriptum, *perpolite*.' Thys.—11 'Alii, *frequentia*, sed male juxta Carrionem.' *Idem*. Ita tamen Ms. Reg.—12 *Si pergimus errare, suis bonis nos exhæredant* Vulg.—13 Antiq. ed. *diutius*.—14 *Nisi errationibus finem* Vulg.—15 Antiq. ed. *Iisdem*.—16 Pro *adhibere* legendum videtur Falstero, *abolere*. Trillerus legit et distinguit: *His demum Deos propitios esse æquum est. Qui sibi adversarii non sunt, ii mortales virtutem approbare, non odio habere debent.* Pro *adhibere* putat Lackmannus, aut Gellium scripsisse *cohibere*, aut nulla textum manu medica indigere.

NOTÆ

[a] *Hercle*] Hercle, sive Hercule, jurandi adverbium, quasi dicatur per Herculem: idem significat quod certe.

CAP. VII.

In hisce verbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, hanc sibi rem præsidio sperant futurum,[1] *neque mendam*[a][2] *esse nec vitium: erraréque istos, qui bonos violant libros, et,* futuram, *scribunt: atque inibi de quodam alio Ciceronis verbo dictum, quod probe scriptum perperam*[b] *mutatur: et aspersa*[c] *pauca de modulis*[d] *numerisque orationis, quos Cicero avide sectatus est.*

In oratione Ciceronis quinta in Verrem,[a] in libro spectatæ fidei Tironiana cura[b] atque disciplina facto,[e] ita scriptum fuit: 'Homines tenues obscuro loco nati navigant: adeunt[3] ad ea loca, quæ nunquam ante adierant; neque noti esse iis, quo venerunt,[4] neque semper cum cognitoribus[5] esse possunt.[f] Hac una tamen fiducia civitatis,[g] non modo apud nostros magistratus, qui et legum et existimationis[6] periculo continentur, neque apud cives solum Romanos, qui et sermonis et juris et multarum rerum societate juncti sunt, fore se tutos arbitrantur, sed quocumque venerint hanc sibi rem præsidio sperant futurum.'[h] 2. Videba-

[a] *Erratum.* [b] *Vitiose.* [c] *Inserta.* [d] *Periodis.* [e] *In libro non supposititio, vulgato opera et studio Tironis.* [f] *Cum iis qui præsentis negotium suscipiant.* [g] *Solo freti titulo civium Romanorum.* [h] *Confidunt hanc dignitatem civis Romani sibi futurum propugnaculum.*

1 Al. *sperant præsidio f.*—2 Ms. Reg. *mendum.*—3 Vet. ed. *adeuntque.*—4 '*Ubi neque noti essent quo v.*] Rott. et Regius, *noti essetis quo.* Scribe, *neque noti esse iis quo venerunt:* ut legitur ap. ipsum Ciceronem v. in Verrem 65. Tò *ubi* nostri, perinde ut Carrionis, veteres libri ignorant.' *J. F. Gronov.* Sciop. notat *essent his quo.*—5 Al. *agnitoribus.*—6 'Vulgo, *æstimationis,* pro *dignitatis:* sed potius legendum *existimationis,* ut edidit Aldus. Æstimatio

NOTÆ

[a] *In Verrem*] Civis fuit Romanus, qui cum Prætor in administranda Sicilia avare et crudeliter se gessisset, a Siculis repetundarum postulatus, accusante Cicerone damnatus est.

[b] *Tironiana cura*] Tiro Ciceronis primum servus, deinde libertus fuit; vir acerrimi judicii, cujus censuræ lucubrationes suas submittere Tullius ipse non dubitabat. Ad centesimum annum ætate provectus, Eusebio teste, consenuit.

tur compluribus[7] in extremo verbo menda esse. Debuisse enim scribi[8] non *futurum*, sed *futuram*: neque dubitabant quin liber emendandus[9] esset, ne, ut in Plauti comœdia[c] mœchus,[i] (sic enim mendæ suæ illudiabant,)[k][10] ita in Ciceronis oratione solœcismus[d] esset manifestarius. Aderat forte ibi amicus noster, homo lectione multa exercitus; cui pleraque omnia veterum literarum quæsita, meditata, evigilataque erant. 3. Is libro inspecto ait nullum esse in eo verbo neque mendum[11] neque vitium: Ciceronem probe ac venuste[12] locutum. Nam 'futurum,' inquit, non refertur ad 'rem,' sicut legentibus temere et incuriose[l] videtur; neque pro participio positum est: sed verbum est indefinitum, quod Græci appellant ἀπαρέμφατον, neque numeris neque generibus præserviens,[m] sed liberum undique et impromiscuum est.[n][13] 4. Quali C. Gracchus[e] verbo usus est in

[i] *Comœdia cui titulus est Mœchus.* [k] *Sic foverbant erratum.* [l] *Cursim et negligenter.* [m] *Neque annexum numeris singulari vel plurali, neque generibus masculino, fœminino, aut neutro.* [n] *Separatum.*

enim hac significatione vix Latina est.' *Thys.*—7 'Ita Mss. et recte sic editum, invito licet Carrione. Mancinellus olim adversus Vallam disputavit *quam plures* Latine dici. Gebhardus quoque I. Ant. Lect. 6. reducit *quam pluribus*, idque confirmat Sallustiano: 'ut illi quam plurimi deberent.' Si Vallam inspexisset, sciret, quid inter ista sit discriminis.' *J. F. Gronov.*—8 'Omnes etiam nostri, non modo Carrionis: *scribi putabant*. Sustulit ille hoc verbum auctoritate vetustissimæ ed. Potest fieri, ut et aliis videretur pulchrius, quod ipsi: Romana tamen, ut scripti. Qui si sancirent illam non insuavem sermonis brevitatem, primus assentirer: nunc editi unius auctoritas tanta mihi non est, ut innovare quicquam velim.' *Idem.*—9 Antiqui libri *emendatus*: pro quo nonnulli reponunt, *inemendatus*.—10 Vulg. *illudebant*.—11 Al. *mendam*.—12 Rott. Lincoln. et quintus ap. J. F. Gronovium: *probe ac vetuste*, quod probat idem Gronov.—13 '*Impromiscum* ex optimis optimorum librorum exemplaribus fecisse ait Carrio, in quo nostri optimi ei non subscribunt. At quo illi nostri juvant hunc sermonem, mutus Carrio. Ambo enim ablegant τὸ *est*.'

NOTÆ

[c] *Plauti comœdia*] Sarcinæ in Umbria natus est. M. Accius Plautus comœdiarum scriptor facetissimus; primum poëta, deinde mercator, postremo urgente necessitate in magna annonæ difficultate operam pistori locavit. Plauti nomen a planitie pedum deductum est. Mortuus est Olympiade CXLV. anno urbis conditæ DLV. ante Christum CC.

[d] *Solœcismus*] Quid sit fusius explicatur libro V. cap. 20.

[e] *Gracchus*] De quo sic Tullius in Orat. de harusp. respons. 'C. Gracchus quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni

oratione cujus titulus est, 'De Quinto Popilio circum conciliabula,' in qua ita scriptum est, 'Credo ego inimicos meos hoc dicturum.' *Inimicos*, inquit, *dicturum*,[14] et non, *dicturos*. Videturne ea ratione positum esse apud Gracchum, *dicturum*, qua est apud Ciceronem, *futurum*? sicut in Græca oratione, sine ulla vitii suspicione, omnibus numeris generibusque sine discrimine attribuuntur hujuscemodi verba ποιήσειν, ἔσεσθαι, λέξειν,[o] [15] et similia. 5. In CL. quoque Quadrigarii[f] tertio annali libro verba hæc esse dixit,[16]

[o] *Fucturum, futurum, dicturum.*

J. F. Gronov.—14 'Ms. Reg. *Inimicos dicturum, inquit*, quæ series magis videtur ferire aures attendentis.' *Jac. Gronov.*—15 'In antiquiss. ed. Venet. quæ prodiit anno 1477. ita legitur, ποιήσειν ἔσεσθαι, id est, *futurum* (potius *facturum*) λέξειν ἔσεσθαι, *dicturum*. Aldus recte edidit, ita ut hic legitur.' *Thys.* [Thysii lectio eadem ac nostra.] '*Verba peni* ποιήσειν] Ita est in Ms. Reg. Quod quia non assequor, propino aliis, nisi velit περιποιήσειν.' *Jac. Gronov.*—16 '*In Q. quoque Quadrigarii*] Inepte in ed. sua H. Stephanus legit, *in centesimo quoque Quadrigarii libro*. Error ortus est ex Cl. nota prænominis Claudii, quod male a correctoribus in *centesimum quinquagesimum* mutatum est: omnes excusæ antea *Q. Quadrigarii:* vocabatur Q. CL. Quadrigarius. Vide Gellium lib. IX. c. 1. et alibi.' *Lamb.* qui etiam dicit, 'indubitanter scribendum ex fide Ms. Reg. *In Cl. quoque Quadrigarii tertio annali verba h. e. d.* Et ita legunt omnes antea excusæ edd. nisi quod pro *Cl.*, Q. substituant, vitio levissimo, vel si id mavis, nullo.' *In CL.* probat Sciopp. '*In centesimo quinquagesimo quoque Quadrigarii annali libro*] Hoc ex Buslid. irrepere passus est Carrio, cum legeretur: *In Q. quoque Quadrigarii tertio annali verba.* Sed in Notis monuit Gellium lib. III. cap. 3. commemorare, eam fortitudinem tribuni Q. Claudio Quadrigario descriptam annali tertio: nec se comperisse tot annales libros eum composuisse: eoque numerum Buslidiani corruptum jure suspicari, et vulgatum suo loco manere jubere. Reg. et Rott. *In Cl. quoque Quadrigarii tertio annali libro verba hæc esse dixit.*' J. F. Gronov. [Conf.

NOTÆ

omnes non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa.' Tiberii fratris, qui seditione commota in Capitolio fuerat occisus, vestigiis insistens, ab Opimio Consule oppressus est anno U. C. DCXXXII. ante Christum CXXII.

[f] *CL. Quadrigarii*] Is Romanæ historiæ scriptor fuit, quem sæpe Gellius laudat, ex cujus annalibus non pauca desumsit Livius. Fuit, ut indicat Paterculus, vetustior Sisenna Historico, qui floruit circa annum U. C. IↃCXL. Vocatus est Quintus Claudius Quadrigarius, ut habetur inferius l. IX. c. 1. Unde hic locus quibusdam in exemplaribus inepte sic legitur: *In centesimo quinquagesimo quoque Quadrigarii libro annali:* cum sit ita legendus ex Ms. Regio: *In CL. quoque Quadrigarii tertio annali.* Error inde ortus, quod C et L, notæ aliquando numerales, centum et quinquaginta significent. Quod Lambecius annotavit.

'Dum ii conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum.' In duodevicesimo[17] annali ejusdem Quadrigarii principium libri sic scriptum: 'Si pro tua bonitate et nostra voluntate tibi valetudo[18] suppetit; est quod speremus Deos bonis bene facturum.' Item Valerii Antiatis[g] quarto et vicesimo[19] simili modo scriptum:[20] 'Si hæ res[1] divinæ factæ riteque[2] perlitatæ essent,[p] haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum esse.' 6. Plautus etiam in Casina,[q] cum de puella loqueretur, *occisurum* dixit, non *occisuram*, his verbis:

'Etiamne habet Casina gladium? Habet,[3] sed duos,
Quibus, altero te occisurum ait, altero villicum.'[r]

Item Laberius[h] in Gemellis:

'Non putavi,' inquit, 'hoc eam facturum.' Non ergo isti omnes solœcismus quid esset ignoraverunt.[4] Sed et Gracchus, 'dicturum,' et Quadrigarius, 'futurum' et 'benefacturum,'[5] et Plautus, 'occisurum,' et Antias, 'processurum,'

[p] *Si sacrificia facta, et rite fuissent absoluta.*
[q] *In comœdia, quæ inscribitur Casina.*
[r] *An nunc Casina habet ensem? Habet et quidem duos, quorum uno dicit se illaturum tibi mortem, altero se villico.*



lect. Reg. Lambecio citatam.]—17 Al. *duodevigesimo.* Ant. Ven. 12. *Annali.* —18 Antiquiss. Veneta, *valitudo.*—19 Regius clare, inquit Jac. Gronov. *quarto vicesimo.*—20 Additur ex Ms. *esse*, ut referatur ad 'dixit.'—1 *Si eæ res.* Sciopp.—2 Vulgo, *recteque.*—3 'In Veneta antiq. *Sta. habet.* Stalino intelligitur, sed Pardaliscæ ancillæ verba sunt.' *Thys.*—4 'Ms. Reg. *ignorarunt*, ex quo etiam mox editum *plane foret*, cum editi invertant *foret plane*, nescio cur. Immo in eodem legebatur, *et Antias processurum, et Plautus occisurum.*' Jac. Gronov.—5 'Notat Carrio in altero Puteani τὸ *bene*, in altero hoc totum deesse. In nostris quoque non comparet τὸ *bene*: et merito: non enim *benefacturum* una composita voce, sed binis simplicibus *bene facturum* dixisse Quadrigarium accepit Gellius: itaque, ut ceterorum exemplorum singula tantum verba, ita hic quoque unum *facturum* repetit.' *J. F. Gronov.*—

NOTÆ

[g] *Valerii Antiatis*] Q. Valerius Antias Romanus historicus ex urbe Antio oriundus, qui Latinorum est portus in Italia: ætate suppar fuit Quadrigario.

[h] *Laberius*] Eques Romanus Julii Cæsaris familiaris: in scribendis mimis, quæ solutiora sunt poëmata lasciviam imitantia, summam laudem etiam judicio M. Tullii consecutus est. Minus tamen probatur Horatio. Claruit Olymp. CLXXXI. anno U. C. IↃCC.

et Laberius, 'facturum,' indefinito modo dixerunt. 7. Qui modus neque in numeros, neque in personas, neque in genera, neque in tempora distrahitur,[s] 6 sed omnia istæc una eademque declinatione complectitur. Sicuti M. Cicero dixit, 'futurum,' non virili genere neque neutro, (solœcismus enim plane foret,) sed verbo usus est ab omni necessitate generum absoluto. Idem autem ille amicus noster in ejusdem M. Tullii Ciceronis oratione,7 quæ est de imperio Cn. Pompeii,[i] ita scriptum esse a Cicerone dicebat, atque ipse ita lectitabat: 'Cum vestros portus, atque eos portus, quibus vitam ac spiritum ducitis, in prædonum fuisse potestatem sciatis.' 8. Neque solœcismum esse aiebat 'in potestatem fuisse,' ut vulgus semidoctum putat, sed ratione dictum certa et proba contendebat, qua et Græci ita uterentur: et Plautus verborum Latinorum elegantissimus 8 in Amphitryone[t] dixit, 'Numero 9[k] mihi in mentem fuit.'[u] Non,

[s] *Quæ locutio neque numeris, neque personis, neque generibus, neque temporibus alligatur.* [t] *In comœdia cui nomen Amphitryo.* [u] *Opportune mihi fuit in animum.*

6 'Hoc ab Aldo, cum Rot. et Venetiis omisissent tres voces priores, pro quarta dedissent *distribuitur*. Regius confirmat Aldinum. Rot. et Scheff. *neque in personas neque in tempora neque in genera distrahitur.* Verum tamen est modi hujus tempora distingui et ea, de quibus hic agitur, unam tantum habere τοῦ μέλλοντος significationem: quo argumento delenda esse τὰ *neque in tempora* colligit Phil. Rubenius Elect. II. 17. Immo diu ante illum Petrus Mosellanus. *Idem.* Vid. Not. Var.—7 Aliter, *exhortatione.* Reg. Rott. Lincoln. Scheff. *in ejusdem M. Tullii oratione.*—8 'Merito rejiciunt Carrio et Stephanus illum, qui, quasi aliquid deesset, inseruit *conservator:* sed non debebat Stephanus et istis offendi atque conjicere *diligentissimus* aut *eligentissimus.* Nam τὰ *verborum Latinorum* accipienda sunt, ut Cicero Terentiusque solent dicere 'ceterarum rerum,' pro eo, quod est, quod ad ceteras res attinet, quemadmodum Hotomannus et alii observarunt. Lib. VII. 17. 'Plautus homo linguæ atque elegantiæ in verbis Latinæ princeps.'' *J. F. Gronov.* 'Non est necesse cum H. Stephano mutare, in *diligentissimus*, vel *eligentissimus.* In Badiana ed. *conservator elegantissimus.* Quod ex margine alicujus Ms. libri irrepsisse in illam ed. perspicuum.' *Thys.*—9 Al. *Num vero.* 'Vulgo *Non vero.* Sed ita, ut nunc editum, legitur in Ms. Collegii trilingnis Lovaniensis, et in codd. Plautinis ita exprimitur, ut apud Agellium est rescribendum.'

NOTÆ

[i] *Oratione, quæ est de imperio Cn. Pompeii*] Inscribitur oratio pro lege Manilia, seu de Imperatore adversus Mithridatem Pompeio deligendo; quod ejus in gratiam legem promulgasset C. Manlius Tribunus plebis.

[k] *Numero*] Adverbium: Veteres olim pro cito dicebant: idem significat hoc loco quod tempestive et opportune.

ut dici solitum est, *in mente.* Sed enim præter Plautum, cujus ille in præsens[10] exemplo usus est, multam nos quoque apud veteres scriptores locutionum talium copiam offendimus; atque his vulgo annotamentis inspersimus.[x] Ut rationem[11] istam missam faciamus[y][12] et auctoritates: sonus tamen et positura ipsa verborum satis declarant, id potius ἐπιμελείᾳ τῶν λέξεων modulamentisque[13] orationis[z] M. Tullii convenisse, ut, quoniam utrumvis dici Latine posset, *potestatem* dicere mallet, non *potestate.* 9. Illud enim sic compositum jucundius ad aurem completiusque,[a] insuavius hoc imperfectiusque[14] est; si modo ita explorata aure homo sit, non surda nec jacenti:[b] sicuti est hercle, quod, *explicavit,* dicere maluit, quam *explicuit,* quod esse jam usitatius cœperat. Verba sunt hæc ipsius ex oratione,[15] quam de imperio Cn. Pompeii habuit: 'Testis est Sicilia,[l] quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate explicavit.'[c] At si, *explicuit,* diceret, imperfecto et debili numero verborum sonus clauderet.[16]

[x] *Et passim in has notas retulimus.* [y] *Omittamus.* [z] *Delectui verborum ac numeris orationis.* [a] *Illa enim vox cum litera adjungitur sonat auribus suavior et plenior.* [b] *Modo quis eruditas aures habeat, non hebetes atque obtusas.* [c] *Liberavit.*

Fruter. Veris. lib. I. cap. 19.—10 *In præsenti* vulg.—11 Al. *Ut et rationem.*—12 Ad oram sui exemplar. scripsit Sciopp. *facias.* Tum vocibus autem *et tamen* lineolam subduxit.—13 Sic edidit Carrio. Conjicit J. F. Gronov. ἐμμελείᾳ. Stephanus legit *et modulamentis.*—14 '*Conspectiusque insuavius hoc imperfectiusque*] Sic Carrio ex ed. vetusta, cum vulgares haberent *imperspectiusque,* in Put. autem libro esset *inspectiusque.* Reg. et Rott. *imperpetiusque.* Sed prima vox, de qua nihil Carrio, in utroque cod. sic editur, *complectiusque:* quo videtur significari, quod extat in Fulviano, *completiusque.*' J. F. Gronov. 'Ita antiquiss. Venet. male Bad. ed. *imperspectiusque:* forte, *perplexiusque.*' Thys.—15 Al. *hortatione.*—16 Ita Reg. Rott. Lipsius, Fruterius, Carrio, Thysius, aliique, quæ tamen lect. reprobatur a Josepho Castalione Decad. I. Obs. c. 2. Vulg. *clauderetur.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[l] *Sicilia*] Celebris ad Italiam insula, quæ a figura dicta est Triquetra, et Trinacria.

CAP. VIII.

Historia in libris Sotionis philosophi reperta super Laide meretrice et Demosthene rhetore.

SOTION [1] [a] ex Peripatetica disciplina [a] haud sane ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæque historiæ refertum [b] composuit, eumque inscripsit, *Κέρας Ἀμαλθείας.* [c] [b] Ea vox hoc ferme valet, tanquam si dicas, *Cornucopiæ.* In eo libro super Demosthene rhetore et Laide meretrice historia hæc scripta est: Lais, inquit, Corinthia [c] ob elegantiam venustatemque formæ grandem pecuniam demerebat, [d] conventusque ad eam ditiorum hominum ex omni Græcia celebres erant: [e] neque admittebatur, nisi qui dabat, quod poposcerat. 2. Poscebat autem illa nimium quantum. [2] Hinc ait natum esse illud frequens apud Græcos adagium, [f] [3] *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς·* [g] quod frustra iret Corinthum [d] ad Laidem, qui non quiret [h] dare, quod posceretur. Ad hanc ille Demosthenes clanculum adit; et, ut

[a] *Secta.* [b] *Plenum.* [c] *Cornu Amaltheæ.* [d] *Lucrabatur.*
[e] *Opulentissimi quique viri ex tota Græcia ad eam vulgo conveniebant.*
[f] *Proverbium.* [g] *Non cujusvis est viri Corinthum navigare.* [h] *Posset.*



1 Vulgo *Phocion.*—2 '*Poscebat illa nimium quantum*] Recte sic Carrio ἀντὶ τῶν *nimiam quantitatem.* Et tamen tricatur Stephanus, malletque *mirum quantum,* ut magis responderet τῷ θαυμαστὸν ὅσον. Sed hoc est nodum in scirpo. *Nimium quantum* libri veteres, et sic Cicero, Quintilianus, Symmachus, Ammianus loquuntur.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—3 Ms. Reg. *apud Græ-*

NOTÆ

[a] *Sotion*] Fuit primum Platonis, deinde Xenocratis discipulus, tum ad eloquentiam se contulit: iisdem quibus Demosthenes temporibus claruit, scilicet anno ante Christum CCCXXX.

[b] Κέρας Ἀμαλθείας] De cornu Amaltheæ vide Notas in Gellii prœmium.

[c] *Lais Corinthia*] Corinthia non genere, sed habitatione; erat enim Sicula.

[d] *Corinthum*] Corinthus urbs est Achaiæ in angustiis Isthmi Peloponnesiaci sita: Veterum historiis fuit olim celeberrima, nunc pristinæ dignitatis rudera tantum exhibet; hodieque dicitur *Corintho.*

sibi sui copiam faceret, petit:[i] at Lais μυρίας δραχμὰς · ἢ τάλαντον[k f] poposcit.[4] 3. Hoc facit numi[g] nostratis[l] denarium[h] decem millia. Tali petulantia mulieris atque pecuniæ magnitudine ictus expavidusque[m 5] Demosthenes avertitur,[n 6] et discedens, Ego, inquit, pœnitere tanti non emo. Sed Græca ipsa, quæ fertur dixisse, lepidiora sunt, οὐκ ὠνοῦμαι, inquit, μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν.[o]

[i] *Postulat ut ejus libidini se permitteret.* [k] *Decem millia drachmarum aut talentum.* [l] *Pecuniæ Romanæ nostratis.* [m] *Perculsus et territus.* [n] *Alio se convertit.* [o] *Non emo decem drachmarum millibus pœnitentiam.*

cos adagium proverbium.—4 'Aliquid suboluit Carrioni, qui nescire sese ait, τὰ ἢ τάλαντον sintne ipsius Gellii, an recentioris alicujus interpretis. Et video in Vaticano Regioque; qui omnia Græca diligenter et egregie exhibent, tantummodo legi: *At Lais μυρίας δραχμὰς poposcit.* Nec secus in Schefferi codice, cui pleraque Græcorum rubrica notavit.' *J. F. Gronov.* ''Η τάλαντον] Abest hoc vocabulum ab antiquiss. Venet. ed. Et forsan glossema est.' *Thys.*—5 Colvius in Apuleium *expavitusque* legit.—6 Alii *avertit.* vulg. *avertit iter.*

NOTÆ

[e] **Μυρίας δραχμὰς**] Græci in re numaria usi sunt drachmis, minis, et talentis. Drachma Attica, quæ centesima pars est minæ, plus minusve denario Romano aliquando valuit: si ad nostros calculos reducatur, æstimanda est tribus assibus et semis nostratibus: quam ergo summam decem millium drachmarum Lais petebat, ea conficit libras Francicas circiter CIƆIƆCCL.

[f] **ἢ τάλαντον**] Talentum Æginticum et Corinthiacum erat centum minarum; seu decem millium drachmarum: Atticum minarum tantummodo sexagenum, sive sex millium drachmarum.

[g] *Numi*] Numus, ut hoc loco, aliquando generale nomen est, et sumitur pro qualibet pecunia sive ærea sive argentea. Numus rudis et informis, quod æs grave dicebatur, fuit primum in usu; tum æs signatum nota pecudum adhibitum est sub VI. Rege Servio: unde et pecunia appellata; deinde argentum signatum anno Urbis conditæ DLXXXV. Ærarium dictum est ille locus in quo servabantur thesauri, nimirum nondum percusso argenteo numo; hinc et milites dicebantur ære merere.

[h] *Denarium*] Denarius apud Romanos, primum decem assibus sive IV. sestertiis valuit, deinde fuit senum denum assium.

CAP. IX.

Qui modus fuerit, quis ordo disciplinæ[a] *Pythagoricæ; quantumque temporis imperatum observatumque sit dicendi simul ac tacendi.*

ORDO atque ratio Pythagoræ,[a] ac deinceps familiæ successionis ejus, recipiendi instituendique discipulos hujuscemodi fuisse traditur.[b] Jam a principio adolescentes, qui sese ad discendum obtulerant, ἐφυσιογνωμόνει.[c b] Id verbum significat, mores naturasque hominum conjectatione quadam de oris et vultus ingenio[d] deque totius corporis filo[e] atque habitu sciscitari.[f] 2. Tum, qui[1] exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam[g] statim jubebat, et tempus certum tacere; non omnes idem, sed alios aliud tempus pro æstimato captu solertiæ.[h 2] Is autem qui tacebat, quæ dicebantur ab aliis, audiebat; neque percunctari,

[a] *Sectæ.* [b] *Dicunt talem extitisse consuetudinem et institutionem Pythagoræ, ac deinde ejus scholæ superstitis, in admittendis et formandis auditoribus.*
[c] *Ex aspectu oris judicabat qui futuri essent.* [d] *Forma.* [e] *Lineamentis.*
[f] *Investigare.* [g] *Admitti suam in sectam.* [h] *Prout judicabat eos vel plus vel minus solertes.*

---

1 *Eum, qui* Vulg.—2 '*Jubebat: quin et certum tempus statuebat, ut tacerent, non in omnes idem*] Quam ineptissimam omnium vulgatorum et plurimarum membranarum scripturam vocat Carrio, retinent mei: et est in ea forsan aliquid vitii: sed lacunam tantam esse, et sic solidandam e Buslidiano, parum consuadet. *Tum* habent nostri pro *Eum:* præterea *omnes idem* sine media præpositione et *alius aliud* pro *aliud aliis*, unde faciendum *alios aliud.* Sic enim scripsit Gellius: *Tum qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in disciplinam statim jubebat et certum tempus tacere, non omnes idem, sed alios aliud pro æstimato captu solertiæ.* Melius *Tum* quam *Eum:* nam oratio hæc, *qui exploratus ab eo idoneusque fuerat*, habet figuram, per quam ex uno plures intelligi ait Fabius, et perinde se habet, ac si dixisset, *qui explorati.* Sic iisdem verbis respondent, *non omnes idem, sed alios aliud*, ad intellectum magis quam ad voces relata. *Existimato* Carrionis in eodem errato est, quo supra *existimationes officiorum.* Vellet etiam Stephanus *idoneusque inventus* vel *compertus fuerat.* Videtur id satis intelligi. Alioqui possemus scribere: *qui exploratus*

NOTÆ

[a] *Pythagoræ*] De Pythagora diximus in Notis ad Caput I.

[b] 'Ἐφυσιογνωμόνει] Scientia est Physiognomia, quæ ex corporis habitu, maximeque vultus lineamentis hominum mores colligit; in qua plus inesse solet ostentationis quam veritatis.

si parum intellexerat, neque commentari, quæ audierat,[i] fas erat. Sed non minus quisquam tacuit, quam biennium. 3. Hi prorsus appellabantur intra tempus tacendi audiendique ἀκουστικοί:[k] ast ubi res didicerant rerum omnium difficillimas, tacere audireque, atque esse jam cœperant silentio eruditi, cui erat nomen ἐχεμυθία;[l] tum verba facere et quærere, quæque audissent scribere, et quæ ipsi opinarentur expromere potestas erat. 4. Hi dicebantur in eo tempore μαθηματικοὶ; ab his, scilicet, artibus, quas jam discere atque meditari inceptaverant; quoniam Geometriam[c] et Gnomonicam,[d] Musicam, ceterasque item disciplinas altiores μαθήματα veteres Græci appellabant: vulgus autem, quos gentilicio vocabulo[m] Chaldæos[e] dicere oportet, mathematicos[f] dicit. Exinde his scientiæ studiis ornati ad perspicienda mundi opera et principia naturæ procedebant: ac tunc denique nominabantur φυσικοί. 5. Hæc eadem super Pythagora noster Taurus[g] cum dixisset; Nunc autem, inquit, isti qui repente pedibus illotis[h] ad

[i] *Nec licebat disputare de iis quæ audierat.* [k] *Auditores.* [l] *Taciturnitas.* [m] *Appellatione gentis propria.*

NOTÆ

[c] *Geometriam*] Hæc ars est qua tum locorum intervalla, tum rerum quæ sub aspectum cadunt longitudinem et latitudinem, altitudinem ac profunditatem dimetimur.

[d] *Gnomonicam*] Gnomon est stylus horologii solaris, cujus umbra diversas horas indicat. Unde Gnomonica est pars astrologiæ per quam recte disposito stylo, horas umbræ beneficio novimus.

[e] *Chaldæos*] Chaldæi, ut ait Tullius, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt qui diuturna observatione siderum, scientiam putantur effecisse, ut prædici posset quid cuique eventurum, et quo fato natus esset. Chaldæam aliqui dicunt Arabiæ conterminam esse regionem. Verum Chaldæorum nomen plerumque non tam gentis est quam artis et professionis. Ita quippe Mathematicos et Genethliacos vulgo nominant.

[f] *Mathematicos*] Mathematicus, si unam nominis vim attendamus, eum significat, qui doctrinam aliquam tenet (mathematicus enim ἀπὸ τοῦ μανθάνειν a discendo dicitur) proprie tamen mathematici nomen in eos cadit, qui in disciplinis astrologiæ, geometriæ, arithmeticæ, musicæ, &c. versantur, quod illæ scientiæ certissimis demonstrationibus innitantur.

[g] *Taurus*] Philosophus ex urbe Beryto in Phœnicia oriundus, Gellio familiaris.

[h] *Pedibus illotis*] Pedibus illotis ingredi proverbium est, quod in imperitos, imprudentes, et temerarios usurpatur. Deductum est a sacrorum cæremoniis in quibus omnia pura lotaque jubebantur exhiberi.

philosophos devertunt, non est hoc satis, quod sunt omnino ἀθεώρητοι, ἄμουσοι, ἀγεωμέτρητοι;[n] sed legem etiam dant, qua philosophari discant. Alius ait; hoc me primum doce. Item alius; hoc volo, inquit, discere, istud nolo. Hic a symposio Platonis[i] incipere gestit propter Alcibiadis comissationem,[3 k] ille a Phædro[l] propter Lysiæ orationem. Est etiam, inquit, pro Jupiter! qui Platonem legere postulet, non vitæ ornandæ, sed linguæ orationisque comendæ gratia, nec ut modestior fiat, sed ut lepidior.[o] 6. Hæc Taurus dicere solitus novitios philosophorum sectatores cum veteribus Pythagoricis pensitans.[p] Sed id quoque non prætereundum est, quod omnes simul, qui a Pythagora[4] in cohortem illam disciplinarum[5] recepti erant,[q] quod quisque familiæ pecuniæque habebat, in medium da-

[n] *Qui se tradunt philosophiæ a doctrinis omnibus imparati, non solum sunt omnino destituti speculatione, scientia, et geometria.* [o] *Ad exornandam orationem, ut fiat elegantior.* [p] *Comparans.* [q] *Admissi erant in communem illam philosophiæ scholam.*

habitusque idoneus fuerat.'—3 Corrigendum monet Carrio, *propter Alcibiadæ comiss.* quod in vet. est edd. et membranis, et quod codd. Reg. Rott. et Scheff. confirmant. Pro *comiss.* al. *comisationem.*—4 'Nescio qui legentibus non fuerit offensioni illud *simul*, quod nulli bono est, etsi quam vim habet, ea necessario atque etiam facile intelligi potest. Ex cod. Regio notavit Salmasius, Lambecius, ego, frater *atqui*, certissimo indicio Gellium scripsisse, *quod omnes, simulatque a Pyth.*' Jac. Gronov.—5 Pro *disciplinarum* potius

NOTÆ

[i] *Symposio Platonis*] Plato divinus ille philosophus, quem ex aëria mente susceptum a patre ferunt, cujus in cunis parvulo dormienti apes in labellis consederunt, singularis in dicendo suavitatis præsagium, natus est Athenis anno primo Olympiadis LXXXVIII. qui ante Christum est CCCCXXVIII. Socrati primum VII. annos operam dedit: tum longinquis in peregrinationibus alios alibi audivit. Reversus in patriam Aristotelem habuit discipulum. Obiit ætatis anno LXXXVI. *Laertius, &c.*

Symposium autem dialogus est Platonis in quo convivas inducit de amoris natura, vi, et effectis disserentes: συμπόσιον, idem est, quod compotatio.

[k] *Propter Alcibiadis comissationem*] Alcibiades unus e convivis symposii, cujus ebrietatem et violentiam describit Plato.

[l] *Phædro*] Phædrus est dialogus Platonis de pulchro (φαιδρὸς Græce blandus): hic habetur oratio Lysiæ oratoris copiosa et elegans, in qua quid sit non pulchrum, ac deinde quid pulchrum egregie explicat.

bant,[r 6] et coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit[7] antiquum consortium, quod re atque verbo[m] Romano appellabatur hercto non cito.[s 8]

[r] *Communicabant cum ceteris.* [s] *Vitæ communitas.*

legendum monet Thysius *discipulorum.*—6 Al. *dabat.*—7 Al. *fuit.*—8 ' *Quod re atque verbo Romano appellabatur κοινόβιον*] Sic Carrio, cum inveniret, *quod in re atque verbo.* Fatetur autem de hoc loco, quid statui debeat, non sese habere quod dicat, cum neque verbum Romanum sit *κοινόβιον*, neque juri Romano locus hic ullus. Catanæus delebat *τὸ Romano*, ut refert Flavius Conject. cap. 81. qui tamen excusat vulgatum, ut *cœnobium* sit vox Latina, qualis 'rhetor,' 'helleborum,' 'sycophanta,' 'philosophus,' et similia, quæ Latinus usus mollivit, ut jam peregrina non videantur. Rottend. *quod jure atque verborum ano appellabatur ertonocito.* Vides quam prope accedat ad id, quod ex Regio codice divine prorsus eruit Salmasius: *quod jure atque verbo Romano appellabatur Hercto non cito.* Servius ad lib. VIII. Æneidos vs. 642. 'Donatus hoc loco contra metrum sentit dicens, Citæ, divisæ, ut est in jure, Ercto non cito, id est, patrimonio vel hæreditate non divisa.' *J. F. Gronov.* 'Istud jure jam fuisse agnitum ab Rittershusio scribit Cl. Schefferus in libello de natura Philosophiæ Italicæ pag. 155, ubi res ipsa ostendit, quam miserabiliter ignorans istud Salmasii eximium aberraverit, non tantum in offerendo *absque verbo Romano,* sed etiam in spectando isto *κοινοβίῳ* simul apud Gellium, simul apud Jamblichum.' *Jac. Gronov.* Otho legendum putat, *quod in jure antiquo verbo appellabatur.* Ed. Delph. *quod re erat atque verbo appellabatur κοινόβιον.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[m] *Quod re atque verbo*] Hic locus ita legitur in quibusdam editionibus, *quod re atque verbo appellabatur κοινόβιον.* sed minus recte.

CAP. X.

Quibus verbis compellaverit Favorinus philosophus adolescentem casce[a a] nimis et vetuste loquentem.

FAVORINUS philosophus adolescenti veterum verborum cupidissimo, et plerasque voces nimis priscas et ignotis-

[a] *Prisce.*

NOTÆ

[a] *Casce*] Quod nos vetus appellamus, Veteres dicebant Cascum, idque lingua Sabinorum, quæ ad Oscam usque linguam radices egerit, qua *Casnar* senex dicitur. *Varro de Ling. Lat. lib.* VI.

simas in quotidianis communibusque sermonibus expromenti, Curius, inquit, et Fabricius, et Coruncanius [1] [b] antiquissimi viri [2] nostri, et his antiquiores Horatii [c] illi trigemini,[b] plane ac dilucide cum suis fabulati sunt:[c] neque Auruncorum, aut Sicanorum,[3] aut Pelasgorum,[d] qui primi incoluisse Italiam [4] dicuntur, sed ætatis suæ verbis locuti sunt. Tu autem, proinde [5] quasi cum matre Evandri [e] nunc loquare, sermone abhinc multis annis jam desito [d] uteris, quod scire atque intelligere neminem vis, quæ dicas. 2. Nonne, homo inepte, ut quod vis abunde consequaris, taceres? [6] Sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta et bona et sobria et modesta sit: vive ergo moribus præteritis; loquere verbis præsentibus; atque id, quod a C. Cæsare excellentis ingenii ac prudentiæ viro, in primo de Analogia libro, scriptum est, habe semper in memoria atque in pectore, ut tanquam scopulum,[7] sic fugias inauditum atque insolens [e] verbum.

[b] *Tres fratres uno partu editi.* [c] *Locuti sunt.* [d] *Obsoleto.* [e] *Inusitatum.*

1 Vulg. *Coruncanus.*—2 'Carrio jubet deleri τὸ *viri* de membranarum sententia: et sic Schefferi cod. In Fulviano, Reg. Rott. deest τὸ *nostri.* Sed hoc eodem pertinet, nam τὸ *viri* ἐκ τοῦ *nostri* contractum est.' *J. F. Gronov.* —3 Vulg. *Sicanorumque.* Rectius, censente Thysio, dixisset *Siculorumque.*—4 Emendandum monet Carrio, *coluisse Italiam,* ut vetustissimæ edd. et membranæ, codd. Reg. Rott. Scheff. In Macrobio est *coluisse in Italia.*—5 Aliter, *perinde.*—6 'Notavit Salmasius, et ipse vidi in Regio libro esse *taces.*' Thys.—7 Schefferi membrana: *tanquam navis scopulum.*

NOTÆ

[b] *Curius, Fabricius, Coruncanius*] Viri primis Reipublicæ Romanæ temporibus celeberrimi.

[c] *Horatii*] Sub III. Rege Tullo Hostilio, cum bellum Romanos inter et Albanos arderet, placuit utrisque paucorum certamine decerni utri jura darent. Tres Horatii fratres Romani cum Curiatiis commissi patriæ suæ imperium asseruere. *Livius, &c.*

[d] *Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum*] Aurunci incolebant Ausoniam, quæ pars Italiæ inter Campanos et Volscos ad mare vergit. Sicani sunt iidem qui et Siculi. Pelasgi ex Thessalia et Epiro in Italiam profecti sese cum Aboriginibus conjunxerunt CIƆCCC. circiter ante Christum annis.

[e] *Evandri*] Antiquissimi regis Italiæ, in quam ex Arcadia navigavit, et expulsis Aboriginibus veteribus incolis, Pallantium exstruxit, regnante Fauno in Italia annis ante excidium Trojæ LX. ante Christum CIƆCCXLVI. *Dionys. Halic.*

CAP. XI.

Quod Thucydides historiæ scriptor inclytus Lacedæmonios in acie[a] *non tuba, sed tibiis esse usos dicit: verbaque ejus super ea re posita: quoque Herodotus Halyatten regem fidicinas in procinctu*[a] *habuisse tradit: atque inibi quædam notata de Gracchi fistula concionatoria.*[1]

AUCTOR historiæ Græcæ gravissimus Thucydides[b] Lacedæmonios[c] summos bellatores non cornuum tubarumve signis, sed tibiarum modulis[b] in præliis usos esse refert: non prorsus ex aliquo ritu religionum,[c] neque rei divinæ gratia, neque etiam ut[2] excitarentur atque evibrarentur animi,[d] quod cornua et litui moliuntur:[e] sed contra, ut moderatiores modulatioresque fierent;[f] quod tibicinis numeris temperatur.[3] 2. Nihil adeo in congrediendis hos-

[a] *In præliis.* [b] *Non strepitu classicorum aut lituorum, sed concentu tibiarum.* [c] *Non propter aliquam cæremoniam aut cultum Deorum.* [d] *Acuerentur ad pugnam.* [e] *Præstant.* [f] *Modum magis tenerent.*

1 'Et hic Regius Schefferique, *concionaria*, et postea Regius cum Rott. *Ecce autem per tibicinia* (de hoc jam monuit Lambecius, ubi vulgo *pro tibicina*) *Laconica tibiæ quoque illius concionariæ in mentem venit.* Quin et prima ed. Veneta Pincii et Aldina in lemmate *contionaria* vel concionaria. Et hoc vocabulum cur alteri cederet, causa non erat.' *J. F. Gronov.*—2 Rott. Reg. Scheff. cum prima Venetaque edd. *neque autem ut.* In Aldina jam mutatum est. Male. *Exercitarentur* sane scripti: sed recte primi editores inde fecerunt *excitarentur:* nam *exsertarentur* Gebbardi I. Antiq. Lect. 15. tam hic ineptum, quam quod apud *Quintilianum* sibi gaudet inventum in corrupto exemplari; 'motus corporis exsertat oratorem.'' *Idem.*—3 Sic omnes sane libri. Scribendum tamen censet J. F. Gronov. *tibicinii numeris comparatur:* id est, efficitur.

NOTÆ

[a] *In procinctu*] In ipso apparatu bellico, qui dicitur procinctus; quæ loquendi formula desumitur a consuetudine Romanorum qui aliquid aggressuri, togam fluentem solebant altius succingere, quo minus essent impediti.

[b] *Thucydides*] Is fuit Olori filius, qui ad bellum Peloponnesiacum scribendum excitatus est, cum Herodotum libros suos recitantem audisset. XL. annos erat natus anno I. Olympiadis LXXXVII. ante Christi ortum CCCCXXXII.

[c] *Lacedæmonios*] Lacedæmon urbs Laconica in Peloponneso, antea Sparta dicebatur.

tibus atque in principiis prœliorum ad salutem virtutemque aptius rati, quam si permulcti[4] sonis mitioribus non immodice ferocirent.[g] Cum procinctæ igitur classes erant,[h] et instructæ acies,[5] cœptumque in hostem progredi: tibicines inter exercitum positi canere incœptabant. Ea ibi præcentione tranquilla et delectabili atque adeo[6] venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam vis et impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent,[i] cohibebatur. Sed ipsius illius egregii scriptoris uti verbis libet, quæ et dignitate et fide graviora sunt. 3. *Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι ἐντόνως καὶ ὀργῇ*[7] *χωροῦντες· Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν, νόμῳ ἐγκαθεστώτων. Οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις· ὅπερ φιλεῖ τὰ μεγάλα στρατόπεδα ποιεῖν ἐν ταῖς προσόδοις.*[k] 4. Cretenses[d] quoque prælia[8] ingredi solitos memoriæ datum est[l] præcinente ac præmoderante cithara gressibus. Halyattes[e] autem rex terræ Lydiæ, more atque luxu bar-

[g] *Arbitrati in invadendis hostibus, et in primo conflictu, nihil esse magis idoneum ad vitam et fortitudinem militum conservandam, quam si suaviori cantu deliniti ferociæ modum ponerent.* [h] *Erant paratæ ad prælium.*

[i] *Ad quosdam veluti numeros bellicæ musicæ coërcebatur violentia et temeritas militum, ne erumperent diffusi et errabundi.*

[k] *Et post hæc conflictus fuit. Argivi quidem et commilitones vehementer et acri impetu processerunt. Lacedæmonii autem lentius et ad concentum tibicinum, qui multi erant ex lege interpositi, non rei divinæ causa, sed ut æqualiter ad numerum progrederentur, ne distraherentur ipsorum ordines, quod solet magnis exercitibus in primo congressu evenire.* [l] *Scriptis traditum est.*

—4 Nonnulli libri, *permulsi*.—5 ‘*Instructa acies*, ut libri veteres: nam in altero numero pro exercitu dici nisi apud poëtas vix existimo.’ *Carrio*. Qui etiam pro *et* legendum putat *id est*.—6 ‘Has tres voces addi a melioribus membranis, quarum auctoritatem ille flocci facere noluerit, scribit Carrio. Sed nemo eas agnoscit nostrorum, quorum tamen quosdam ausim in melioribus ponere.’ *J. F. Gronov*.—7 Regius et Scheff. *ὁρμῇ*, cui patrocinatur Carrio.—8 Vulg. *Cretenses quoque in prælia*.—9 Vulgo additur *habuit*.—10

NOTÆ

[d] *Cretenses*] Cretæ incolæ, quæ maris Mediterranei insula Jovis incunabulis et centum urbibus celebris fuit. Hodie Candia dicitur, de qua plura lib. II. cap. 2.

[e] *Halyattes*] Hic anno ante Christi ortum IↃCXVIII. in Lydia Asiæ minoris regione regnare cœpit, cui post LIII. annos successit Crœsus. *Herodot*.

barico præditus, cum bellum Milesiis[f] faceret, ut Herodotus[g] in historiis tradit, concinentes[9] fistulatores et fidicines, atque fœminas etiam tibicinas, in exercitu atque in procinctu habuit, lascivientium delicias conviviorum. 5. Sed enim Achæos[h] Homerus[i] pugnam indipisci ait non fidicularum tibiarumque concentu, sed mentium animorumque conspiratu tacito nitibundos.[m] [10]

Οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί,
Ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν ἀλλήλοισιν.[n]

6. Quid ille vult ardentissimus[11] clamor militum Romanorum, quem in congressibus præliorum fieri solitum scriptores annalium memoravere? Contrane institutum fiebat

[m] *Dicit victoria potiri non ad numerum citharæ et fistulæ, sed silentio simul defixos.* [n] *Igitur venerunt silentio robur spirantes Achivi, animo parati auxiliari invicem.*

‘ *Concentu verum conspiratu*] Hæc lect. a conjectaneis est. *Concentu* deest nonnullis libris: et utræque Puteani membranæ: *tibiarumque concentu conspiratum tacito nitibundos.* Quod locum illum male habere magno indicio est. Optime liber Buslidianus: *tibiarumque sed mentium animorumque concentu conspiratuque tacito nitibundos.*’ J. F. Gronov.—11 ‘Verbum *vult* insititium censeo. Videtur enim hactenus orationem suspendisse auctor, hoc modo: *Quid ille clamor? contrane institutum fiebat?* Sic autem nostri, non *contra institutum*, ut Carrionii. Neque vero mutandum *tam probabile*: multo minus, *An tum etiam gradu clementi.*’ Idem. ‘Legitime quidem omnia. Sed istud *vult* vix potest deleri invitis omnibus libris, qui evincunt in eo aliquid a Gellio venisse, quod videtur fuisse *ille vel ardentissimus.*’ Jac. Gronov. ‘*Contra institutum fiebat antiquæ disciplinæ tam probabile?*] Ita hunc locum edidit H. ST. cum in ante excusis legeretur: *Contrane institutum, &c.* Sed non minus a veteri scriptura, quam a sensu longius aberravit. In Ms. R. scriptum erat: *Contrane institutum fiebat antiquæ disciplinæ, tumque probabile.* Quare legerim . *Contrane institutum fiebat antiquæ disciplinæ? utrumque probabile:* ut sensus sit: utrumque in congressibus præliorum probari potest, et Græcorum militum silentium et Romanorum clamor. Quæ sequuntur indubitanter ita scripserat Gellius: *Nam tum et gradu clementi et silentio est opus c. a. h. i. i. c. l. distantem: cum vero, &c.* Male omnes hactenus excusæ legunt:

NOTÆ

[f] *Milesiis*] Urbis Mileti in Caria incolis.

[g] *Herodotus*] Patria Halicarnasseus, ut ipse testatur: Thurius deinde appellatus, quod, ut ait Strabo, socium se deducendæ in Thurios coloniæ præbuisset. Historiæ pater floruit Olympiade LXXXIV. ante Christum CCCCXLIV.

[h] *Achæos*] Sive Achivos, ex Achaia regione Peloponnesi oriundos.

[i] *Homerus*] Poëtarum princeps, ætate fuit ceteris omnibus longe superior, jam tum ab ipsis Salomonis temporibus illustris, annis ante Christum CIↃXVI. Vide quæ inferius de ejus patria dicturi sumus.

antiquæ disciplinæ[o] tam probabile? an tum etiam gradu clementi et silentio est opus, cum ad hostem itur in conspectu longinquo procul distantem? cum vero prope ad manus ventum est, tum jam e propinquo hostis et impetu propulsandus et clamore terrendus est? Ecce autem, per tibicinia Laconica,[p] [12] [k] tibiæ quoque illius concionatoriæ in mentem venit,[l] quam C. Graccho[m] cum populo agenti[13] præisse ac præmonstrasse[14] modulos ferunt.[q] 7. Sed nequaquam sic est, ut a vulgo dicitur, canere tibia solitum, qui pone[r] eum loquentem staret; variisque modis tum demulcere animum actionemque ejus, tum intendere.[s] Quid enim foret ista re ineptius, si, ut planipedi saltanti,[t] [n] ita Graccho concionanti numeros et modos et frequentamenta quædam[u] varia tibicen incineret? Sed qui hoc compertius memoriæ tradiderunt, stetisse[15] in circumstantibus dicunt occultius, qui fistula brevi sensim graviusculum sonum inspiraret[x] ad deprimendum[16] sedandumque impetum vo-

[o] *An id fiebat contra morem veteris militiæ.* [p] *Fistulis Lacedæmoniis.* [q] *Quam dicunt præcinuisse et significasse varios vocis sonos C. Graccho, cum diceret apud populum.* [r] *Retro.* [s] *Excitare.* [t] *Comœdo.* [u] *Vocum discrimina.* [x] *Inflaret.*

An tum etiam gradu, &c. et post *distantem* addunt signum interrogandi.' *Lambecius.*—12 Sic legendum monet Lambecius, qui inquit, 'Ansam mendi dederunt abbreviationes vocum *per* et *pro*. Mirum quam frequens hoc in bonis auctoribus occurrat.' Vid. No. 1. supra.—13 'Ita meliores membranæ: in aliis tamen et antiquissimis excusis est *agente*, ἀρχαϊκῶς.' Carrio.—14 Fulv. Reg. Rott. *præministrasse*, ut non male quosdam suos habere sit Carrio.—15 In margine Codicis, quem Bourdelotius cum Ms. Reg. et Morelli contulerat, *fecisse.*—16 Et Reg. et Rott. *reprimendum.* Sed præterea Reg. et Scheff. *sedandumque impetus:* quod etiam notum fuit Carrioni sic notanti: 'Lege ex antiquitus excusis et membranis, *impetus ejus*, ἀρχαϊσμός. *Sedandum impetus*, ut 'Pacem Trojano ab rege petendum:' quo genere uti amat Gellius, ut

NOTÆ

[k] *Per tibicinia* [*Pro tibicina*] *Laconica*] Legendum censet Lambecius *per tibicinia Laconica.*

[l] *Tibiæ .... in mentem venit*] In mentem venit cum genitivo, loquendi modus elegans, nec semel usurpatus a Cicerone.

[m] *C. Graccho*] De quo supra c. 7.

[n] *Planipedi saltanti*] Planipedes comœdorum genus infimum dicebatur, quod non cothurnis, ut tragœdi; non soccis, ut alii comici, sed planis sive nudis pedibus in scenam prodirent.

cis ejus. 8. Effervescente[17] namque impulsu et instinctu extraneo naturalis illa Gracchi vehementia indiguisse, non, opinor, existimanda est.[y] Marcus tamen Cicero fistulatorem istum utrique rei adhibitum esse a Graccho putat; ut sonis tum placidis tum citatis[18] aut demissam jacentemque orationem ejus erigeret,[z] aut ferocientem sævientemque cohiberet.[a] 9. Verba ipsius Ciceronis apposui: 'Itaque idem Gracchus, quod potes audire, Catule, ex Licinio cliente tuo literato homine, quem servum sibi habuit ille ad manum,[a] cum eburnea solitus est habere[19] fistula, qui staret post ipsum occulte cum concionaretur, peritum hominem; qui inflaret celeriter eum sonum, qui illum aut remissum excitaret, aut a contentione revocaret.' Morem autem illum ingrediendi ad tibicinum modulos prælii,[20] institutum esse a Lacedæmoniis Aristoteles[e] in libris problematum[1] scripsit; quo manifestior fieret exploratiorque militum securitas et alacritas. 10. Nam diffidentiæ, inquit, et timori cum ingressione hujuscemodi minime convenit:[b] et mœsti atque formidantes ab hac tam intrepida ac tam decora

[y] *Non putandum est, ut arbitror, ardorem illum Gracchi a natura insitum eguisse commotione et impulsione extrinseca qua inflammaretur.* [z] *Asperiorem et acriorem temperaret.* [a] *Habuit scribam suum.* [b] *Primus enim, ut ait, in prælio conflictus nequaquam consentit cum diffidentia et metu.*

posterius indicabitur.'—17 Al. *fervescente.* Antiqua ed. *refervescente.*—18 'Reg. cod. habet *creatis.* An non exigit *screatis?*' Jac. Gronov.—19 Sic scribendum monet Carrio, qui inquit, '*hre* compendio literarum scriptum erat: uti etiamnum in membranis Puteani est: quod significat *habere.* Fungi illi *hærere* inde exsculpserunt: adeo compendia illa nostris in libb. sunt scriptoribus perniciosa.'—20 'Lincolniensis, *ad tibicinum prælii*, sine τῷ *modulos:* ut suspicari liceat et hic scripsisse auctorem, *ingrediendi ad tibicinium prælii.*' J. F. Gronov.—1 'Reg. et Rott. quod mirere, *problemato.* Ergo voluere *problematon:* nisi tamen *problematorum:* nam et hoc audebant

NOTÆ

[e] *Aristoteles*] Philosophorum hic princeps, Stagiræ in Macedonia natus, post datam magistro Platoni operam, Alexandro Magno doctor accitus est. Post mortem Alexandri conjiciunt historici eum ne in potestatem Antipatri Tyranni veniret, manus sibi violentas attulisse. Fabulæ ferunt, cum Euripi æstum non posset comprehendere, in mare se præcipitem egisse. Ejus mors incidit in annum ante Christum CCCXX.

incedendi modulatione alieni sunt.[c] Verba pauca Aristotelis super ea re apposui. Διά τι ἐπειδὰν πολεμεῖν μέλλωσι,[2] πρὸς αὐλὸν ἐμβαίνουσιν; ἵνα τοὺς δειλοὺς ἀσχημονοῦντας γινώσκωσιν.[d]

[c] *Ab hoc audaci et eleganti ad prælium ingressu qui fit ad concentum.*
[d] *Cur cum pugnare debent, ad tibiam incedunt? Scilicet ut timidos turpiter agentes dignoscant.*

interdum.' *Idem.*—2 Reg. ἐπειδὰν κινδυνεύειν μέλλωσι. Schefferi Ms. alludit exhibendo, κοινωνεῖν.

CAP. XII.

Virgo Vestæ[a] quid ætatis, et ex quali familia,[1] et quo ritu, quibusque cærimoniis ac religionibus, ac quo nomine a Pontifice Maximo[b] capiatur: et quo statim jure esse incipiat, simulatque capta est: quodque, ut Labeo dicit, nec illa[1] intestato cuiquam, nec ei intestatæ quisquam jure hæres est.

QUI de Vestali[2] virgine capienda scripserunt, quorum dili-

[a] *Virgo Vestalis qua ætate eligatur ex quali, &c.*

1 'Hoc pronomen in Reg. non extat, neque desideres: ad omnia enim sufficere potest 'Virgo Vestæ,' quæ antecessit. Sed et in prioribus editis, non apparet. Porro etiam tum in illo Ms. tum in editis legitur *nec ejus intestatæ.* Ex eodem similiter Ms. ante addidi conjunctionem, alteramque mutavi.' *J. Gronov.*—2 '*Vestali* abest a membranis Puteani et antiquissimis edd.' *Carrio.* 'Certe et abest ab Reg.' *J. Gronov.* 'Etiam a Ms. Bibliothecæ Pembrocensis abesse testatur auctor Observat. super Gellio, quæ inter Miscellan. Observat. in auctores vett. et recent. exhibentur vol. IV. Tom. III. p. 481. et recte id abesse confirmat duobus locis ex Cicerone. Vide Cortium ad Plin. lib. VII. Ep. 19. qui non solum ibi ex Mss. nonnullis, et edd. veteri et Aldina legit: 'dum assidet Juniæ Virgini,' omisso 'Vestali:' sed etiam hic quod vulgo habent *Vestali* omittendum esse censet.'

NOTÆ

[a] *Virgo Vestæ*] Virgines dictæ sunt Vestales quod Vestæ sacra curarent: longe ante Romam conditam Lavinii et Albæ colebantur. Variæ sunt de Vestæ nomine sententiæ: sic dictam plerique cum Tullio putant a nomine Græco ἑστία 'focus,' quod focos aræque præcipue domesticas, quasi Dea tueatur.

[b] *Pontifice Maximo*] Pontifices totius religionis apud Romanos et rerum divinarum arbitri ita sunt appellati, quod possent facere, id est, sacrificare. Qui Maximus dicebatur,

gentissime scripsit Labeo[c] Antistius, minorem quam annos VI. majorem quam annos X. natam, negaverunt capi fas esse. Item quæ[3] non sit patrima et matrima.[d] Item quæ lingua debili sensuve aurium diminuta,[b] aliave qua corporis labe insignita sit:[c] item quæ ipsa aut cujus pater emancipatus sit,[e] etiam si vivo patre in avi potestate sit: item cujus parentes alter ambove[4] servitutem servierunt;[5] aut in negotiis sordidis diversantur:[d 6] sed eam, cujus soror ad id sacerdotium[f] lecta est,[e 7] excusationem[f] mereri aiunt: item cujus pater flamen[g] aut augur,[h] aut quindecimvirum sacris

[b] *Paulo surdior* [c] *Aut alio corporis vitio laboret.*
[d] *Aut illiberalibus exercitiis occupantur.* [e] *Electa.* [f] *Exclusionem.*

Otho. 'Vestali] abest.' *Sciopp.*—3 '*Item quæ*] *Itemque*.' Id.—4 Mallem inverso ordine legi: *ambo alterve*: alioquin enim rectius *parentum* fuisset dicendum, ut alias rationes prætercam.' *Otho.*—5 'Male in quibusdam membranis *servitute servierunt*.' Carrio. 'Nescio an hunc locum innuat Salmasius in Plinianis p. 879. cum docet 'pugnare pugnam' dici, ut 'servitutem servire' et 'vitam vivere.' Sed ille connivit ac neglexit annotare in mem. Regiis plane legi *servitute servierunt*, quod notavi quoque in Lincolniensi. Nec video quid obstet, quo minus id dici potuerit, ut 'occidione occidere.' *J. Gronov.*—6 'Membranæ et antiquitus excusi *deversantur*, perpetua illis scribendi ratione. Buslid. non minus bene: *deservierunt*.' Carrio. *Deversantur*] *Deservierant*. Sciopp.—7 'Ita manifesto extat in Reg. ut ignorem, cur vulgo habeant *sit*.'

NOTÆ

ceteris summa auctoritate præerat, nec nisi in maximis rebus quæ religionem spectabant, versabatur. Pontifices Maximi auctoritate valuerunt ad tempora C. Julii Cæsaris, post quem reliqui Cæsares hanc dignitatem usurparunt.

[c] *Labeo*] Labeo Antistius juris et legum Romanarum scientia sub Augusto claruit.

[d] *Patrima et matrima*] Patrimus et matrimus dicitur, qui patrem et matrem adhuc viventes habet.

[e] *Emancipatus*] Is dicitur qui ex potestate patris excessit et sui juris factus est.

[f] *Sacerdotium*] Sacerdotium erat dignitas eorum, qui ad facienda sacrificia Deo se consecrabant.

[g] *Flamen*] Flamines sacerdotes a filo, quasi filamines, nomen habuere; quod enim licio in capite velati semper erant, et caput cinctum habebant filo, flamines dicti sunt: scilicet nudis capitibus incedere nefas erat; creabantur a populo, a Pontifice Maximo inaugurabantur.

[h] *Augur*] Ex avium volatu, cantu, et pastu futura prædicebant augures. Inter alia auspiciorum genera celebre fuit tripudium solistimum, de quo sic Tullius lib. II. de Divinat. 'Quia, cum pascuntur' aves, 'necesse est aliquid ex ore cadere et terram pavire,' quod est ferire, 'terripavium primo, post terripudium dictum est. Hoc quidem jam tripudium dicitur.' Id Batavum Gellii interpretem fugit,

faciundis,[i] aut qui septemvirum epulonum,[k] aut Salius[l] est.[8] 2. Sponsæ quoque pontificis et tibicinis sacrorum[m 9] filiæ vacatio a sacerdotio isto tribui solet.[g] Præterea Capito Ateius[n] scriptum reliquit, neque ejus legendam filiam, qui domicilium in Italia non haberet, et excusandam[h] ejus qui liberos tris[10] haberet. 3. Virgo autem Vestalis simul est capta[11] atque in atrium Vestæ deducta et pontificibus tra-

[g] *Non solent in sacrum Vestalium ordinem admitti.* [h] *Recusandam.*

J. Gronov.—8 '*Aut* xv-*vir S. F. aut qui* vii-*vir epulorum*] Reg. Rott. Lincoln. Schefferi: *aut quindecemvirum sacris faciundis aut qui septemvirum Epulonum aut Salius est.* Utrumque in aliquot suis reperit Carrio. Et sic haud dubie Noster.' *J. F. Gronov.* 'xv-vir hic legendum, non ut Badius edidit *decemvir.*' Thysius.—9 '*Tibicinis sacrorum*] Uterque Puteani *tubicinis.* Illud malo. 'Tibicinis sacrorum' frequens in Inscriptionibus mentio.' *Carrio.* 'Tamen et membranæ Reg. *tubicinis.*' Jac. Gronov. 'Peccato manifesto: nam tubæ usus erat in bello; etiam ad funera nobiliorum; minime autem in sacris: ibi enim tibiis utebantur. Inde 'tubicen legionis' in titulo apud Gruterum p. 544. n. 2. Sed hic *tibicen sacrorum* recte, ut apud Jul. Firm. lib. iv. c. 7. 'templorum tibicines.'' *Otho.*—10 '*Liberos tris*] In antiqua Veneta et Aldina *liberos tres non haberet:* male. Carrio recte ita emendavit ex Buslidiano libro, aliisque veteribus nonnullis.' *Thysius.*—11 '*Simul atque capta.* Veteres emendationes et membranæ *simul est capta.* antiqua loquendi consuetudine. 'Simul est,' pro, 'simul atque est.' Sic Horatium, Ciceronem, ve-

NOTÆ

qui scripsit, 'si pulli oblatam pultem avide comederent, solistimum tripudium dici.' Atqui avide comedebant aliquando pulli, si tamen nulla offæ particula ex ore ipsis excideret, nullum censebatur esse tripudium.

[i] *Quindecimvirum sacris faciundis*] Cum libros aliquot Sibyllinos summo pretio redemisset ab externa quadam muliere Tarquinius Superbus, Duumviros sacerdotes creavit, quorum officium esset eos diligenter custodire. Tum anno Urbis CCCLXXXVIII. Decemviri: denique L. Syllæ temporibus electi Quindecimviri, penes quos librorum Sibyllinorum esset custodia. Perseveravit id sacerdotii genus ad Theodosii tempora et annum post Christum CCCXCII.

[k] *Septemvirum Epulonum*] Pontificum munus erat Jovi ceterisque Diis epulas instruere. Sed cum ipsis propter sacrificiorum multitudinem tot apparare convivia non vacaret, anno Urbis conditæ IƆLVIII. Triumviri ac deinde Septemviri Epulones creati sunt, ad quos ea pars curæ Sacerdotalis derivaretur.

[l] *Salius*] Salii sacerdotes erant Martis, sic dicti quod, dum ferebant ancilia, solerent saltare. Ancile autem brevius erat scutum, quod e cœlo delapsum cum esset ad salutem Romæ fatale, ne forte subriperetur, curavit Numa secundus Rex Romanorum ut undecim alia omnino similia fabricarentur.

[m] *Tibicinis sacrorum*] Tibicinum cantus adhibebantur in sacrificiis, ne quid infaustum audiretur.

[n] *Capito Ateius*] Jurisconsultus Ciceroni fuit ætate suppar.

dita; eo statim tempore sine emancipatione ac sine capitis minutione[i] [o] e patris potestate exit, et jus testamenti faciundi adipiscitur. De more autem rituque capiundæ virginis literæ quidem antiquiores non extant, nisi, quæ capta prima est,[12] a Numa rege[p] esse captam. Sed Papiam[13] legem invenimus; qua cavetur,[k] ut Pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legantur: sortitioque in concione ex eo numero fiat,[l] et, cujus virginis ducta erit, ut eam Pontifex maximus capiat, eaque Vestæ fiat. Sed ea sortitio ex lege Papia non necessaria nunc videri solet. 4. Nam, si quis honesto loco natus adeat Pontificem maximum, atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cujus duntaxat salvis religionum observationibus[m] ratio haberi possit, gratia Papiæ[14] legis per senatum fit.[n] [15] Capi au-

[i] *Prioris status mutatione.* [k] *Jungitur.* [l] *Et ex eo numero in comitiis sorte deligantur.* [m] *Servatis rerum divinarum ceremoniis.*
[n] *Id per vim Papiæ legis fixum censetur.*

---

tustiores omnes locutos ad loca quædam Tertulliani in postrema eaque omnium optima publicatione a me emendata nuper monui. In membranis tamen *est* temere repetitur.' *Carrio.* 'Sic enim legitur in Regio: *simul est capta atque in atrium Vestæ deducta et pontificibus tradita est.*' Jac. Gronov.—12 'Ita antiquissima Veneta. In quibusdam edd. *quod fertur, quæ capta prima est.*' Thysius. 'Ita v. c. al. Ms. *quod fertur.*' Sciopp. ad oram exemplaris sui.—13 'Papiam Poppæam intelligit. In Buslidiano legitur, *Popiliam.* Ita Hotomannus quoque eam, quæ de Vestalibus, ex Gellio appellat. Pro *Poppæus* etiam legitur apud Dionem *Popillus.* In antiqua Veneta, postmodum quoque legitur, *legis Popiliæ.*' Thysius. 'Ita ex Buslidiano Codice verba hæc addidit Carrio, et ante eum Raevardus Varior. lib. II. cap. 17.' *Idem.*—14 *Popiliæ* ascripsit Sciopp.—15 'Libri primitus publicati *per se ratum fit.* Inde adeo mendæ illius indoles in omnes omnino libros, quos quidem viderim hactenus editos, inolevit: neque quicquam a quoquam mutatum est. In quibusdam membranis Puteani est *perseveratum fit:* in aliis, uti et in Buslidianis, *per*

NOTÆ

[o] *Sine capitis minutione*] Capitis diminutio erat prioris status mutatio; fuitque triplex, maxima, minor, et minima: maxima capitis diminutio, cum aliquis simul et libertatem et civitatem amittebat: minor, cum civitas quidem amittebatur, libertas vero retinebatur: minima, cum et civitas retinebatur et libertas, sed status hominis commutabatur.

[p] *A Numa rege*] Is fuit Rex secundus qui Romanos bello ferociores ad humaniorem vitam superstitiosa religionis specie transtulit. Regnum quod XLIII. annos tenuit, auspicatus est annis ante Christi ortum IↃCCXIV. *Livius, Florus, &c.*

tem virgo propterea dici videtur, quia pontificis maximi manu prehensa ab eo parente, in cujus potestate est, veluti bello capta abducitur. In libro primo Fabii Pictoris,[f] quæ verba pontificem maximum dicere oporteat, cum virginem capit, scriptum est. Ea verba hæc sunt: SACERDOTEM. VESTALEM. QUÆ. SACRA. FACIAT. QUÆ. JOUS. SIET. SACERDOTEM. VESTALEM. FACERE. PRO. POPOLO. ROMANO.[16] QUIRITIUM. UTEI. QUÆ. OPTUMA. LEGE. FOVIT.[17] ITA. TE. AMATA.[r] CAPIO.[o]

5. Plerique autem capi virginem solam debere dici putant. Sed flamines quoque Diales,[s] item pontifices et augures capi dicebantur. L. Sylla[t] rerum gestarum libro II.

[o] *Amata capio te tanquam Virginem Vestalem, quæ curet sacra, quæ pro jure suo Virgo Vestalis curet pro populo Romano, et Quiritibus: ita hoc rite fiat, et omnia succedant feliciter.*

senatum fit, quod aperte verum est. *Carrio.*—16 '*Populo Romano.* Cujacianus liber, *populo Romano Quiritium.* Omnes alii tam manuscripti quam typis excusi *populo Romano Quiritibus:* quod aspernandum non est. Sic enim conjunctim dicebant 'populus Romanus Quirites.' Solus Buslidianus *populo Romano Quiritibusque.* Et placet.' *Idem.* '*Populo Romano Quiritibusque.* Et nostri quemadmodum omnes apud Carrionem præter Buslid. *populo Romano Quiritibus uti.* Sed ut Cujacianus apud eum, Ursinianus quoque, *populo Romano Quiritium.* Nec secus ergo lib. x. 24. scribendum censeo, ubi item libri, *populo Romano Quiritibus:* et apud Festum in 'Dici mos erat: *populo Romano Quiritium*, id est, Curensium.'' *J. F. Gronov.* '*Quiritibusque. utei. quæ.* Forte *Quiritium uti quæ.*' Sciopp.—17 'Editiones omnes, *uti quod optima lege fiat.* Pleræque membranæ *utique quod optima lege fuit.* Aliæ *utique optima lege fiat.* Buslidianus *uti quæ optima lege fuit*, nisi quod *que* scriptum esset pro

NOTÆ

[f] *Fabii Pictoris*] Fabii clarissima gens, teste Plinio lib. XXXV. cap. 4. Pictorum nomen ex eo traxerunt quod princeps ejus cognominis ipse ædem Salutis pinxit anno CCCCL. Ex Fabiis Pictoribus alius Salutis ædem pinxit, alius Consulatum gessit cum Ogulnio; alius jurisconsultus: alius, de quo jam agimus, historicus fuit, si Livio credimus, 'scriptorum antiquissimus,' cui prænomen erat Quintus, ut ex Appiano recte colligit Vossius. In Romanos plus æquo propensus in describendo bello Punico Carthaginiensium gloriam sæpe deterit. In quo reprehenditur a Polybio. Floruit anno U. C. IↃXXX. ante Christi ortum CCXXIII.

[r] *Amata*] Fuit id nomen proprium quibusdam mulieribus, ut indicat Laviniæ mater apud Virgilium.

[s] *Flamines quoque Diales*] Flamen Dialis est dictus ἀπὸ τοῦ Διὸς, qui Jupiter est, ut sacra Dijovi assidue faceret: a Numa institutus an. ante Christum IↃCCXIII.

[t] *L. Sylla*] L. Cornelius Sylla maximis præliis perfunctus Consulatum

ita scripsit: 'P. Cornelius, cui primum cognomen Syllæ impositum est, flamen Dialis captus.' M. Cato[n] de Lusitanis, cum Ser. Galbam accusavit: 'Tamen dicunt deficere voluisse.[18] Ego me nunc volo jus pontificium optime scire: jamne ea causa pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere,[19] ecquis me ob eam rem augurem capiat?'[20] Præterea in commentariis Labeonis, quæ ad duodecim tabulas[v] composuit, ita scriptum est: 'Virgo Vestalis neque hæres est cuiquam intestato,[w] neque intestatæ quisquam: sed bona ejus in publicum redigi aiunt. Id quo jure fiat, quæritur.' Amata inter capiendum[p] a Pontifice maximo

[p] *Dum apprehenditur a Pontifice.*

quæ. Eam scripturam servo.' *Carrio.* Scal. *fuat.* Ascripsit Sciopp. ad oram exemplaris sui *fuit* f. *fuat.*—18 '*Tamen dicunt*] Vulgo in antiq. edit. *eum dicit jus Pontificum discere noluisse.* Locus corruptissimus, ex quo nihil sani elicies. In Ms. R. scriptum erat: *M. Cato de Lusitanis, cum Ser. Galbam accusavit, tamen dicunt deficere voluisse.* Quare facta interpunctione post vocem *accusavit*, reliqua ita legerim: *Lusitanos dicunt deficere voluisse.*' Lambecius '*eum dicit jus pontificium discere noluisse.* Mirifice perturbarunt locum. Quatuor Mss. apud me: *eum dicunt deficere voluisse:* ut et uterque Put. apud Carrionem. Duo optimi: *Tamen dicunt deficere voluisse.* Rectissime: neque apex ullus in his mutandus.' *J. F. Gronov.* '*Eum dicit jus pontificium discere noluisse*] *Tū dicunt deficere noluisse.*' Sciopp.—19 '*Si volo augurium optime tenere*] Sic quidem editi omnes et scripti. Valde tamen probabilis conjectura Ausonii Popmæ in fragmentis historiarum: *Jus volo augurium optime tenere.* Vide ad Præfationem. *J. F. Gronov.*—20 Ascripsit Sciopp. *capiar.*—1 ' Rot.

NOTÆ

adeptus est anno U. C. ɪↃᴄʟxᴠɪ. Mario infensus Urbem occupat et dictator renuntiatur anno ɪↃᴄʟxxɪɪ. tribus post annis sese abdicat, et sequenti obiit ex morbo pediculari, anno ante Christum ʟxxᴠɪɪ. Eum ait Velleius dissimilem fuisse bellatorem ac victorem, dum vincit justissimo leniorem, post victoriam audito crudeliorem extitisse. Librum, quem de rebus suis imperfectum reliquerat, ejus libertus Epicadus teste Suetonio supplevit.

[n] *M. Cato*] Consule lib. xɪɪɪ. cap. 19. in quo agitur de genere et nominibus familiæ Porciæ, cujus princeps fuit hic M. Porcius Cato Censorius.

[v] *Ad duodecim tabulas*] Sublatis regum decretis, et populo per xx. annos nullis legibus astricto, constituti sunt anno U. C. ᴄᴄᴄɪɪɪ. ante Christum ᴄᴄᴄᴄʟɪ. Decemviri qui a Græcis leges peterent; quas acceptas tabulis decem æreis inscripsere. Cum autem in primis legibus aliquid desideraretur, anno sequenti alias duas adjecere tabulas: unde et dictæ sunt leges duodecim tabularum.

[w] *Intestato*] Intestatus dicitur qui nullo testamento facto mortuus est.

appellatur, quoniam, quæ prima capta est, hoc fuisse nomine [1] traditum est.

et Reg. *nomen*. Lege: *quoniam, quæ prima capta, ei hoc fuisse nomen traditum est.*' J. F. Gronov.

CAP. XIII.

Quæsitum esse in philosophia,[2] *quidnam foret in recepto mandato rectius, idne omnino facere quod mandatum est, an nonnunquam etiam contra, si id speres ei, qui mandavit, utilius fore, superque ea quæstione expositæ diversæ sententiæ.*

In officiis capiendis, censendis, judicandisque,[a] quæ Græce καθήκοντα[b] philosophi appellant,[3] quæri solet, an negotio tibi dato et quid omnino faceres definito, contra quid facere debeas, si eo facto videri possit res eventura prosperius, exque utilitate ejus, qui id tibi negotium mandavit. Anceps quæstio et in utramque partem a prudentibus viris arbitrata est.[c] Sunt enim non pauci, qui sententiam suam una in parte defixerint,[d][4] et re semel statuta deliberataque ab eo, cujus negotium id pontificiumque esset,[e][5] nequaquam

[a] *Admittendis, æstimandis.* [b] *Convenientia.* [c] *Disceptata.*
[d] *Qui in opinione sua uni parti adhæserint.*
[e] *Ad quem id negotium, et auctoritas pertineat.*

2 '*Quæsitum in philosophia*] Editiones ante Carrionem: *in philosophia est.* Regius: *Quæsitum esse in philosophia.*' J. F. Gronov.—3 'Quædam membranæ, *quæ Græci καθήκοντα appellant.* Alioqui vocem illam *Græce* nec antiquissimæ editiones nec aliæ membranæ norunt. Et sane a librariis adjectam fuisse credo, ut verbum Græcum deesse significarent. Id enim non semel in posterioris ætatis membranis accidisse monui. Ideo deleatur.' *Carrio.* 'Voculam *Græce* nec antiquissimas editiones nec membranas ullas (præter unas, in quibus *Græci*) agnoscere testis Carrio. Idem affirmare possum de Regio. Intelligo etiam quemadmodum ea vox irrepserit. nam in Rot. video, *quæ gr. philosophi appellant.* Sic autem semper ille codex, ubi Graia vox occurrit: et τὸ *gr.* ponitur loco τοῦ καθήκοντα, quod transmissum est; non pro vocabulo, quo Gellius usus esset.' *J. F. Gronov.*—4 'Antiquissimæ edd. *defixerunt*, et postea *putaverunt*, pro *defixerint* et *putaverint*.' Jac. Gronov.—5 '*Negotium id potissimum esset*] Antiquiores omnes editiones, ut et membranæ, *negotium id pontificiumque esset*. Quomodo viri docti scribendum esse jampridem viderunt.' *Carrio.* '*Pontificium.* Correctores quidam, cum hoc ver-

putaverint contra dictum ejus esse faciendum, etiam si repentinus aliquis[6] casus rem commodius agi posse polliceretur; ne, si spes fefellisset, culpa imparentiæ[7] et pœna indeprecabilis subeunda esset.[f] 2. Si res forte melius vertisset; Diis quidem gratia habenda, sed exemplum tamen intromissum videretur, quo bene consulta consilia religione mandati soluta corrumperentur.[g] Alii existimaverunt incommoda prius, quæ metuenda essent, si res gesta aliter foret quam imperatum est, cum emolumento spei pensitan-

[f] *Teneretur crimine inobedientiæ, et supplicio non remittendo afficiendus esset.*
[g] *Quo data rectissime consilia violarentur neglecta præcepti observantia.*

---

bum non intelligerent, pro *pontificium* male restituerunt *potissimum.*' Thysius. 'Verba illa *cujus negotium id potissimum esset*, sic emendanda Carrio lib. I. Emend. cap. 9. censet, *cujus id negotium pontificiumque esset*. Laudo certe viri acumen, et pedibus manibusque, ut ille ait, in ejus sententiam discedo, nihilque fere nobis antiquius palam profiteor, quam illius doctissimas Annotationes in Agellium publici juris factas esse.' *Carolus*.—6 'Meliores membranæ *aliqui*.' Carrio. 'Sane *aliqui* jam edidit Stephanus, et in conferendo codice Regio Salmasius ac frater editione ista usi fuerunt; ut cum nihil diversum annotaverint, ita videatur extare in eodem exemplari.' *Jac. Gronov.* —7 '*Culpa impatientiæ*] Ita omnes omnino membranæ, quas viderim, eamque scripturam vetustiores etiam interpretes volunt tueri. Badius omnium primus *imparentiæ* scribendum censuit, quod sane ab hoc loco non esset alienum. G. Fornerius, vir nunquam sine honore nominandus, ostendit veterem editionem, in qua disertim erat *imparientiæ;* quod verbum cum a Jurisconsulto quodam magno in observationibus apud Justinianum in codice sit repositum, non veritus sum huc quoque admittere, antiqua, ut dixi, favente editione. Quanquam verum ut fatear, 'imparentia' magis quam 'imparientia' verbi sui formam videtur sequi.' *Carrio*. 'Sic de hoc loco notavit Thysius: 'Quamvis 'impareo' pro 'non pareo' vix inveniatur, Festus tamen 'imparentem non obedientem' esse dixit. Atque hinc 'imparentia.' Lipsius *imparientiæ* legit et probam vocem 'parientiam' ex Cassiodoro lib. VII. Var. putat, atque ita emendat l. I. C. qui pro sua jurisd. Cujacius lib. I. obs. c. 6. ex veteribus libris. Forsan juxta Badium legi posset *impotentiæ*, nisi vox *impatientiæ* ita quoque hic sumatur, quod animi impotens et impatiens fuerit, sequi mandatum, quod mandanti inutile esse crederet.' Equidem membranæ Regiæ habent *impacientiæ*, quod quidem videtur elegantissimum, nedum ut mutari debeat.' *Jac. Gronov*. 'Sed *impatientiæ* vocabulum nullo pacto his convenire arbitror: dicimus quidem 'impatientia doloris,' ejusve rei, quæ nobis dolorem affert, ut 'adversæ valetudinis, æstus, frigoris, Veneris, caritatis: sed quomodo hæc 'impatientia' dici possit, si quis contra mandatum faciat receptum, equidem non video. Immo mallem *imparientiæ* ex vestigiis librorum veterum, quod esset contrarium τοῦ 'parientiæ,' quod et ipsum plerumque mutatum est a librariis in 'patientia,' ut ostendit Cujacius lib. I. Observ. c. 6.' *Otho*. 'His verbis falce critica opus est: *culpa impatientiæ et pœnæ indeprecabilis subeunda esset*. Profecto, inquit Lipsius lib. I. Elect. c. 7. quicquid ego video, scribi sententia flagitat: *culpa imparientiæ subeunda esset*. 'Imparientia,' insolitum huic ævo verbum, sed vetus et pro-

da esse:[h] et, si ea leviora minoraque, utilitas autem contra gravior et amplior spe quantum potest firma ostenderetur, tum posse adversum mandata fieri censuerunt; ne oblata divinitus rei bene gerendæ occasio amitteretur. 3. Neque timendum exemplum non parendi crediderunt, si rationes duntaxat hujuscemodi non adessent.[8] Cumprimis autem respiciendum putaverunt ingenium naturamque illius, cuja res præceptumque esset;[i 9] ne ferox, durus, indomitus, inexorabilisque sit; qualia fuerunt Postumiana imperia[10] et Manliana.[a] Nam si tali præceptori[k] ratio reddenda sit, nihil faciendum esse monuerunt aliter, quam præceptum est. Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematium[11] hoc de mandatis hujuscemodi obsequendis,[l] si exemplum quoque P. Crassi Muciani[b] clari ac

[h] *Comparari debere.* [i] *Qui negotium et mandatum committeret.*
[k] *Imperanti.* [l] *Putamus hanc commentationem de talibus jussis exequendis fore pleniorem et certiorem.*

bum.' *Carol.*—8 '*Neque timendum exemplum non parendi crediderunt, si rationes hujuscemodi duntaxat non adessent*] Carrionis membranæ meliores *non deessent*, quod fortasse rectum ille autumat; si enim hujusmodi rationes adsint, tum non esse culpam imparentiæ timendam: tamen se hoc in medium ponere. At ego, si cetera, ut nunc sunt, maneant, necessario sic legendum esse aio. Quando enim inexcusabilius, periculosius, formidolosius est solvi vim imperii et jure imperanti non obtemperari, quam quoties id temere ac sine gravissima ratione fit? Sed cum in nostris constanter servetur *non adessent*, suspicari possis ἀντὶ τοῦ *Neque* Auctorem dedisse, *Namque*. Etenim, inquit, censuerunt, non fieri, quod jussum est, nihil habere aut trahere mali, si quid eo fiat melius.' *J. F. Gronov.* '*Non adessent.* Ita omnes libri habent. Quis vero non videt, legendum esse *abessent*, ut sensus constet?' *Falster.* '*Parendi.* Ita in antiqua Veneta. Abest in Paris. ed. ant. quæ prodiit cum Badii Notis.' *Thysius.*—9 '*Cujus ea res præceptumque*] Uterque Puteani et veteres editiones *cui ea res*. Buslid. *cui a rep. præc.* Dubium non est, quin scripserit *cuja ea res*, de quo infra dicemus.' *Carrio.*—10 'Omnes membranæ *Postumia imperia*.' Carrio. 'Etiam Regiæ membranæ in his sunt quæ plane vindicant *Postumia*, unde id restituendum censui. Licet enim ubique id abolere potuerint, et supponere *Postumiana*, non licuit tamen illis ampliare 'Postumiæ magistræ' in Catulli carmine veritatem.' *Jac. Gronov.*—11 Badius legit

NOTÆ

[a] *Posthumiana imperia et Manliana*] A. Posthumius dictator, rebus in bello contra Æquos et Volscos prospere gestis, filium qui contra suum jussum pugnaverat securi percussit anno Urbis conditæ CCCXXIII. ante Christum CCCCXXXI. Huic historiæ fidem abrogat Livius. T. Manlius filium etiam victorem, quod injussu suo cum hoste certasset, capite mulctavit anno Urbis conditæ CCCCXIV. ante Christum CCCXXXIX.

[b] *P. Crassi Muciani*] Publius Crassus Mucii filius valde probatus orator

illustris[12] viri apposuerimus. Is Crassus a Sempronio Asellione et plerisque aliis historiæ Romanæ scriptoribus traditur habuisse quinque rerum bonarum maxima et præcipua; quod esset ditissimus, quod nobilissimus, quod eloquentissimus, quod jurisconsultissimus,[13] quod pontifex maximus. 4. Is, cum in Consulatu obtineret Asiam provinciam, et circumsidere oppugnareque Leucas[c] oppidum[14] pararet, opusque esset firma atque procera trabe, qui arietem[d] faceret, quo muros ejus oppidi quateret; scripsit ad magistrum architectonem Elatensium[m][e][15] sociorum amico-

[m] *Fabricatorem.*

theorema: alii *Theorematum*.—12 '*Clari ac inclyti*. Quædam membranæ *ac illustris*.' Carrio. 'At Reg. et Rot. firmant *inclyti*.' Jac. Gronov.—13 'Schefferinus, *quod jureconsultissimus*.' J. F. Gronov. *Jureconsultissimus* præfero. Dici quidem utrumque potest et 'jurisconsultus' et 'jureconsultus;' sed hoc magis antiquitatem redolet, et si accuratius loqui velis, etiam rectius se habet: nam veluti est de jure consultus. Sic Noster infra lib. XI. c. 18. 'Id etiam memini legere me in libro Aristonis jureconsulti.' Sic ibi libri veteres, teste Gifanio Observat. L. L. *Otho*.—14 '*Leucas* deest unis membranis Puteani: *oppidum* aliis, quod abesse potest.' *Carrio*. 'Nec sane hoc posterius est vel in Regia vel Rottendorf. et satis est infra sic appellasse.' *Jac. Gronov.*—15 '*Ad magistrum ἀρχιτέκτονα molis Atheniensium*. Locus conclamatus. Gifanius ad Muretum scribit in veteri quodam se codice vidisse, *ad magistratum Græcum more Atheniensium*: unde legendum putabat *ad ἀρχιτέκτονα Atheniensium*. Lipsius venditat e quatuor Vatic. *Moleatensium*: quia penes Stephanum Μᾶλυς Λίβυσσα πόλις· τὸ ἐθνικὸν Μωλυάτης. Carrio fatetur in Buslid. quoque esse, *magistrum architectona moleatensium*: sed miratus merito rem gerenti in Asia procerioris arboris habendæ causa mittendum in Africam fuisse. Quæ et Gifanii conjecturæ obstat ratio. Salmasius primum *ad magistrum architectonem Eleatensium*, sive *Elaitensium*, sive *Elatensium*. ab Elæa, 'Ελαία, cujus ἐθνικὸν 'Ελαΐτης. Deinde quia in scripto Regio invenit, *ad mag*. G. *more atheniensium*, ut et postea, *tum mag*. G. *comperto*, decernit scribendum, *ad magistratum Elæatensium*, et, *tum magistratus comperto*. Sed τοὺς 'Ελαΐτας, Latine dici Eleatenses, Elæatenses, Elaitenses, Elatenses, cui probabo? Φωκαία certe, Φωκαΐτης, Φωκαιεὺς, Latine redduntur Phocæa, Phocæensis, Phocaicus; a Περαίᾳ, Περαΐτης Josepho Latinus est Peræates: non Phocaitensis aut Peraitensis. Hoc igitur oppidum (et loco, ubi res gereba-

NOTÆ

Cicerone puero florebat.

[c] *Leucas*] Leucæ in Ionia, teste Strabone, inter Smyrnam et Phocæam. Pomponio dicitur Leuca.

[d] *Arietem*] Aries, machina bellica, est trabs prægrandis, quæ ferro in formam arietis præfixa est. Suspenditur ex altissima trabe firmissimis utrimque tignis suffulta, tum magna vi libratus aries et impulsus muros labefactat et evertit.

[e] *Elatensium* [*Elæatensium*] Ita legendum censent nonnulli, cum in antiquis codicibus habeatur *Molatensium*. Est autem Elæa urbs Æolidis in Asia Minore.

rumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidisset, uter major esset eum mittendum curaret. Tum magister architecton, comperto quamobrem malum desideraret, non, uti jussus erat, majorem, sed, quem esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti, faciliorem que portatu existimabat, minorem misit. Crassus eum vocari jussit; et cum interrogasset, cur non, quem jusserat, misisset, caussis rationibusque quas dictitabat spretis, vestimenta detrahi imperavit; virgisque multum cecidit, corrumpi atque dissolvi officium omne imperantis ratus,[n] si quis ad id,

[n] *Arbitratus minui et labefactari auctoritatem jubentis.*

tur, propinquum erat) si accipimus, legendum, *ad magistratum Elæensium.* Nam et Rott. Schefferi et Lincoln. *ad mag. G. mole* (aut *more*) *atheniensium:* tum, *ma. g. G. comperto.* Quæ nota his membranis perpetua est, quoties Græcam vocem, quam formare non poterat, omisit, et ex alio codice supplendam significavit fidus librarius: ut minus mirer id etiam alicubi factum in Regio, et factum alicubi, ubi fieri non debebat. Excerpta e Fulvii Ursini codice, *mole athenisium.* Sed post omnia diligenter considerata incertior sum quam dudum. Nec desunt conjecturæ, sed nulla est, cui confidere possim.' *J. F. Gronov.* 'Oportet tamen ubi et multi codices adsunt, iique præclari et fere concordes, fateri vestigia veræ lectionis ante oculos nostros esse; et nisi tantis auxiliis instructi enitamur per ardua viarum, deserimus temere nos ipsos, et antiquitati, quæ tantum nos adjuvit, vicem immerito negamus. Jam vero apud Carrionem uterque Puteani, et apud eundem alii in vetere codice, item liber Regius cum Schefferino facile prægravant alios, quoscumque nominari audimus. Ad horum scripturam *more Atheniensium* proxime accedit, (et id debet esse,) nihilque accedit propius quam *Marathesiensium.* Non dubito igitur quenquam negaturum in literis *mole,* quod proprie fuit in Rottendorfii membrana, vel *more atheniensium* prorsus latere *Marathesiensium.* Est vero et mirum et notabile, cur Gellius vocem ἀρχιτέκτονα maluerit Græce proferre, quam certe ejus manum ostentant tot præstantissima librorum veterum documenta, aliquid Græcum interpositum testantia, (quantumcunque Salmasius suum *nec dubium* urgeat,) cum et ex Plauto aliisque notus sit Latinus architecton, et fragmentum Varronis referat Nonius Marcellus, 'Harum ædium summa atria confutabant architectones.'' *Jac. Gronovius.* '*Elatensium.* Alii *Molatensium* ediderunt juxta scripturam veterum codicum: nam in anterioribus legebatur excusis, *ad magistrum ἀρχιτέκτονα molis Atheniensium:* nondum tamen locus recte habet: qui enim illi 'Moleatæ' in Asia? Μωλυάται Libyci nihil, opinor, huc faciunt. Scribendum aio: *ad magistrum architectonem Eleatensium.* Ἐλαία urbs Asiæ Æolica: τὸ ἐθνικὸν Ἐλαΐτης. unde Ἐλαϊτικὸς κόλπος. Legendum ergo esset: *Elaitensium:* non dubium est quin de his intelligat. Scribebam etiam aliquando, *Elatensium,* τῶν Ἐλατεῶν. Ἐλατεῖς ab Elatea, quæ urbs maxima Phocidis: sed prius verissimum. Nec dubium quin scripserit *magistrum architectonem.* Cur enim Græca voce uteretur ubi Latina in usu, 'architecton' et 'architectus?' ideo legendum etiam paulo post: *tum Magister architecton comperto quamobrem malum desideraret.* Male est: *Magister ἀρχιτέκτων.*' *Salm.* Ascripsit Sciopp. *mole attenisium.*

quod facere jussus est, non obsequio debito, sed consilio non desiderato respondeat.

CAP. XIV.

Quid dixerit feceritque C. Fabricius[a] magna vir gloria magnisque rebus gestis, sed familiæ pecuniæque inops; cum ei Samnites[b] tanquam indigenti grave aurum donarent.

JULIUS HYGINUS,[c 16] in libro de vita rebusque illustrium virorum sexto, legatos[d] dicit a Samnitibus ad C. Fabricium Imperatorem[e] populi Romani venisse, et memoratis multis magnisque rebus, quæ bene ac benivole post redditam pacem Samnitibus fecisset, obtulisse dono grandem pecuniam, orasseque uti acciperet utereturque: atque id facere Samnites dixisse, quod viderent multa ad splendorem domus atque victus defieri;[a] neque pro magnitudine dignitateque lautum paratum esse:[b 17] tum Fabricium planas

[a] *Deesse.* [b] *Splendidum et ornatum esse.*

16 'A plerisque *Higinus;* ab aliis *Higenus.* At ab optimis libris calamo exaratis *Higinius.*' Carrio.—17 'Fulv. Reg. Rottend. *pro amplitudine,* ut et quædam apud Carrionem membranæ. Porro non paulo elegantius idem se

NOTÆ

[a] *C. Fabricius*] C. Fabricii virtus potissimum enituit in bello Samnitico, quod gestum est anno post Urbem conditam CCCCL. ante Christum CCCIV. Eum Pyrrhus admirans aliquando dixit: ille est Fabricius qui difficilius ab honestate, quam Sol a cursu suo averti potest. *Eutrop.*

[b] *Samnites*] Samnium est Italiæ regio, quæ dicitur hodie *Abruzzo,* in Regno Neapolitano.

[c] *Julius Hyginus*] 'C. Julius Hyginus Augusti libertus, natione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, et a Cæsare Romam advectum capta Alexandria .... quem propter antiquitatis notitiam Polyhistorem multi, quidam Historiam vocabant.' Ita Suetonius lib. de Illustribus Grammaticis. C. Julius vocatus est quod C. Julii Cæsaris cliens esset.

[d] *Legatos*] Legati sunt qui principum mandata perferunt, inde videntur nomen desumsisse, quod solerent mandata legere.

[e] *Imperatorem*] Ante Augusti tempora dicti sunt imperatores, qui rei militari præessent; postea ita sunt appellati qui totam Rempub. summa et perpetua auctoritate administrarunt.

manus ab auribus ad oculos, et infra deinceps ad nares, et ad os et ad gulam, atque inde porro ad ventrem imum deduxisse; et legatis ita respondisse; dum illis omnibus membris, quæ attigisset, obsistere atque imperare posset, nunquam quicquam defuturum: propterea se pecuniam, qua nihil sibi esset usus,[c] ab iis, quibus eam sciret usui esse, non accipere.

[c] *Qua sibi non erat opus.*

reddidisse sic putat pro eo, quod erat *lautum paratumque*, ex Buslidiano, quemadmodum *pransum paratum* dixerunt. Admitto scripturam, cui favent et nostri codices: sed *paratum* accipio intransitive, pro apparatu, quemadmodum sæpe apud Tacitum.' *J. F. Gronov.* *Amplitudine* ascripsit Sciopp.

CAP. XV.

Quam importunum vitium plenumque odii[18] *sit futilis inanisque loquacitas, et quam multis in locis a principibus utriusque linguæ viris detestatione justa culpata sit.*

Qui sunt leves et futiles et importuni locutores,[19] quique nullo rerum pondere innixi verbis humidis[20] et lapsantibus diffluunt;[a] eorum orationem bene existimatum est in ore nasci, non in pectore: linguam autem debere aiunt non esse liberam nec vagam, sed vinculis de pectore imo[1] ac de

[a] *Inanium verborum sonitu obstrepunt.*

18 'In superius editis τὰ *plenumque odii* adhæserant lemmati sectionis præcedentis. Recte huc transtulit Carrio: et tamen ei commodiorem locum assignat Regius, in quo, *Quam importunum vitium plenumque odii sit.*' J. F. Gronov.—19 'Quædam membranæ, *locutiores.*' Carrio. 'At in Regiis erat *locuturos.*' Jac. Gronov.—20 Reg. *ubidis*, unde Salmas. *uvidis*. Rot. tamen *umidis*. '*Verbis humidis et lapsantibus diffluunt*. Alii leg. *uvidis*. Mihi quondam in mentem venire memini, *tumidis*, i. e. vanis; sicuti 'tumidum et vanum' conjungit Tacitus Histor. II. 30. 4. sed nihil muto, propter Græcum illud Theophrasti Charact. cap. VIII. de homine loquaci ὡς ἐν ὑγρῷ ἐστὶν ἡ γλῶττα, 'lingua est tanquam in udo.'' *Falster.*—1 'Sapienter concludit Carrio rectam esse vulgatam scripturam, cum liber calamo exaratus apud eum haberet *pectore uno*, in unis vero Puteani membranis *de pecto vivo.*' Jac. Gron. 'Olim hæc sic legebantur: *linguam debere, aiunt, non esse liberam, sed vinculis de pectore imo ac de corde apertis moveri*. Emendavit postea Fruterius lib. I.

corde aptis [2] moveri et quasi gubernari. Sed enim videas quosdam sic scatere [3] verbis [b] sine ullo judicii negotio cum securitate multa et profunda, ut loquentes plerumque videantur loqui sese nescire. 2. Ulyssem [a] contra Homerus, virum sapienti facundia præditum, vocem mittere ait non ex ore sed ex pectore; quod scilicet non ad sonum magis [4] habitumque vocis, quam ad sententiarum penitus [5] conceptarum altitudinem pertineret: [c] petulantiæque verborum coërcendæ vallum esse oppositum dentium luculente dixit, [d] ut loquendi temeritas non cordis tantum custodia atque vigilia cohibeatur, sed et [6] quibusdam quasi excubiis in ore positis sepiatur. Homerica, de quibus supra dixi, hæc sunt:

[b] *Tot sermones effundere.*

[c] *Nempe quod non tantum attenderet ad rectam pronunciationem verborum, quantum ad gravitatem sententiarum quas ex animo expromebat.*

[d] *Et dixit egregie flumini verborum sistendo aggerem dentium esse oppositum.*

Verisim. cap. 9. hoc modo: *vinculis de pectore imo ac corde aptis moveri.* Qua emendatione nihil est certius, ne ea quidem, quæ apud Sagram, ut cum Strabone loquamur: 'vinculis aptis,' hoc est, 'aptatis' et 'alligatis.' *Carolus.*—2 '*De corde apertis.* Ita omnes editiones, pessime. Vetus impressus et una Puteani membranæ *de corde aptis.* Hinc illæ lacrymæ. Neque enim dubium est, quin ex eo *apertis* librarii fecerint. Quidam Ms. *aptissimis moveri.* Rectum erat *aptis,* quod in meliore Puteani libro est. Dicebant veteres frequenter 'aptus ex hac re,' pro, connexus et dependens.' *Carrio.* '*Aptis.* Vulgo *apertis.* Nullo sensu. Fruterius Veris. lib. I. cap. 19. recte legit *aptis.* Idemque testatur in veteri Ms. et satis emendato, corrupte ita legi, *ac de corde aptissimo vehi.* Hinc legendum, *aptis moveri,* satis liquet: nam geminata syllaba crebro librariorum vitio, et *movehi* pro *moveri* positum.' *Thysius.*—3 '*Quosdam sic scatere.* Particula media abest ab codice Regio. Sed neque apparuit in Rottendorf.' *Jac. Gronov.* 'Errore puto librariorum, qui eam particulam ob similitudinem primæ syllabæ insequentis verbi *scatere* omiserunt.' *Otho.*—4 '*Quo scilicet non ad sonum magis, &c. pertineret.* Si quid auctor voluerit, video, scribendum est: *quod scilicet non ad sonum magis habitumque vocis quam ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertinet.*' J. F. Gron. —5 '*Ad sententiarum penitus.* Omnes vulgati, *quam ex sententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret,* quod pro Latino non habeo. Quidam Puteani, *ex sententiarum penitus conceptarum altitudinem:* ab altero abest *ex.* Buslidianus aperte, *quam ad sententiarum penitus conceptarum altitudinem pertineret.* Manifesto verum. 'Pertinere' pro 'pertingere' Antiquis usitatissimum.' *Carrio.*—6 Ascripsit Sciopp. *sed etiam.*—7 'Schefferinus: ἐκ στήθεος et ποιὸν

NOTÆ

[a] *Ulyssem*] Famosus hic fuit Græcorum heros, filius Laërtæ, Ithaca oriundus. Ejus dolis potius quam Græcorum armis expugnata est Troja. Variis in reditu perfunctus periculis, quæ in Odyssea fuse refert Homerus, incolumis ad sua reversus est anno ante Christum CIϽCLXXXIII.

Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος[7] ἵει.
Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;[e]

M. Tullii quoque verba posui, quibus stultam et inanem dicendi copiam graviter et vere detestatus est. 3. 'Dummodo,' inquit, 'hoc constet, neque infantiam ejus qui rem norit, sed eam explicare dicendo non queat, neque inscientiam illius[8] cui res non suppetat, verba non desint, esse laudandam:[f][9] quorum si alterum[g] sit optandum, malim equidem indisertam[h] prudentiam, quam stultam loquacitatem.' Item in libro de Oratore primo verba hæc posuit: 'Quid enim est tam furiosum, quam verborum vel optimorum atque ornatissimorum sonitus inanis, nulla subjecta sententia[i] nec scientia?'[10] Cum primis autem M. Cato[b] atrocissimus hujuscemodi vitii insectator est. Namque in oratione quæ inscripta est SI. SE. CŒLIUS. TRIB. PLEB. APPELLASSET. 'Nunquam,' inquit, 'tacet, quem morbus

[e] *Sed quando sane vocem magnam ex pectore misit. Fili mi, quale tibi verbum effugit septum dentium?*

[f] *Modo, inquit, id certum sit neque inopiam ejus qui rem intelligat, verum eam non possit verbis exprimere: neque ignorantiam illius, qui rem non noverit, et verbis abundet, debere extolli.*

[g] *Alterutrum.* [h] *Infacundam.* [i] *Nulla innixus sententia.*

σε. Regius, ἐκ στήθεος IHETEMON ποῖον σε. Ut videatur fuisse: ἐκ στήθεος ἵει. *Et*, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων. Est enim prior ex Iliade, posterior ex Odyssea versus. Itaque debuerunt copula ista separari. De secundo autem sufficit hemistichion, quod posuimus.' *J. F. Gronov.* 'Non assecutus fuit pater manum meam, quæ notavit in codice Regio legi ΣΤΗΘΕΟΣ ειη ΕΤ ΠΟΙΟΝ, ut omnino clare probetur sententia paterna. Salmasius et Lambecius in sua collatione id prætermiserant.' *Jac. Gronov.*—8 '*Neque inscitiam illius.* Et Regius et Rottend. *inscientiam*: quemadmodum et in emendatioribus Ciceronis ipsius exemplaribus jam habetur lib. III. de Oratore cap. 35. unde hic locus depromtus est. Idem vocabulum Cæsari et Livio restituimus. Frustra igitur hic in Lambinum impetum facit Carrio.' *J. F. Gronov.* 'At *inscitiam* præfero tamen, quod vocabulum teste Festo etiam stultitiam significat, quæ vis huic loco admodum apta est.' *Otho.* *Inscitiam* dat Delph. Ita et Lugd. Bat.—9 '*Non desint esse laudanda.* Sic irrepsit, opinor, in Stephanicam, et omnes sunt postea secuti. At scripti et editi alii, ut et apud Ciceronem est, *laudandam*.' Otho. *Laudanda* Lugd. Bat. Delph.—10 '*Nec scientia.* Buslidianus *vel scientia*; et pro *hujusmodi vitii* in membranis *hujuscemodi*, in aliis *hujusce*; item pro *insectator est*, membranæ quædam *insector est*.' Carrio. 'Sane in Regio etiam *hujusce vitii*, idque sufficit: pro primo habet

NOTÆ

[b] *M. Cato*] Jam monuimus consulendum esse lib. XIII. cap. 19.

tenet loquendi, tanquam veternosum[c] bibendi atque dormiendi.[k] Quod si non conveniatis,[11] cum convocari jubet; ita est cupidus orationis, ut conducat, qui auscultet:[l] itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam:[m] nam ejus verba audiuntur; verum ei se nemo committit, si æger est.'[12] 4. Idem Cato in eadem oratione eidem M. Cœlio Trib. pleb.[13] vilitatem opprobrans[14] non loquendi tantum, verum etiam tacendi,[n] 'Frusto,' inquit, 'panis conduci potest, vel uti taceat, vel uti loquatur.' Neque non merito Homerus unum ex omnibus Thersiten,[d] ἀμετροεπῆ,

[k] *Quemadmodum hydropicum et lethargicum tenet bibendi et dormiendi perpetua cupiditas.* [l] *Tam vehementer desiderat loqui, ut pretio redimat auditores.*
[m] *Non ipsi creditis sicut nec pharmacopolæ.*
[n] *Ipsi objiciens suam indignitatem non solum in dicendo, sed et in silendo.*

---

ne scientia.' Jac. Gronov. *Hujusce vitii* ascripsit Sciopp.—11 '*Quod si non conveniat.* Manifesta scripturæ vulgaris est sententia. Et tamen nescio quid turbant hic membranæ. Liber Buslidianus *quorum non conveniatis cum vocari debeat.* Quidam Puteani *si non conveniat cum convocari jubeat*; alter, *quod si non conveniatur, tamen convocari jubet.* Illud *tamen*, pro eo quod vulgo est *tum*, rectum est, et in antiq. extat edd. tum, tn̄, tm̄ iisdem fere notis designabantur.' *Carrio.* 'Velim ego h. l. ex vestigiis Ms. R. ita emendari, nec dubito quin verissime: *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet, ita est cupidus orationis, ut conducat, qui auscultent.* Et paulo post pro *si æger est* lege, *nisi æger est.*' Lambecius. 'Rottend. *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet ita cupidus orationis*) *conducat qui auscultet*: quemadmodum et Regius: nam in eo quoque *τὸ est* et *τὸ ut* desiderantur: quæ tamen necessaria videntur, ut constet oratio. Nisi malis: *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet,* (*ita cupidus orationis est*) *conducit, qui auscultet.* Nam illa supervacua litera *D* prorsus sic formata est, ut ex nota *τοῦ est* nata videatur.' *J. F. Gronov.* 'Recte quod istæ inanes interpositiones tandem rursus expellantur. Sed series tamen orationis recte processerit, si prorsus ex Mstis legas: *Quod si non conveniatis, cum convocari jubet; ita cupidus orationis conducat, qui auscultet.* q. d. Ita tum præ cupidine loquendi vel conduxerit et pecunia promissa aut data arcessere sustineat.' *Jac. Gronov.* '*Conveniatis cum convocari*' ascripsit Sciopp. *Conveniant tamen* Delph.—12 '*Verum ei se nemo committit, si æger est.* Claudicabit comparatio, si hoc mutabimus.' *J. F. Gronov.*—13 '*Cælio Trib. pl.* In Regia membrana integre scriptum est *tribuno plebi*, quod et ipsum sic notavi in Lincolniensi libro, ut scias quomodo Gellius scripserit et pronuntiaverit.'

NOTÆ

[c] *Veternosum*] Veternosus is est qui lethargo laborat: Veternus enim morbus est, qui occupato frigidis humoribus cerebro dormiendi necessitatem inducit; idem Cato hydropicum appellat veternosum.

[d] *Thersiten*] Thersites deformitate apud Græcos insignis, quem Achilles insolenter convitiantem ictu pugni occidit. Homerus.

ἀκριτόμυθον[o] appellat: modo verba illius[15] multa, et ἄκοσμα,[p] strepentium sine modo graculorum similia esse dicit. Quid enim est aliud ἀμετροεπὴς[16] ἐκολῴα?[q] Eupolidis[e] quoque versus de id genus hominibus consignatissime[r] factus est, λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν;[s] quod Sallustius[f] noster imitari volens, 'loquax,'[17] inquit, 'magis, quam facundus.' 5. Quapropter Hesiodus[g] poëtarum prudentissimus, linguam non vulgandam,[t] sed recondendam esse dicit, proinde ut thesaurum; ejusque esse in promendo[u] gratiam plurimam, si modesta et parca et modulata sit:[x 18]

[o] *Immoderatum in loquendo, temerarium in sermone.* [p] *Inornata.* [q] *Immoderatus in loquendo tumultuabatur.* [r] *Aptissime.* [s] *Garrire optimus, maxime impos dicere.* [t] *Communicandam.* [u] *Cum solvitur.* [x] *Et moderata sit.*



Jac. Gronov.—14 'Sic alter Puteani et vetustissime editi libri, quod retinui.' *Carrio.*—15 ''Αμετροεπῆ, ἀκριτόμυθον *appellat: modo verba illius.* Schefferinus, *appellabat verba:* sine *τῷ modo,* quod vel Carrio vel Stephanus addiderunt, insuave, cum sequatur, *sine modo.* Reg. ἀμετροεπῆ *et* ἀκριτόμυθον *appellabat, verbaque illius multa et* ἄκοσμα.' *J. F. Gronov.* 'Sed et in eo legitur *Thersitam,* quod habetur etiam in Schefferino. Sed neque in codice Regio mox legas ἀμετροεπὴς ἐκολῴα, ita ut illud adjectivum Gellius duxerit repeti debuisse: sed id plane ibi omittitur, et omnino recte, cum satis sit semel posuisse, et nunc solius verbi ἐκολῴα annectitur interpretatio.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. ἀμετροεπῆ *et,* .... *verbaque.*—16 Idem ascripsit 'ἀμετροεπὴς abest.'—17 '*Volens,* '*loquax,*' *inquit.* Uterque Puteani *volens adscribit* '*loq.*' Carrio. Idem verbum ut mihi in Regio etiam apparuit, sic ab Salmasio et fratre fuit notatum; sicut ipse in Lincolniensi etiam notavi, ut videatur dedisse Gellius: *Sallustius noster imitari volens ascripsit: loquax immo magis, quam facundus.* Neque enim istud verbum sic meruit abigi et sperni.' *Jac. Gronov.* Ascripsit et Sciopp. '*volens ascribit loquax.*'—18 '*Et modulata sit.* Vehementer me commovit Cl. Grævius, cum vidi ab eo ad Hesiodi versum 719..ita considerari hunc locum, ut colligat aut Gellium non intellexisse, quid esset κατὰ μέτρον ἰοῦσα, quod non sit modulata, sed modum tenens, quæ coërcet et reprimit effrænem loquacitatem, aut forsan scripsisse *et parca et moderata sit.* Certe enim utrumque multum et grave est. Atque ego nescio, an non ex tali nota

NOTÆ

[e] *Eupolidis*] Eupolis Atheniensis, poëta comicus, jam tum ab anno ætatis XVII. florere cœpit. In Hellesponto summersus est tempore belli Peloponnesiaci ante Christum anno circiter CCCCXL.

[f] *Sallustius*] Crispus Sallustius historicus, de quo vere dixit Martialis: 'Crispus Romanâ primus in historia.' Natus est anno U. C. DCLXIX. ante Christi ortum LXXXIV.

[g] *Hesiodus*] Hesiodus, poëta antiquissimus ex Ascra vico Bœotiæ, ætate Homeri paulo fuit inferior, vel etiam, ut aliqui contendunt, æqualis. Itaque natus est annis ante Christum circiter CIϽXVI. De hujus ætate alibi Gellius.

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς· πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.[y]

Epicharmium[z A] quoque illud non inscite se habet,

Οὐ λέγειν δεινὸς,[19] ἀλλὰ σιγᾷν ἀδύνατος.[a]

Ex quo hoc profecto sumtum est;

'Qui cum loqui non posset, tacere non potuit.'

6. Favorinum ego audivi dicere versus istos Euripidi,[i 20]

Ἀχαλίνων στομάτων,[1]
Ἀνόμου τε ἀφροσύνας,
Τὸ τέλος δυστυχία,[b]

non de iis tantum factos accipi debere, qui impia aut illi-

[y] *Linguæ certe thesaurus inter homines optimus Parce loquentis: multa vero gratia ad mensuram mittentis voces.*

[z] *Epicharmi.* [a] *Non ad dicendum aptus, sed ad tacendum impos.*

[b] *Effrænatorum orium Et exlegis insipientiæ Finis infelicitas.*

hauserit Prousteus interpretationem, scilicet magni momenti, *et moderata sit*. Neutrum certe in ista nota pro sano admittendum. Nam utique in loquendo et voce promenda *modulari* habet vim et originem ab eo, quod modus illi imponitur actioni, et cum hic modus non sit affatim determinatus in eo solo verbo, quippe quod ad aliam quoque notionem transfertur, hinc Gellius curate et ampliter id facit per adjunctas voces *parca et modesta*. Itaque cum sic satisfiat defensioni Gellianæ; tum apparet id ab viro docto ejectum non considerante usum et stylum Gellii in usurpando isto verbo, quem Auctor jam ostendit supra in capite primo, 'in reperienda modulandaque status longitudinisque præstantia.' *Jac. Gronov.*—19 '*Οὐ λέγειν δεινὸς.* Regius: *Οὐ λέγειν τύγ' ἐσσὶ δεινὸς, ἀλλὰ σιγᾷν ἀδύνατος.* Quod eo magis placet, quia et metro et phrasi simile est Epicharmio alii, quod extat apud Plutarchum: *Οὐ φιλάνθρωπος τύγ' ἔχεις νόσον· χαίρεις διδούς.* Alludit Schefferinus, qui *Οὐ λέγειν στυγέεσι δεινός.*' *J. F. Gronov.* 'Literæ sic in Regio conceptæ erant, ΟΥΛΕΓΕΙΗCΤΥΓΕΕCCΙΔΕΙ- etc. Unde colligebam tunc *οὐ λέγειν ἐστ'* (pro *ἐσθ'*) *ὑγιές τι δεινός.* Mox edidi *potuit* ex Mss. pro *poterat*.' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. 'v. c. *λέγειν στυγέεσσι.* al. *στηθέεσσιν.*'—20 'Ita omnes meliores membranæ, non tantum hoc in nomine sed in aliis etiam omnibus similibus, de qua re et in Sallustio dixi et hic posterius dicam.' *Carrio.*—1 'Ita sane citat et Stobæus serm. 44. et vox Gelliana *infrenis* cum tot exemplis, quæ ex aliis sequuntur, probat, recte dictum. In Regio tamen extat αΔαΔεινωC. Tan-

NOTÆ

[A] *Epicharmium*] Epicharmus poëta fuit comicus Siculus et Pythagoræ auditor. Claruit Olympiade LXXXIV. ante Christum anno circiter CCCCXLIV.

[i] *Euripidi*] Poëta Græcus Euripides tragœdiis celeberrimus, æqualis et æmulus Sophoclis poëtæ pariter tragici. Mortem utriusque in annum tertium Olympiadis XCII. ante Christum CCCCIX. refert Diodorus Siculus. Quanquam nonnulli, teste Suida, Sophoclem Euripidi sexennio superstitem fuisse tradidere.

cita dicerent; sed vel maxime de hominibus quoque posse dici stulta et immodica blaterantibus;[c] quorum lingua tam prodiga infrænisque sit, ut fluat semper et æstuet colluvione verborum teterrima:[d] quod genus homines a Græcis significantissimo vocabulo κατάγλωσσοι appellantur.[e][2] 7. Valerium Probum Grammaticum illustrem, ex familiari ejus docto viro comperi, Sallustianum illud, 'Satis eloquentiæ, sapientiæ parum,' brevi antequam vita decederet, sic legere cœpisse, et sic a Sallustio relictum affirmasse; 'Satis loquentiæ, sapientiæ parum,' quod 'loquentia' novatori verborum Sallustio maxime congrueret; 'eloquentia' cum insipientia minime conveniret. 8. Hujuscemodi autem loquacitatem verborumque turbam magnitudine inani vastam[f] facetissimus poëta Aristophanes[h] insignibus vocabulis denotavit in his versibus:

> Ἄνθρωπον ἀγριοποιὸν,[3] αὐθαδόστομον,
> Ἔχοντ' ἀχάλινον, ἀκρατὲς, ἀπύλωτον στόμα,
> Ἀπεριλάλητον, κομποφακελοῤῥήμονα.[g][4]

[c] *Temere loquentibus.* [d] *Agitetur ineptissimo verborum concursu.*
[e] *Audivi vocatos esse loquaces.* [f] *Tumentem.*
[g] *Hominem agrestem, ore contumaci, Habentem effrænatum, impotens, sine porta Os, blateronem, inanibus verbis obstrepentem.*

quam vellet 'Ἀλλ' ἀδέσμων στομάτων.' *Jac. Gronov.*—2 '*Significantissimo vocabulo λάλους appellatos.* Fulv. *vocabulo κατάγλωσσοι appellatatur.* Regius, *vocabulo κατάγλωσσοι appellantur.* Forte, *ἀθυρόγλωσσοι appellitantur.*' J. F. Gronov. 'Sed Græcum illud, quod in Fulviano ac Regio servatur, omni favore excipi meretur, nec mutari debet.' *Jac. Gronov.* Ad *λάλους appellatos* ascripsit Sciopp. '*κατάγλωσσοι appellantur.*'—3 '᾿Αγριωπὸν. Ita omnes editiones. Sed legendum est ἀγριοποιὸν, ut in Aristophane legitur. Sic enim scholiastes explicat ἀγρίους εἰσάγοντα καὶ ὠμοὺς τοὺς ἥρωας.' *Carrio.* 'Clare in Regio erat ἀγριωποιόν.' *Jac. Gronov.* 'ἀγριοποιὸν non ἀγροιοποιόν.' *Sciopp.* 'Antiquissima Veneta legit, ἀγριωπὸν, id est, agresti ferocia præditum.' *Thysius.*—4 'In Ms. Regio est καλπόφακελ. quasi innueret urnas fascesque verborum afferentem.' *Jac.*

NOTÆ

[h] *Aristophanes*] Hunc alii Rhodium, alii Æginetam dicunt, quidam etiam Ægyptium. Fuit certe, auctore Tullio, 'facetissimus poëta veteris comœdiæ' Græcæ: inimicitias exercuit cum Socrate, cujus personam in comœdiis affatim deridendam multitudini præbet. Celebris extitit, ut testatur Eusebius, anno IV. Olymp. LXXXV. annis ante Christum CCCCXXXVII.

Neque minus insigniter veteres quoque nostri hoc genus homines in verba projectos,[5] locutuleios,[h] et blaterones, et lingulacas[6] dixerunt.

[h] *Effundentes verba inconsiderate.*

Gronov.—5 'Editio vulgaris *provectos*, non *projectos* exhibet. Ratione conjecturam illam confirmare facile, nunc veterum exemplarium testimonio confirmabo. Dicunt Latini, 'Projectus ad eam rem,' (et quidem in malam partem,) non 'provectus:' ut Tacitus: 'Gens ad libidinem projectissima.' Cicero non solum 'projectos ad audendum' dixit, sed etiam 'projecta audacia' et 'projecta cupiditas.'' *H. Steph.*—6 '*Et linguaces.* Hæc vox an Latina sit, nescio. Certe vix reperiri apud meliores scriptores existimo. Optimæ et nunquam satis laudatæ membranæ *lingulacas.*' Carrio. 'Nihil derogo optimis membranis illis, quas deprædicat ad caput XVII. Interim sæpius ita singulares potuerat citare. Quicquid sit, in codice Regio plane extat *linguaces*, quam vocem opinor ab Carrione similiter fuisse conspectam in pluribus membranis, quæ bonitate non cederent illis, quas nunc vocavit optimas. Nec dubitabis Latinam vocem esse, si adhibueris delicias Veterum in hac terminatione, quas pro parte collegit Nic. Heinsius, ut indicavi ad Ammianum Marcellinum XXXI. 10.' *Jac. Gronov.* 'Vulgo, *linguaces*. De quo vocabulo dubitari non potest, cum Festus scribat 'Lingulacam esse genus piscis, esse item mulierem argutatricem.' Ita enim recte legit Canterus lib. IV. cap. 28. pro auguratrix, vel garrulatrix.' Nonius, 'Lingulacæ locutuletæ, a procacitate linguæ.' Aptissimam autem suæ expositioni vocem invenit Festus, cum argutatricem dixit. Ita enim Propertius, 'Illa nisi totis argutat noctibus ignes.' *H. Steph.*

CAP. XVI.

Quod verba isthæc[7] *Quadrigarii ex Annali tertio,* ibi mille hominum occiditur, *non licentia, neque de poëtarum figura,*[8] *sed ratione certa et proba grammaticæ disciplinæ dicta sunt.*

QUADRIGARIUS in tertio Annalium ita scripsit: 'Ibi occiditur mille hominum.' 'Occiditur,' inquit, non, 'occiduntur.' Item Lucilius[9] in tertio Satirarum:

7 Regius *ista hæc*. Ut et lib. I. 23. 'postulatio ista hæc.' *J. F. Gronov.*—8 '*Non licentia neque de poëtarum figura.* An ita scriptum esse ab Gellio significet ac testetur fides codicis Regii, quo nullus melior, sæpe dubito. Scribitur ibi *licent* apposita nota apostrophi, qui, si meum id arbitrium est, explanari debet licenter.' *Jac. Gronov.*—9 Ita legendum monet Thys. non ut

'Ad portam mille, a porta est sex inde Salernum.'[a][10] 'mille,' inquit, 'est,' non, 'mille sunt.' Varro[b] in octavodecimo Humanarum:[11] 'Ad Romuli initium plus mille[c] et centum annorum est.' M. Cato in I. Originum: 'Inde

[a] *Ex eo loco mille passuum est ad portam, et inde a porta est sexies mille passuum usque Salernum.*

vulgo *Lucillius.*—10 'Carrio ex vetustissimis quibusdam editionibus legit *Ad portum mille a porta est, sex inde Salernum,* et hinc colligit fragmenta versuum, qui videntur pertinuisse ad iter quoddam Lucilii describendum, donec ad Setinum accesserint finem: quæ si continuata sic fuerunt, ita processit iter, quasi ex Lucania profectus fuerit versus Latium. Quod uti nec affirmari a nobis nec negari potest, ita certe notare spatia inter portam et portum in tanto itinere nimis exiguum est. Unde mihi ex vera itineris describendi ratione videtur ex priscis editionibus scripsisse *Ad Portum mille a Pæsto est, sex inde Salernum.* Portum intellige Alburnum, quem itineraria dicunt propinquiorem esse Pæsto, et longinquiorem a Salerno, ita ut qui a Pæsto Salernum petebant, aut ipsum Portum Alburnum transire deberent, aut propter illum.' *Jac. Gronov.* '*Sex inde Salernum.* Ita et Macrobius. Vetus editio, *exinde,* quam Turnebus sequitur. In antiquissima Veneta legitur: *Ad portum mille est a porta: exinde Salernum.* Forte legendum, *Ad portam mille est a portu, exinde Salernum,* ita ut Salernitanus portus intelligatur.' *Thysius.* 'Versus sic legendus est: *Ad portam mille, a porta est exinde Salernum.* Ubi Henr. Steph. nescio qua bona fide, legit *sex inde Sal.*' Carolus.—11 '*Varro in* XVIII.. Libri meliores *octavo decimo.* Quomodo Veteres dixisse in Censorino, Macrobio, et supra monuimus. Illud tamen observandum, Macrobium, si optimas illius membranas et editiones sequamur, hæc *septimo decimo Humanarum* libro dare. *Humanarum* dico: nam *rerum* abest ab omnibus libris Gellii et Macrobii calamo exaratis.' *Carrio.* '*Varro in* XVIII. *humanarum. Octavodecimo* meliores apud Carrionem libri, qui tamen etiam notat Macrobium, si optimas illius membranas et editiones sequamur, hæc *septimodecimo humanarum* attribuere. At sic prorsus et perspicue Rot. Reginsque: XVII. *humanarum.*' J. F. Gronov. 'In antiquis edd. *Rerum humanarum:* atque ita

NOTÆ

[a] *Salernum*] Urbs Italiæ in Campania, quæ hodie pars est regni Neapolitani.

[b] *Varro*] M. Terentius Varro Senator Romanorum omnium doctissimus, qui, ut refert Tullius lib. I. Academ. Quæst. ætatem patriæ, descriptiones temporum, domesticam bellicamque disciplinam, sedem regionum et locorum, omnium divinarum, humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuit: 'Tam multa legit,' inquit Terentianus apud S. August. lib. VI. de Civit. cap. II. 'ut aliquid ei scribere vacasse miremur; tam multa scripsit, quam vix quenquam legere potuisse credamus.' Obiit prope nonagenarius Olymp. CLXXXVIII. anno I. ante Christum XXVIII.

[c] *Ad Romuli initium plus mille*] Ab orbe condito scilicet ad Romulum sunt plus mille anni: immo a peritissimis Chronologis tres mille ducenti et amplius recensentur; nam ab ætate Varronis ad Romulum sunt tantum DCC.

est ferme mille passuum.' M. Cicero in sexta in Antonium:[b][d] 'Itane Janus medius[e] in L. Antonii clientela est? quis unquam in illo Jano inventus est, qui L. Antonio mille nummum[f] ferret expensum?'[c][g] In his atque multis aliis,[12] 'mille,' numero singulari dictum est. 2. Neque hoc, ut quidam putant, vetustati concessum est, aut per figurarum concinnitatem admissum est: sed sic videtur ratio poscere. 'Mille' enim non pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, sed quod χιλιάς: et sicuti una χιλιάς et duæ χιλιάδες; ita 'unum mille' et 'duo millia' certa atque directa ratione dicitur. Quamobrem id quoque recte et probabiliter dici solitum, 'mille denarium in arca est,' et 'mille equitum in exercitu est.' 3. Lucilius autem, præter quod supra posui, alio quoque in loco id manifestius demonstrat. Nam in libro quintodecimo ita dicit:

'Hunc milli passum qui vicerit atque duobus,
Campanus[h] sonipes subcussor nullus[13] sequetur

[b] *In sexta Philippica in Antonium.*
[c] *Qui vellet commodare mille sestertios L. Antonio.*

indigitat Cicero.' *Thys.*—12 Reg. et Rott. *In his atque in multis aliis.*—13 '*Subcursor nullus.* Et oleum et operam perdidit Carrio in hoc suo *subcursore* nobis probando. Nihil planius et verius eo, quod in vulgatis et apud Macrobium Noniumque, *succussor*, sive *subcussor* malis: cum præsertim ipse Lucilius alibi, 'Succussatoris tardi tetrique caballi.' Reg. et Rot. *succustior.* Uterque etiam, *Majore in spatio.*' J. F. Gronov. *Subcursor* Delph. et Lugd.

NOTÆ

[d] *In Antonium*] M. Antonius Consul, post occisum a Bruto et Cassio Julium Cæsarem, cum multa per tyrannidem moliretur, plurimos cives sibi resistentes maximeque Ciceronem proscripsit. Post Actiacam pugnam qua deletus est, fugiens in Ægyptum, Alexandriæ circumsessus ab Octavio 'sese ipse' teste Velleio, 'non segniter interemit, adeo ut multa desidiæ crimina morte redimeret.' Id accidit anno U. C. DCCXXIII. ante Christum XXX.

[e] *Janus medius*] Is locus quo Romæ solebant convenire fœneratores Janus ideo dictus est, quod ibi simulacra Jani collocata essent. Superior pars illius loci summus Janus, inferior imus Janus, interjacens spatium Janus medius appellabatur. Horat. lib. I. Ep. 1. 'Hæc Janus summus ab imo Perdocet.'

[f] *Mille nummum*] De Nummis ac sestertiis agemus paulo post, ubi commodior erit locus.

[g] *Ferret expensum*] Expensum ferre est in tabulas redigere, et scribere quam pecuniæ summam alteri mutuam damus.

[h] *Campanus*] Ex Campania Italiæ.

Majore spatio; ac diversus videbitur ire.'[d]

Item alio libro:

'Tu milli nummum[14] potes uno quærere centum.'[e]

'Milli passum'[15] dixit, pro 'mille passibus,' et 'uno milli nummum,' pro, 'unis mille nummis;' aperteque ostendit 'mille' et vocabulum esse, et singulari numero dici, ejusque plurativum esse, 'millia,' et casum etiam capere ablativum; neque ceteros casus requiri oportere,[16] cum sint

[d] *Nullus equus Campanus post currens assequetur eum qui antecesserit tribus passuum millibus, quod intervallum est majus; immo tam lente ambulabit ut non videatur eandem viam insistere, et prioris vestigia premere.*

[e] *Tu uno milli nummorum potes acquirere centum millia.*



Bat.—14 '*Mille die nummum.* Mira scripturarum ubique varietas loci depravati index. Antiquissimæ editiones *mille die nummum potest uno quær.* quomodo nec versus stare nec Gellianæ orationis sententia potest consistere. Buslidianæ membranæ *Unum mille potes:* rectius utraque Puteani *mille nummum potes u. q. c.* Dicerem rectissime, nisi haberent *mille* pro *milli.* Dubium non est, quin scripserit Gellius: *milli nummum potes u. q. c.* quemadmodum etiam est apud Macrobium in abditis et editis libris, quanquam versus hujus princeps vox apud Macrobium extat *Tu,* quam fortassean Noster omiserit; quod errori causam præbuit. Scripserat Gellius *milli nummum.* Imperitus librarius mutavit et *mille* fecit. Accessit tertius etiam acutior: qui cum primorem vocem versui deesse non animadverteret, illi fulciendo in medio verbum illud *die* apposuit et tandem hunc versum exsculpsit; *Mille die num. p. u. q. c.*' Carrio.—15 '*Mille passuum.* Emendavi *milli passum,* item *uno milli nummum,* sermonis ἀκολουθίᾳ id requirente, et ex mente Gellii. Quo enim alioqui illa *et casum etiam capere ablativum,* nisi in versibus Lucilii is fuisset? Non parum tamen miror, unde in utrasque Puteani membranas vox *duo* invaserit. Sic enim in illis est *mille passuum dixit pro mille passibus et uno mille duo nummum pro unis mille nummis.* Sed fortasse legerint supra *mille duo nummum potes uno quærere centum,* et vox illa in verba Gellii ex versu Lucilii deciderit.' *Idem.* 'Plane quæ in his duabus notis testatur Carrio, sunt plena fidei, et si istud pronomen *Tu* non aliam affert firmitatem aut Lucilianæ aut Gellianæ manus, quam habet in hoc loco, omnino nihil certi habet. Nec enim extat vel in Regia membrana, vel Rottendorf. vel Lincolniensi: etsi illic jam cœperit varietas: sed vidi in recentissimo exemplari. Sed causa pendet ex præcedentibus, quæ Carrio non attigit. In Regio extat: *Item alio in libro* IX. *mille,* in Lincolniensi *libro* IX. *Tuo mille.* Mox etiam in Lincolniensi *uno mille duo nummum,* idque prorsus etiam tenet Regius. Hinc cum dicit *alio in libro,* patet voluisse indefinite loqui, ut ille numerus sit vanus, unde adeo patet nonnullos fecisse quidlibet, cum nihil ad eam propius accederet, quam *Item alio in libro, Vix mille nummum potes,* vel *milli.* Ceterum Lucilius iste etiam lib. XXVIII. dixit, 'Cui sæpe mille imposui plagarum in diem,' citante Nonio pag. 496. Et 'milliformis' extat in Prudentio. *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*mille,* ut et paulo post.' *Item alio in libro nono* edd. J. F. Gronov. Delph. et Lugd. Bat.—16 '*Neque ceteros casus requiri oportere.* Id quemadmodum Lucilius ostendat, merito requiras: et tamen *oportere* accipere non quis sine τῷ *ostendit.* Rectius immo Rottend. Regiusque novam hinc orsi periodon: *Neque ceteros casus requiri oportet, cum sint alia pleraque.*' J. F. Gro-

alia pleraque vocabula, quæ in singulos tantum casus, quædam etiam quæ in nullum declinentur.[17] 4. Quapropter nihil jam dubium est, quin M. Cicero in oratione, quam scripsit pro Milone,[i] ita scriptum reliquerit: 'Ante fundum Clodii,[k] quo in fundo, propter insanas illas substructiones,[f] facile mille[18] hominum versabatur valentium;' non 'versabantur.' Quod in libris minus accurate scriptis est: alia enim ratione 'mille hominum,' alia, 'mille homines,'[19] dicendum est.

[f] *Immensa illa ædificia.*

nov.—17 '*Quæ in nullum declinentur.* Hic vulgo erat *inclinentur.* Et meminit Carrio sic infra: 'a verbis inclinata sunt.' Buslidianam tamen scripturam, *declinentur*, se servasse, et aliam qui volet, sibi habebit. Volumus certe habebimusque, et jubemus Buslidianum cum sua plebeia pulpa plorare. Nostri *inclinentur*, exquisitiusque et Gellianum est. Lib. II. 6. 'Vexare autem quod ex eo inclinatum est.' Item, 'Taxare pressius crebriusque est quam tangere, unde inclinatum est.' *Idem.*—18 'In Badiana Paris. ubique *mile* pro *mille* legitur.' *Jac. Gronov.*—19 '*Alia mille homines.* Hæc verba sunt in antiquissimis editionibus: nullæ tamen membranæ, ne illæ quidem, quas optimas nomino, ea receperunt, quanquam non videntur superfluere.' *Carrio.* 'Etiam absunt a Regio, Rottend. Lincolniensi.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[i] *Milone*] T. Annius Milo civis Romanus, cum occidisset Clodium a Cicerone frustra defensus, Massiliam in exilium est relegatus. 'Compsam in Hirpinis oppugnans,' ut refert Velleius 'ictusque lapide, tum P. Clodio, tum patriæ quam armis petebat, pœnas dedit, vir inquies et ultra fortem temerarius.'

[k] *Clodii*] Clodius vir turbulentus, sceleratis libidinibus turpissimus, malorum propositorum executor acerrimus, infensus Ciceroni, quem tribunus plebis in exilium ejecerat. Occisus est a Milone anno U. C. DCCII. ante Christum LII.

CAP. XVII.

Quanta cum animi æquitate toleraverit Socrates uxoris ingenium intractabile: atque inibi quid M. Varro in quadam Satira de officio mariti scripserit.

XANTHIPPE Socratis[a] philosophi uxor morosa admodum

NOTÆ

[a] *Socratis*] Philosophiæ parens Socrates, Apollinis oraculo sapientissimus hominum appellatus, natus est Athenis Olymp. LXXXVII. an. IV. ante

fuisse fertur et jurgiosa: irarumque et molestiarum muliebrium per diem perque noctem scatebat.[a 20] Has ejus intemperies[b b 1] in maritum Alcibiades[c] demiratus, interrogavit Socratem, quænam ratio esset, cur mulierem tam acerbam domo non exigeret.[c] Quoniam, inquit Socrates, cum illam domi talem perpetior, insuesco et exerceor, ut ceterorum quoque foris[d] petulantiam et injuriam facilius feram. 2. Secundum hanc sententiam quoque Varro in Satira Menippea,[d] quam de officio mariti scripsit, 'Vitium,' inquit, 'uxoris aut tollendum aut ferendum est. Qui tollit

[a] *Diu noctuque quærebat occasiones irascendi, et exhibendæ molestiæ, quam possunt mulieres.* [b] *Hunc illius furorem.* [c] *Expelleret.*
[d] *Extra domum.*

20 '*Irarumque et molestiarum muliebrium, etc. satagebat.* Rot. et Reg. cum Fulviano *rerumque*. Τὸ *satagebat* ingessit Carrio ex uno Buslid. et membranis optimis, fassus omnes edit. et membr. plerasque habere *scatebat*. Quod tamen Latinum non esse existimo, neque locutionis illius exempla dari assevero, inquit. Immemor Lucretium cecinisse lib. v. 'ita ad satiatem terra ferarum Nunc etiam scatet, et trepido terrore repleta est.' Quod etiam observavit Vossius de construct. I. 30.' *J. F. Gronov.* '*Satagebat.* Ita recte emendatum. In antiquis edit. *scatebat*.' Thysius. *Satagebat* J. F. Gronov. Delph. Lugd. Bat.—1 'Jam in Novis Literariis Celeb. Krausii mei levem hanc mutationem, *intemperias*, in medium attuleram, cum clarissimus Uthinensium Lackmannus paulo inclementius eam exciperet, usque adeo, ut jurare non dubitaret, Gellium voce *intemperies* utentem eundem in animo habuisse significatum, quem quidem lectio *intemperias* involvit. Sed desine jurare, vir clarissime. Certissima est, quam proposui, lectio. Audi, quæso, Nonium Marcellum cap. VIII. num. 78. 'Intemperia' pro 'intemperantia' apud veterem auctoritatis obscuræ 'Has ejus intemperias in maritum.'' Vides ipsum, quem agitamus, Gellii locum, ipsa verba. Neque enim, ut opinor, dubitas, per 'veterem auctoritatis obscuræ' passim a Nonio indicari

NOTÆ

Christi ortum CCCCLXIX. Eodem semper vultu visus est maximus ceteroqui cavillator, adeo ut εἴρων nominaretur: quod de Diis male sentiret, a judicibus damnatus venenum intrepidus hausit anno ætatis LXX. *Laërtius, &c.*

[b] *Intemperies*] Intemperiæ dicebantur Deæ, quibus erat nocendi vis: ut autem Furiæ furorem, sic Intemperiæ censebantur insaniam immittere, quæ ab intemperie cerebri calida oritur. 'Larvæ hunc atque Intemperiæ agitant senem.' Plaut. Intemperia et intemperies Latine dicitur, sicut materia et materies.

[c] *Alcibiades*] Philosophus Socrati familiaris, quem in suis dialogis loquentem inducit Plato.

[d] *Satira Menippea*] Ita Varro satiram inscripsit mordacissimam, quam edidit ad imitationem Menippi philosophi Cynici, cujus Epistolæ jocis asperioribus plenissimæ tunc extabant.

vitium, uxorem commodiorem præstat: qui fert, sese meliorem facit.' Hæc verba Varronis, 'tollere' et 'ferre,' lepide quidem composita sunt:[e] sed 'tollere,' apparet dictum pro, 'corrigere.' Id etiam apparet, ejusmodi vitium uxoris, si corrigi non possit, ferendum esse Varronem censuisse; quod ferri scilicet a viro honeste potest.[2] Vitia enim flagitiis leviora sunt.

[e] *Festive conjuncta sunt.*

Gellium, quod nemo humanus ignorat.' *Falster.*—2 '*Quæ ferri scilicet.* Omnes editiones, *quæ ferri scilicet a viro honeste possunt.* Uterque Puteani, *quæ ferre scilicet a viro* etc. In quarum utravis scriptura solœcismus manifeste apparet. Optimæ membranæ, *quod ferri scilicet a viro honesto potest.* Vitium, inquit, uxoris si corrigi non potest, vir ferat: vitium enim, cum flagitio levius sit, honeste fertur.' *Carrio.*

CAP. XVIII.

Quod M. Varro in quartodecimo Humanarum, L. Ælium magistrum suum περὶ ἐτυμολογίας[a] disserentem falsa reprehendit:[3] quodque idem Varro in eodem libro furis ἔτυμον dicit falsum.

In quartodecimo[4] rerum divinarum libro M. Varro doctis-

[a] *De verborum explicatione.*

3 '*Quod M. Varro* etc. *περὶ ἐτυμολογίας disserentem falsa reprehenderit.* Sic Carrio, cum haberetur: *Quod M. Varro in libro de ratione vocabulorum* XIV. *L. Lælium magistrum suum περὶ ἐτυμολογίας nonnullorum verborum falsa dixisse reprehendit.* Et affirmat Regius alia, sed postrema sic edit: *magistrum suum et in ἐτυμολογίᾳ falsa reprehendit.* Et profecto τὸ *reprehendit* mutandum non erat. Statim enim: *quodque idem Varro in eodem libro falsum furis ἔτυμον dicit.* Hoc ordine Regius. Et sic passim. Illud *falsa* tamen mihi suspectum est. Forte: *L. Ælium magistrum suum περὶ ἐτυμολογίας falsum reprehendit.* Schefferi: *magistrum suum G. falsa reprehendendum quodque.*' J. F. Gronov. 'Ex his et aliis, quæ vel Carrio vel reliqui annotaverunt, patet illud participium *disserentem* nec ex editis antiquis nec ex Mss. venire, ut omnino sit alienum, nec debuerit ultra tolerari; expulissemque, nisi jam extaret in præmisso indice pag. 17. cui lemma hoc debet respondere. Certa interim est ratio codicis Regii; nisi forsan in vocibus *magistrum suum et in* copula ista extiterit ex literis *cl,* id est, *clarissimum.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *rerum humanarum.*—4 'Tam in titulo, quam in ipso textu antiquissima Ven. ed. legit, *in primo de Ratione vocabulorum libro.* In Aldina ed. in titulo, *libro de Ratione vocabulorum* XIV. In textu, *In quartodecimo de Ratione vocabulorum*

simum tunc civitatis hominem L. Ælium[5] errasse ostendit; quod vocabulum Græcum vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si[6] primitus Latine fictum esset, resolverit in voces Latinas ratione etymologica[a] falsa. 2. Verba ipsa super ea re Varronis posuimus: 'In quo L. Ælius noster literis ornatissimus memoria nostra[b] erravit aliquoties. Nam aliquot verborum antiquorum Græcorum,[7] proinde atque essent propria nostra, reddidit causas falsas. Non enim leporem dicimus, ut ait, quod est levi-

[b] *Nostris temporibus.*

libro. Mosellanus, qui Aldinam editionem sequitur, librariorum oscitantia, hæc fieri potuisse existimat, cum nihil rebus divinis conveniat cum ratione vocabulorum. Verum ex Cicerone Acad. Qu. lib. I. apparet, Varronem *omnium divinarum humanarum rerum nomina* scripsisse. Itaque hæc convenire possunt. Hæc editio verisimiliter posuit utrobique, *in quartodecimo Humanarum.*' Thys. 'Sed editionis parva auctoritas est contra libros vetustos; et probabilius venit vocem *Humanarum* in lemmate fuisse ab extraneo interpositam, cum ibi suffecerit scripsisse *Varro in quartodecimo L. Ælium*, etsi noverim alibi plene id quoque extulisse.' *Jac. Gron.* '*In quartodecimo humanarum libro.* Sic Carrio, cum Rom. et Ven. *In primo de ratione vocabulorum libro;* Aldus et Gryp. *In quartodecimo rerum divinarum libro;* Ascensius, *In quartodecimo de ratione vocabulorum libro.* Aldinam affirmant Regius, Rott. Lincoln. Schefferi: affirmat Nonius Marcellus: 'Fures significantiam habere a furvo, quod Romani veteres atrum appellaverint, et quod per obscuras atque atras noctes opportuna sit ejus mali effectio, eos dictos fures Varro rerum divinarum libro XIV.' Sic enim ibi e Mss. legendum. In eo autem libro multas vocabulorum origines eruisse Varronem testis ipse noster lib. III. 16. et XV. 30. Atque inde est, quod mox subjicit: 'Hæc Varro in primore libro scripsit de ratione vocabulorum scitissime.' Puta in primore quartodecimo rerum divinarum, in quo per occasionem rationes vocabulorum complurium exsequitur.' *J. F. Gronov.* *Quartodecimo rerum Humanarum* ascripsit Sciopp. *In quartodecimo Humanarum* dant Lugd. Bat. Delph.—5 '*L. Lælium.* Non variant editiones. Buslidiano deest prænomen, et habet *Ælium.* Scribe *L. Ælium*, videlicet literam singularium prænominis designatricem sequenti voci connexam vitii culpam sustinere, quod in A. Gellio scimus evenisse.' *Carrio.* *L. Ælium* legendum esse monet quoque Thys.—6 '*Proinde atque si, etc.* Ita ex Buslidiano Codice emendavit Carrio. Vulgo, *pro meraco, et quasi a se primitus factum esset, resolvit, etc.*' Jac. Gronov. Ad oram exemplaris sui ascripsit Sciopp. '*perinde.* al. Ms. *perinde atque Latinum prius factum esset.*'—7 '*Verborum antiquorum Græcorum*] Rottend. *nam aliquot verborum Græcorum antiquatorum.* Vellem quorum non nisi excerpta video, ipsos mihi codices intueri liceret: vix enim est, ut non plures sanciant.' *J. F. Gron.* 'At notavi et ego et frater ex Regio *antiquiorum;* et hic quidem

NOTÆ

[a] *Ratione etymologica*] Verborum explicationem, inquit Tullius, qua de causa quæque essent ita nominata, etymologiam appellant: *ἔτυμος verus*, et *λόγος sermo*, hanc vocem componunt.

pes: sed quod est vocabulum antiquum Græcum. Multa enim vetera[8] illorum ignorantur, quod pro iis, aliis nunc vocabulis utantur; et illorum esse plerique ignorent[9] Græcum, quod nunc nominant Ἕλληνα;[c] puteum quod vocant φρέαρ;[d] leporem, quod λαγωὸν[e] dicunt. In quo non modo Ælii ingenium non reprehendo; sed industriam laudo. Successum enim fortuna,[b] experientiam laus sequitur.' Hæc Varro in primore[10] libro scripsit de ratione vocabulorum scitissime, de usu utriusque linguæ peritissime, de ipso Ælio clementissime. 3. Sed in posteriore ejusdem libri parte[11] dicit, 'furem' ex eo dictum, quod veteres Romani 'furvum' atrum appellaverint; et fures per noctem, quæ atra sit, facilius furentur. Nonne sic videtur Varro de fure errasse, tanquam Ælius de lepore? nam quod a Græcis nunc κλέπτης[f] dicitur, antiquiore Græca lingua φὼρ[f] est dictum.[12] 4. Hinc per affinitatem literarum qui

[c] *Græcum.* [d] *Puteum.* [e] *Leporem.* [f] *Fur.*

etiam isto ordine *verborum Græcorum antiquiorum.*' Jac. Gronov.—8 '*Multa enim vetera.* Medium istud abest ab Regio Rottend. Lincoln. Scheff. Est autem id procul dubio verissimum multa illorum vetera ignorari; cum id non aliter fiat.' *Idem.* *Multa vetera* ascripsit Sciopp.—9 '*Utantur, et illorum esse plerique ignorent.* Non bene cohæret hæc oratio. Fortasse: *Multa enim vetera illorum ignorantur, quod pro iis, aliis nunc vocabulis utuntur. Ut illorum esse plerique ignorant Græcum, quod nunc nominant* ἕλληνα.' J. F. Gronov. 'Pro *et illorum esse plerique ignorent Græcum*, mallem cum Gronovio legere *ut*, *etc.* quod mihi etiam venit in mentem priusquam hæc Gronovii videbam. Sed *ignorent* nolim mutari, quod modestius dictum sit, quam *ignorant*.' Otho. —10 '*In primore.* Antiqua Ven. Edit. *in primo libro.* Sed quomodo *primo libro* dicitur, cum antea decimus quartus appellatus fuerit? Aldina rectius *in primore libro.* Badiana Paris. *in primore dicti libri parte.* Primorem partem etiam dixit Cato, et Auctor noster lib. XVI. cap. 5. Itaque falluntur qui in singulari numero non dici arbitrantur. Lucretius certe 'primoris nasi,' et Tacitus 'primori acie' dixit.' *Thys.* 'Sed etiam *primo* ferri posset. 'Primus' enim ut 'ultimus' et 'extremus' non solum de numero dicitur, sed etiam de spatio atque intervallo. Sic Terent. dixit 'in prima fabula,' ut alia exempla omittam, pro, in prima parte fabulæ.' *Otho.*—11 '*Ejus libri parte.* Corrige operarum peccatum, et scribe, *ejusdem lib.* quod et editiones et membranæ retinent.' *Carrio.* 'Cui monenti cur non auscultatum? Ita enim est et in Reg.' *Jac. Gronov.*—12 Reg. *φὼρ dictus est.* Ita et ascripsit Sciopp.

NOTÆ

[b] *Successum enim fortuna, &c.*] Cujus sententiæ hic est sensus: Si quis hujusmodi vocum origines recte investiget, felix est: si tentet investigare, etiamsi minus ingeniose versetur, conatus ipse laudabilis est.

φὼρ Græce, Latine fur est. Sed ea res fugeritne tunc Varronis memoriam; an contra aptius et cohærentius putarit furem a furvo, id est, nigro, appellari: in hac re de viro tam excellentis doctrinæ non meum judicium est.

CAP. XIX.

Historia super libris Sibyllinis, ac de Tarquinio Superbo rege.

In antiquis annalibus memoria super libris Sibyllinis[a] hæc prodita est.[a] Anus hospita[b] atque incognita ad Tarquinium Superbum[b] regem adiit, novem libros ferens, quos esse dicebat divina oracula: eos velle venumdare. Tarquinius pretium percunctatus est: mulier nimium atque immensum

[a] *Hoc scriptis traditum est de libris.* [b] *Peregrina.*

NOTÆ

[a] *Libris Sibyllinis*] Libri in quibus vaticinationes Sibyllarum continebantur. Sibyllæ autem, quæ priscis temporibus, quasi σιόβουλαι, id est, Dei consiliariæ, Oracula enuntiabant, virgines fuere, quæ cum alia, tum vero plurima Christianæ religionis mysteria, multis ante sæculis prædixere: id in castitatis præmium Deo concedente, ut ait Hieronymus lib. I. adversus Jovinianum. Quanquam, ut ingenue fatear, quæ jam pro Sibyllarum oraculis venditantur carmina, ea vel supposititia, vel, si vera sint, mirifice interpolata doctissimis quibusque videntur. Altum enim hic silentium de Gentilium ritibus, quos, ut ex Livio, &c. constat, Sibyllæ commendabant, puta Æsculapium ab Epidauro, matrem Idæam a Pessinunte Romam esse accersendam. Præterea longe apertius quam in sacris codicibus, hic proditur naturam humanam assumendam a Verbo, Christum turpi ac crudeli morte afficiendum, triduo post excitandum a mortuis, &c. Fidem autem omnem superat quod Ethnicis major de nostris mysteriis lux affulserit quam Prophetis a Deo missis. Denique quod Sibylla lib. I. dicat se tempore diluvii cum marito et Noë in arca fuisse, lib. III. elapsos ab initio regni Græcorum annos mille quingentos numeret, et lib. V. referat se vidisse incendium secundum templi Vestæ, quod imperante Commodo accidit, haud scio an cuiquam probari possit.

[b] *Tarquinium Superbum*] Is ultimus Romanorum Rex ex moribus et factis Superbi cognomen traxit. Anno regni XXIV. a L. Bruto primo Romanæ libertatis vindice Roma pulsus est anno Urbis conditæ CCXLIV. ante Christum DIX.

poposcit.[c] [13] Rex, quasi anus ætate[d] desiperet, derisit. Tum illa foculum coram cum igni apponit, tris libros ex novem deurit; et, ecquid[14] reliquos sex eodem pretio emere vellet, regem interrogavit. Sed enim Tarquinius id multo risit magis dixitque anum jam proculdubio delirare. 2. Mulier ibidem statim tris alios libros exussit; atque idipsum denuo placide rogat, ut tris reliquos[15] eodem illo pretio emat. Tarquinius ore jam serio, atque attentiore animo fit; eam constantiam confidentiamque non insuper habendam[e] intelligit: libros tris reliquos mercatur nihilo minore pretio, quam quod erat petitum pro omnibus. Sed eam mulierem tunc a Tarquinio digressam postea nusquam loci visam constitit. Libri tres in sacrarium conditi Sibyllini appellati. Ad eos, quasi ad oraculum, Quindecimviri adeunt,[16] cum Dii immortales publice consulendi sunt.

[c] *Petiit enorme pretium.* [d] *Propter senectutem.* [e] *Contemnendam.*

13 '*Mulier nimium immensum poposcit.* Qualia apud Plautum, 'Insanum magnum,' et 'Nimio plus,' 'Nimio multo plus,' 'Nimio minus multo.' Nostri tamen *nimium atque immensum*, ut olim vulgabatur. Sic cap. 2. 'multa atque immodica disserebat.'' *J. F. Gronov.* *Nimium immensum* Lugd. Bat. Delph.—14 '*Apposuit et tres libros ex novem deussit, et ecquid.* *Deussit* Carrionis est, cum legeretur *deurit*. Rottend. et Fulvianus apud Muretum lib. II. Epist. 6. *tum illa foculum coram cum igni apponit, tris libros ex novem deurit.* Verba hæc video eadem forma e Regio notata: sed hic præterea: *et si reliquos eodem pretio emere vellet, regem interrogavit.*' J. F. Gronov. *Apposuit et tres l. ex n. deussit* dant Lugd. Bat. Delph.—15 '*Placide rogat, ut tris reliquos.* Cum ita hoc verbum extaret in Reg. et Rott. nisi quod hic pro *ut* retineret vulgatum *an*, putavi prorsus concedendum Regio, ut cujus fides foret certissima, cum etiam Puteani liber apud Carrionem exhiberet illud præsens *rogat*, quod multo hic videtur esse tempestivius. Istud autem vetus *ut* videtur absorptum ab illo ficto *interrogavit*, temere repetito ex antecedentibus, unde debuit interponi vocula *an* clarissimæ suppositionis. Etiam ordo vocum *tres alios libros* ex Regio venit.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *placide rogatus.* *Interrogavit an* exhibent Lugd. Bat. et Delph.—16 '*Undecim viri adeunt.* Buslidianus liber, *decemviri adeunt.*' Carrio. Lugd. Bat. J. F. Gronov. Delph. XV. *viri adeunt.*

CAP. XX.

Quid Geometræ[17] *dicant schemata, quibusque omnia ista Latinis vocabulis appellentur.*

FIGURARUM, quæ σχήματα Geometræ appellant, genera sunt duo; planum et solidum. Hæc ipsi vocant ἐπίπεδον καὶ στερεόν. 'Planum' est, quod in duas partis solum lineas habet, qua[a] latum est et qua longum: qualia sunt triquetra et quadrata,[b] quæ in area[c] fiunt,[18] sine altitudine. 'Solidum' est, quando non longitudines modo et latitudines planas numeri linearum efficiunt, sed etiam extollunt altitudines:[19] quales sunt ferme metæ triangulæ,[d][20] quas pyramidas appellant: vel qualia sunt quadrata undique, quæ κύβους[a] illi, nos quadrantalia dicimus. 2. Κύβος enim est figura ex omni latere quadrata: 'quales sunt,' inquit M. Varro, 'tesseræ[b] quibus in alveolo[e] luditur: ex quo ipsæ

[a] *Qua parte.* [b] *Figuræ triangulares et quadratæ.* [c] *In plano.*
[d] *Fastigium trianguli.* [e] *Tabula lusoria.*

17 Reg. *Quæ Geometræ.*—18 'P. Colvius ad Appuleii Apol. contendit legendum, *quæ in arena fiunt*, et de docto abaci pulvere intelligendum. Speciosius quam verius.' *J. F. Gronov.* '*Area* servari potest, quod vocabulum Geometris usitatum.' *Thysius.*—19 '*Extollunt altitudinem.* Nescio quibus hoc placere potuerit contra veteres Mss. libros, et editiones, in quibus est, ut edidi.' *Jac. Gronov.* *Altitudinem* habent J. F. Gronov. Lugd. Bat. Delph. —20 '*Quales sunt ferme metæ trianguli.* Gifanius ad Muretum emendat *triangulæ*, idque in Fulviano sic legi testis Muretus: nec negat in suis esse quibusdam Carrio: adseruntque Regius et Rottendorfianus.' *J. F. Gronov.* 'Ex Lincoln. notavi *ferme metreti anguli*, ut pateat mirabiliter disconvenisse scriptores.' *Jac. Gronov.* *Triangulæ* ascripsit Sciopp. *Trianguli* dat Delph.

NOTÆ

[a] Κύβους] Cubus tum efficitur, cum ejusdem numeri multiplicatio geminatur: ut cum dico bis duo bis, fit cubus VIII. Cum autem dico ter tria ter producitur cubus XXVII.

[b] *Tesseræ*] Nomen accepere a voce Græca τέσσαρες quatuor, non a quatuor lateribus, sex enim habent, sed quod figuræ sint undecumque quadratæ. Tesserarum ludum invenere, Herodoto teste, Lydi Asiæ populi. Tres tesseras punctis notatas ab unione ad senionem e cornu, quod et fritillum et pyrgum et pixidem dixere, emittebant in tabulam; pro vario jactu varia fuit alea: cui ter sex puncta uno trium tesserarum jactu obvenerant, is, ut refert Zenobius, felicissime jecerat; contra qui tria tantum puncta fuerat sortitus, vincebatur.

quoque appellatæ κύβοι.' In numeris etiam similiter κύβος dicitur, cum omne latus ejusdem numeri æquabiliter in sese solvitur,[f] sicuti fit cum ter terna ducuntur:[g e] atque idem ipse numerus triplicatur. Hujus numeri cubum Pythagoras vim habere lunaris circuli[d] dixit,[h] quod et Luna orbem suum lustret[i] septem et viginti diebus, qui numerus ternio,[k] qui Græce dicitur[1] τριὰς, tantundem efficiat in cubo. 3. 'Linea' autem a nostris dicitur, quam γραμμὴν

[f] *Cum geminatur ejusdem numeri multiplicatio, numerus multiplicatur in semetipsum.* [g] *Cum tria multiplicantur per tria.*
[h] *Pythagoras dicit numerum cubicum habere similitudinem cum lunari circulo.*
[i] *Conficiat.* [k] *Ternarius.*

—1 '*Qui numerus ternio, qui Græce dicitur.* Quatuor apud me, *et numerus*: volueratque etiam ex suis Carrio, ut prodidit in Notis.' *J. F. Gronov.* 'Sed et quod is testatur de quibusdam membranis, ut *triennio* habeant pro *ternio*, idem patet in Regio, Rottend. et Lincoln. in alio vidi *tricennio*, quod ex Schefferi libro notavit etiam pater, quasi indicarent a Gellio scriptum *trinionem*, quod aliquis postea mutans *er* super scripsit, sed cujus ultima litera transierit in *n*, unde gemina extitit lectio.' *Jac. Gronov.* *Triennio* ascripsit Sciopp.

NOTÆ

Abibat victor qui plura puncta retulisset. Unde cum tesseræ jactus essent unio, binio, ternio, quaternio, quinio, senio; unio, qui et canis dictus est, infaustissimus, faustissimus habebatur Senio. Unde Persius Sat. III. 'Quid dexter senio ferret Scire erat in voto, damnosa canicula quantum Raderet.' Non me tamen fugit aliquando senionem perinde ac canem fuisse damnosum; ut patet ex Suetonio in Augusto. Tali, quos Græci dixere ἀστραγάλους, a tesseris differebant situ, neque enim quatuor insistebant lateribus, sed qua parte sinuata erant, et veluti concamerata non stabant; numero, scilicet quatuor aut plures adhibebantur; ornatu, nullis erant punctis inscripta, sed ipsa positura, auctore Polluce, numerorum vicem præstabat; jactu, qui fuit in talis Cous, Chius, Planus, Suppus, Venus, Canis, Basilicus, Vulturius. Felicissimus fuit jactus Cous, qui Latinis dicitur Venus et Suppus, id est, qui cadit ex animi sententia, æque faustus ac senio tesseræ, tumque contingebat, ut patet ex Luciano in Amoribus, cum quælibet talorum superficies dissimilis cadebat. Chius autem, quem planum Latini vocant et canem, refertur ad unionem tesserarum. Basilicus cum Veneris, Vulturius cum canis jactu congruit. Tesserarum ludum nos appellamus, *le jeu des dez.*

[e] *Ter terna ducuntur*] Multiplicatio dicitur ductus unius numeri in alterum, metaphora ex Geometricis sumta; idem enim est multiplicare unum numerum per alium, atque unum rectanguli latus in alterum ducere.

[d] *Vim habere lunaris circuli*] Ter tria conficiunt novem, ter novem faciunt XXVII. quo dierum numero Luna cursum absolvit.

Græci vocant.[2] Eam M. Varro ita definit. 'Linea est,' inquit, 'longitudo quædam sine latitudine et altitudine.' Euclides[a] autem brevius, prætermissa altitudine, γραμμὴ, inquit, et μῆκος ἀπλατές: quod exprimere uno Latino verbo non queas, nisi audeas dicere 'illatabile.'

—2 '*Græci vocant.* Alter liber Puteani *Græci grammen nominant.* Quod autem subjungit de Varrone; id de libro illius, quem de Geometria conscripsit, est accipiendum. Hujusmodi enim M. Varronem edidisse Cassiodori indicio didicimus.' *Carrio.* 'Miror de isto uno libro, cum et Reg. et Rott. et Scheff. et Lincoln. habeant verbum *nominant.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

[a] *Euclides*] Euclides Mathematicorum primus Geometriam Alexandriæ docuit temporibus Ptolemæi Lagidæ Ægypti Regis, Olympiade CXVIII. ante Christum an. CCCVIII. Hic multum differt, ut ex Proclo notat Clavius, ab antiquiori illo Euclide Megarensi Socratis discipulo. De quo lib. VI. cap. 10. in Notis dicemus.

CAP. XXI.

Quod Julius Higinus affirmatissime contenderit legisse se librum P. Virgilii[a] domesticum, in quo scriptum esset, 'et ora Tristia tentantum sensu torquebit amaror,' non, quod vulgus legeret, 'sensu torquebit amaro.'

VERSUS istos ex Georgicis[b] Virgilii plerique omnes sic legunt:

'At sapor indicium faciet manifestus, et ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaro.'[a]

[a] *Sed id cognosces sapore evidenti, et amaro gustu distorqueri faciet ora degustantium.*

NOTÆ

[a] *P. Virgilii*] Hic poëtarum princeps in vico Ande prope Mantuam ignobili loco natus est, anno Urbis conditæ DCLXXXIV. ante Christum LXX. Adolescens studiis operam dedit variis in locis, tum Romam profectus Augusti animum ingenio et industria sibi devinxit. Brundusii mortuus est Olymp. CLXXVII. U. C. DCCXXXVI. ante Christum XIX. ætatis LI.

[b] *Georgicis*] In Georgicorum quatuor libris, primum colendæ terræ, deinde serendarum arborum, tum pecoris pascendi, denique apum curandarum rationem edocet.

Higinus autem, non hercle ignobilis grammaticus, in commentariis, quæ in Virgilium fecit, confirmat et perseverat [3] non hoc a Virgilio relictum; sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Virgilii,

'et ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.'

2. Neque id soli Higino, sed doctis quibusdam etiam viris complacitum: quoniam videtur absurde dici, 'sapor sensu amaro torquet;' cum ipse, inquiunt, sapor sensus sit, non alium in semetipso sensum habeat: ac proinde sit quasi dicatur; 'sensus sensu amaro torquet.' Sed enim cum Favorino Higini commentarium legissem [4] atque ei statim displicita esset insolentia et insuavitas illius,[b] [5] 'sensu torquebit amaro;' risit, et, Jovem lapidem,[6] [c] inquit, quod sanctissimum jusjurandum est habitum, paratus sum ego jurare Virgilium hoc nunquam scripsisse; sed Higinum ego [7]

[b] *Et statim cum offendisset inusitatum et inelegans hoc verbum 'amaror.'*

3 Stephanus legit, *affirmat et perseverat.*—4 *Cum Favorinus .... legisset* J. F. Gronov. Lugd. Bat. Delph.—5 '*Insuavitas amaroris.* Hoc quid sibi velit, nescio. Neque enim credo Favorino aut res ipsa amara aut vox *amaroris* displicebat, cum id verbum ab Higino in Virgilio observatum etiam probaret, ut jam dicetur. Uterque liber Puteani, *displicita esset insolentia et insuavitas amaror. Is Jovem, &c.* quod huic loco minime convenit. Optimæ membranæ hoc caput non habent. Scribe ex codice Buslidiano *displicita esset insolentia et insuavitas illius; sensu torquebit amaro.* Vult enim Favorinum etiam in iis fuisse, quibus absurde videbatur dici *sapor sensu amaro torquet.* Addidi ex eodem libro Buslidiano vocem *risit*, quæ ab aliis omnibus abest.' *Carrio.* —6 '*Jovem lapidem.* Uterque liber Puteani et pleræque vetustissimæ editiones; *Jovem lapideum:* nesciebant videlicet quid esset Jovem lapidem jurare, et Jovem lapideum non poterant ignorare. in Buslidiano vera scriptura mansit.' *Idem.* 'Male antiquæ edd. *Jovem lapideum.*' Thys.—7 '*Sed Higinum ego.* Verba sunt hæc Favorini, non Gellii; probat sententiam Higini Favorinus et in eam discedit, contra quam illi voluerunt qui et superiora adjecta illa voce, *amaroris*, contaminarunt et Gellium a Favorino dissidere ineptissime, ut reliqua omnia, sibi observasse visi sunt.' *Carrio.* 'Et hæc quæ scribit Carrio, pro verissimis habenda censeo, sicut ipsum hoc caput bene restitutum ac suppletum imputari illi debet. Sunt enim omnia quæ sequun-

NOTÆ

[c] *Jovem lapidem*] Est religiose jurare; quæ loquendi formula desumitur a vetere percutiendi fœderis cærimonia. 'Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem,' inquit Sextus Pompeius, 'hæc verba dicentes, Si sciens fallo, tum me Diespiter salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.'

dicere verum arbitror. 3. Non enim primus finxit hoc verbum Virgilius insolenter: sed in carminibus Lucretii[d] inventum[8] est: nec est aspernatus auctoritatem poëtæ[9] in-

tur, velut excepta ex ore Favorini, et tam is intelligitur per pronomen *ego* in verbis *sed Higinum ego verum dicere arbitror*, (is enim ordo vocum est in Regio,) quam in præcedentibus *paratus sum ego jurare*. Nihil enim intercedit causæ, cur illud, quod prius posui, deberet referri ad ipsum Gellium, cum in eodem sensu omnia connectantur. Omnia recte procedunt, si ante verba *sed Higinum* non puncto orationem abrumpas, sed semicolon modo annectas, vel colon, ut sane Carrio primus edens in Antiquis Lectionibus fecit, quibusdam modo imitantibus, aliis punctum ponentibus, sed male.' *Jac. Gronov.* Punctum habet Delph. Comma Lugd. Bat.—8 '*Lucretii inventum.* Vulgatæ editiones *in carminibus Lucretii inventum non est aspernatus.* Uterque Puteani *in carminibus Lucretii inventum est, non est aspernatus.* Manifesta lectionis germanæ vestigia. Lectio ipsa germana in libro Buslidiano mansit; *in carminibus Lucretii inventum est, nec aspernatus est auctoritatem poëtæ.*' Carrio. 'Unius Buslidiani germanam hanc lectionem censuit Carrio: in qua tamen facile aliquid scabri et male connexi apparet. Antea multo rotundius: *sed in carminibus Lucretii inventum non est aspernatus auctoritate poëtæ ingenio et facundia præcellentis.* Mulcet tamen magis 'non aspernari auctoritatem,' quam 'non aspernari verbum auctoritate:' et in Rot. Schefferique video, *Lucreti inventus est non aspernatus auctoritatem.* Fortasse, *inveniens non est aspernatus auctoritatem.*' J. F. Gronov. 'In Regio postrema syllaba vocis *inventum* per notam scripta est, quæ solet *tus* exprimere, legiturque *invent9 est non aspern.* Sed ad conferendum istum codicem usus fui editione Parisina anni 1584. Hieronymi de Marnef, ubi legitur *sed carminibus Lucretii*, sine præpositione *in*, quæ est in exemplaribus quibus Salmasius, Lambecius, et frater usi sunt, nec vel hi notaverunt abesse a codice Regio, aut ego notavi interponi. Sane patet in Carrionis libris extitisse. Cum tamen meis oculis fidere debeam, si abest illa præpositio, prorsus censerem Gellii manum fuisse *sed carminibus Lucretii intentus est, non aspernatus auctoritatem.*' Jac. Gronovius. Ascripsit Scioppius, *inventum non est.*—9 '*Auctoritate poëtæ.* Mala manus, quæ superiora corruperat, his etiam corrumpendis occasionem dedit. Omnino enim necesse erat, ut scriberetur, *auctoritate*, non *auctoritatem*, si rectum erat; *in Lucretii carminibus inventum non aspernatus est.* Volebant illi, 'auctoritate,' valere, proinde quasi diceres, 'propter auctoritatem.' At contra Higinus dicebat Virgilium, *amaror*, in carminibus Lucretii invenisse, nec esse aspernatum auctoritatem tanti poëtæ. An autem ita scripserit Virgilius, quod Favorinus et Higinus volunt, atque adeo ipse Servius, (ita enim notat: *amaror, amaritudo et est sermo Lucretii, et vera lectio ipsa est. nam multi amaro legunt, ut sit, sensu amaro*:) etiamnum in dubio est. Nam Pierius doc-

NOTÆ

[d] *Lucretii*] T. Lucretius Carus poëta scripsit secundum Epicuri dogma de natura rerum libros sex, quos postea Cicero emendavit. Anno U. C. DCC. ante Christum LIII. sibi necem conscivit, ætat. XLIV. juxta Eusebium in Chronico. Nihilominus scribit Batavus Gellii interpres Lucretium juvenem emota mente obiisse. At si quadragenario major juvenis dicendus est, qua tandem ætate vir erit? Nisi forte velit interpres auctoritatem prætexere Sallustii, qui Cæsarem adolescentulum appellat, quo tempore annum prope XXXVIII. attigerat. Tum vero videat ne ad intelligendos ejusmodi commentarios nova interpretatio jure desideretur.

genio et facundia præcellentis. Verba ex quarto Lucretii hæc sunt,

'Diluta que contra [10]
Cum tuimur misceri absynthia, tangit amaror.' [c]

Non verba autem sola, sed versus prope totos et locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Virgilium videmus.

[c] *Contra cum videmus madefacta absynthia commisceri, amaror tangit os nostrum.*

tissimus et religiosissimus corrector Virgilianus in optimis codicibus *amare* extare, et in aliis *r* altera manu fuisse appositum diligenter monuit.' *Carrio.* —10 '*Dilutaque contra.* Alter versus cum medio in membranis non sunt, neque huc pertinent. In quodam Puteani est, *delutaque.*' Idem. 'Cum sic ingenue moneat Carrio, idque sit verum, miror quid Thysio mentis fuerit, ut illum sesquiversum reponeret, ac moneret, ita esse in antiquis editionibus, sed versus illos deesse in Stephani et nupera editione. Ibi quidem nihil deest, quod adesse oportebat: nugatur autem, qui illas tredecim voces supervacuas nec ab Gellio ascriptas inserit. In quam fidem testor nec in Regio, Rottend. Schefferi, Lincoln. nihil earum extare.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.

CAP. XXII.

An, qui causas defendit, recte Latineque dicat superesse se ei, quod defendit, [11] *et superesse, proprie quid sit.*

IRROBORAVIT [a] inveteravitque [*] falsa atque aliena verbi significatio ejus, quod dicitur, [12] 'hic illi superest;' cum dicendum est, advocatum esse quem cuipiam, causamque

[a] *Confirmata est diuturnitate temporis, et corroborata.*

11 '*Superesse se ei quod defendit.* Sic Carrio, cum esset, *superesse id quod defendit.* Forte etiam legendum: *superesse se ei quem defendit.*' J. F. Gronov. 'Apparet veterem lectionem innuere *superesse iis quos defendit.* Facta enim est numeri confusio, ut cap. 26. 'alteri ad alteros.' Ubi vide. *Jac. Gronov.* —12 '*Significatio quod dicitur.* Correxi ex duobus libris manuscriptis *ejus quod dicitur.*' Carrio. 'Illud tamen *ejus* non apparet in codice Regio, qui etiam mox habet *advocatum esse quempiam causamque.*' Jac. Gronov.—13

NOTÆ

[*] *Inveteravitque*] Raro admodum inveterare idem sonat, quod præ vetustate deficere: immo contrarium omnino significat, nimirum confirmari et corroborari.

ejus defendere. Atque id dicitur non in compitis tantum neque in plebe vulgaria,[b] [13] sed in foro,[14] [b] in comitio,[c] apud tribunalia. Qui integre autem locuti sunt,[c] magnam partem [15] 'superesse' ita dixerunt, ut eo verbo significarent superfluere [d] et supervacare atque esse supra necessarium modum. Itaque M. Varro in Satira, quæ inscripta est, 'Nescis quid vesper[d] serus vehat,' [16] 'superfuisse' dicit immodice et intempestive fuisse. 2. Verba ex eo libro hæc sunt: 'In convivio [17] legi nec omnia debent, et ea potissimum quæ simul sunt βιωφελῆ,[e] [18] et delectent potius: ut id quoque videatur non defuisse magis quam superfuisse.' Memini ego Prætoris[e] docti hominis tribunali me forte as-

[b] *Non modo in triviis et a populo.* [c] *Magna vero pars eorum qui recte dixerunt.* [d] *Abundare.* [e] *Utilia ad vitam.*

[13] '*Plebe vulgaria.* Quidam liber calamo exaratus *vulgare;* sed illud magis est e Gellii consuetudine: quod semel monendum est, ne sæpius cogamur repetere.' *Carrio.*—14 '*Sed in foro.* Vulgo *sed in foro et in comitio apud tribunalia:* quasi nusquam nisi in comitio sint tribunalia. Membranæ copulam illam *et* omittunt; itaque legunt *sed in foro, in comitio, apud tribunalia:* elegantissime.' *Idem.*—15 '*Magnam partem.* Nota distinctionis locum corrupit. Putarunt Gellium dixisse *magnam partem superesse*, deque eo anquisivisse, et esse interpretatum, 'magnam partem superfluere.' Atqui aliter longe locutus est Gellius. Igitur distinctionem muta, et scribe: *magnam partem*, superesse, *ita dixerunt;* ut illud 'magnam partem' non ad 'superesse,' sed ad 'dixerunt' referatur.' *Idem.*—16 '*Serus vehat. Serus* deest duobus libris Puteani et antiquissimis omnibus editionibus. Apud alios tamen Satiræ Varronianæ titulum ita conceptum invenio: *Nescis quid serus vesper vehat.*' Idem.—17 '*In convivio.* Varronis locus corruptus videtur. Puto autem ex lib. XIII. cap. 11. ubi idem adducitur, legendum esse: *Et in convivio legi non omnia debent, sed, etc.* Scioli autem corrupisse videntur omittentes *Et*, et mutantes *non* in *nec.*' Otho.—18 '*Simul sint* βιωφελῆ. Ita edidi ex Regio libro, cum iste modus requiratur. Vulgo perperam editur *sunt.*' Jac. Gro-

NOTÆ

[b] *Foro*] Forum locus a ferendo dictus est proprie, ubi res omnes venales exponuntur. Hic tamen sumitur pro loco ubi judicia exercentur.

[c] *Comitio*] Comitium est conventus populi a comeundo seu coëundo sic appellatus.

[d] *Nescis quid vesper*] Proverbium est, quo monemur ne insolescamus, si primi rerum eventus nostris votis respondeant, cum de futuris successibus incerti simus. Si mane serenius cœlum affulserit, non continuo vesperi sudum erit; ita ex bonis initiis felices exitus nemo sibi certo polliceatur.

[e] *Prætoris*] Primis Romanæ Reip. temporibus, ut testatur Varro apud Nonium, 'iidem dicebantur Consules et Prætores: quod præirent populo, Prætores: quod consulerent Senatum, Consules.' Itaque juxta men-

sistere, atque ibi advocatum non incelebrem sic postulare, ut extra causam[19] diceret, remque, quæ agebatur,[20] non attingeret; tunc Prætorem ei, cuja res erat,[f] dixisse, advocatum eum non habere: et cum is, qui verba faciebat, reclamasset, 'ego illi V. Cl. supersum:' respondisse Prætorem festiviter: 'tu plane superes, non ades.'[g] 3. M. autem Cicero in libro, qui inscriptus est de jure civili in artem redigendo, verba hæc posuit: 'Nec vero scientia juris majoribus suis Q. Ælius Tubero[f] defuit; doctrina etiam superfuit:'[h] in quo loco 'superfuit' significare videtur, 'supra fuit' et 'præstitit,'[1] superavitque majores suos doctrina sua superfluenti,[i] tum et nimis abundanti: disciplinas enim Tubero Stoicas et dialecticas percalluerat.[k] In libro quoque de Rep. secundo idipsum verbum Ciceronis non temere transeundum. 4. Verba ex eo libro hæc sunt: 'Non

[f] *Ad quem ea res spectabat.*
[g] *Tu certe hic intempestive es, non auxiliaris.*
[h] *Antecelluit.* [i] *Copiosissima.* [k] *Egregie tenuerat.*

nov.—19 '*Ut extra causam.* Ita recte Carrio. vulgo, *ut quam causam*, nisi pro *quam quum* legendum sit. Advocati autem, uti olim, ita et hodie quidam inveniuntur venditores inanium verborum.' *Thysius.*—20 '*Remque, quæ agebatur.* Non indocte Barthius, *qua de agebatur:* sed illud tenent scripti, et solicitandi nulla ratio est.' *J. F. Gronov.*—1 '*Superfuit, significare videtur, supra fuit et præstitit.* Barbarismum esse criminatur Barthius: neminem legendo unquam comperisse dici 'supra esse alicui:' ne Afrorum quidem, quod genus aliarum rerum audacissimum sit, ita posuisse. Sed τὸ *alicui* non est apud Gellium: qui *supra fuit* dixit, quemadmodum ter Virgilius: 'et

NOTÆ

tem Varronis, cui Tullius suffragatur, Prætores dicti sunt quasi præitores, quod tanquam duces exercitui præirent. Horum tamen appellatio post annum U. C. CCCLXXXVIII. longe aliter accepta. Cum enim in bellis finitimis occupati Consules juri dicundo in Urbe præesse non possent; Prætor primum creatus est, qui hoc munere fungeretur; tum quod hic, peregrinis confluentibus ad jus petendum, non sufficeret, factus est alius Prætor anno DXII. Ita Prætores duo fuere, alter urbanus qui civibus, alter peregrinus qui peregrinis jus redderet. Livius, &c.

[f] *Q. Ælius Tubero*] Hic Tuberonis historici filius, quem doctissimum fuisse juris publici et privati, et complures utriusque operis libros reliquisse, testatur Pomponius. Eum Cicero propinquum vocat initio orationis pro Ligario. Cave autem illum cum Q. Ælio Tuberone Oratore, aut cum L. Ælio Tuberone historico confundas.

gravarer, Læli, nisi et hos velle putarem, et ipse cuperem te quoque aliquam partem hujus nostri sermonis attingere: præsertim cum heri ipse dixeris, te nobis etiam superfuturum.[l] Verum, si id quidem fieri non potest,[2] ne desis omnes te rogamus.' Exquisite igitur et comperte[m] Julius Paulus dicebat, homo in nostra memoria doctissimus, 'superesse' non simplici ratione dici[n] tam Latine, quam Græce: Græcos περισσὸν in utramque partem ponere;[3] vel quod supervacaneum esset, ac non necessarium, vel quod abundans nimis et affluens et exsuperans. 5. Sic quoque nostros veteres 'superesse' alias dixisse, pro superfluenti et supervacuo[4] neque admodum necessario, ita ut supra posuimus Varronem dicere: alias ita, ut Cicero dixit, pro eo quod copia quidem et facultate ceteris anteiret, supra modum tamen et largius prolixiusque flueret, quam esset satis.[o] Qui dicit ergo superesse ei, quem defendit, nihil istorum vult dicere: sed nescio quid aliud indictum insci-

[l] *Te superaturum nos.* [m] *Eleganter et vere.*
[n] *Non uno tantum modo sumi.* [o] *Quam oporteret.*

toto vertice supra est.' *J. F. Gronov.*—2 'Reg. habet, *verum id quidem f. n. p.* sine vocula *si*, quæ vera manus Tullii fuit.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'τὸ *si* abest.'—3 '*Græcos περιεῖναι in utramque partem ponere.* Sic Carrio, cum esset, *Græcos enim περιεῖναι etiam in utraque parte ponere.* Princeps editio: *Græcos enim περιεῖναι id est, vivere adesse vicisse etiam in utraque parte ponere.* Veneta Pincii similiter, nisi quòd *tam* pro *etiam*. Facile intelligeres τὰ, *id est, vivere adesse vicisse* interpretis esse: itaque in Aldina sublata sunt. Carrio nescio cui veteri editioni attribuit: *Gr. en. περιεῖναι vivere adesse vicisse tam in utraque.* Hoc arripuit vir doctus, et τὰ *vivere adesse* quidem pro expositione delevit, at ex *vicisse tam* conjecit *vicissatim.* Sed contundunt contemnuntque ista Regius et (qui alioqui pauca suis literis Græca expressa habet, quod unum ei ad summam bonitatem deest) Rottendorfianus exhibendo plane ac perspicue: *Græcos enim περισσὸν in utramque partem ponere.* Mox etiam uterque, *sic nostros quoque veteres.*' J. F. Gronov. 'Certe περισσὸν mox a Gellio explicatur; istud adjectivum dico, non περιεῖναι, non verbum: nec quisquam aperit, unde editiones receperint illud περιεῖναι, quod idcirco jussi facessere ex hac restitutione Gellii.' *Jac. Gronov.* περιεῖναι dant Delph. et Lugd. Bat.—4 *Pro superfluenti et supervacuo.* Tres nostri: *pro superfluenti et vacuo.* Regius, *pro superfluenti et vacibo:* hoc est, *vacivo.* Utrumque doctius. Nam et *vacuum* pro supervacuo exquisitum, et *vacivus* pro vacuo antiquum et Plautinum est. Tres libri quoque apud Carrionem *vacuo:* sed hæc librariorum σφάλματα sunt, inquit ille. Longe secus sentio. Suetonius Claudio IX. 'In vacuum lege prædiatoria venalis pependerit.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*et vacuo.* Et post, *super modum*, pro *supra modum.*'—5

tumque[5] dicit.[p] 6. At ne[6] Virgilii quidem poterit auctoritate uti, qui in Georgicis ita scripsit:

'Primus ego[g] in patriam mecum, modo vita supersit:'

hoc enim in loco Virgilius ἀκυρώτερον[q] verbo[7] usus videtur; quod 'supersit' dixit pro longinquius diutiusque adsit. Illud contra ejusdem Virgilii est aliquanto probabilius:

'Florentisque[8] secant herbas, fluviosque ministrant,
Farraque, ne blando nequeant superesse labori:'[r]

significat enim supra laborem esse, neque opprimi a labore. An autem 'superesse' dixerint veteres pro restare et perficiendæ rei deesse,[9] quærebamus. 7. Nam Sallustius in significatione ista non 'superesse,' sed 'superare' dicit. Verba ejus in Jugurtha[h] hæc sunt: 'Is plerumque seorsum a rege exercitum ductare, et omnis res exequi solitus erat, quæ Jugurthæ fesso aut majoribus astricto superaverant.'[s] Sed invenimus in tertio Ennii[i] annalium in hoc versu,

'Inde sibi memorat unum superesse laborem,'

id est, reliquum esse et restare. Quod quia, id est, divise pronuntiandum[10] est, ut non una pars orationis esse videa-

[p] *Quod prius neque dictum neque scitum est.* [q] *Minus proprie.*

[r] *Et secant herbas florentes et præbent aquas fluviatiles, et frumenta, ut possint sufficere labori jucundo.*

[s] *Is mandato regis sæpe ducebat exercitum, et omnia solebat perficere, quæ superaverant Jugurthæ fatigato et occupato gravioribus negotiis.*

'Gellius scripsisse mihi videtur *indoctum inscitumque*, sicuti idem adverbia 'indocte et inscite' conjungit lib. XIX. cap. 8.' *Falster.*—6 Ascripsit Sciopp. *Ac ne.*—7 '*Virgilius ἀκυρωτέρῳ verbo.* Sic Carrio. Priores, ἀκυρώτερον. Nostri: *hoc enim in loco Virgilius ἀκυρώτερον eo verbo usus est.*' J. F. Gronovius. Ascripsit Scioppius, ἀκυρότερον *eo.*—8 Hodie in Virgilio legitur, *Pubentesque.*—9 'Vet. ed. *adesse.*' Thys.—10 '*Quod quidem divise pronuntiandum est.* Binæ membranæ apud Carrionem ut et nostræ primaque Veneta editio: *quod quia id est divise.* Videri fuisse in autographo, *quod quia idem*

NOTÆ

[g] *Primus ego*] Vers. 10. lib. III. Georg.

[h] *Jugurtha*] Vide quæ annotavimus in Metello Numidico.

[i] *Ennii*] Q. Ennius poëta res Romanas versibus persecutus est. Natus anno U. C. DXIV. septuagenario major obiit Olymp. CLII. anno IV. U. C. DLXXXVI. ante Christum CLXIX.

tur, sed duæ. 8. Cicero autem in secunda Antonianarum,[11] quod est reliquum, non 'superesse,'[k] sed 'restare' dicit. Præter hæc, 'superesse' invenimus dictum pro 'superstitem esse.'[t] Ita enim scriptum est in libro Epistolarum M. Ciceronis ad L. Plancum et in Epistola Asinii Pollionis[12] ad Ciceronem verbis his; 'Nam neque deesse reip. volo, neque superesse.' Per quod significat, si respublica emoriatur et pereat, nolle se vivere. 9. In Plauti autem Asinaria[u] manifestius idipsum scriptum est in iis versibus, qui[13] sunt ejus comœdiæ primi;

> **'Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ**
> **Superesse vitæ sospitem et superstitem.'[x]**

[t] *Vivere post mortem alicujus.* [u] *Comœdia, cui nomen Asinaria.*
[x] *Quemadmodum vis tuum unicum filium salvum vivere post tuam mortem.*

---

est, et factum ex *idem τὸ id est* (ut quidem voluisse eum puto: nam expressum est *idem* ex *id est*) censet Carrio. Ego vero etiam quid hic sit, *quia idem est*, prorsus ignoro: certum autem habeo excidisse vocem Græcam, quæ significet id, quod sive Gellius, sive aliquis interpres reddidit *divise*. Atque id potest fuisse διῃρημένως vel διαιρετικῶς.' *J. F. Gronov.* 'Egregium profecto est suspicionis paternæ initium, qua Græcam vocem interiisse conjectat, quæ mox explicetur Latine: quam etsi repetere nequiverit, ut non omnibus dantur omnia, sic sufficit hactenus sensum hujus loci stabilivisse. Porro attendi oportet ad literas vocis *quia*, quæ subditæ fuerunt Græcis, et manifeste docent esse vocem δίχα, quam sic intercidere permiserint librarii, ut dixerunt Græci δίχα ὄντας, δίχα γιγνομένους, quod notum est. Sic in Virgilio 'Jamque adeo super unus eram.'' *Jac. Gronov.* 'Sed fortassis legendum est: *Quod, qua id est, divisæ, etc.* i. e. qua id significat, quemadmodum sæpius *τὸ est* usurpatur.' *Otho.* '*Quod quidem, &c.* Hæc verba glossema sapiunt. Venet. antiqua, *quod quia i. divisæ.* sensum puto, pronuntiari quidem divise, sed revera unam esse dictionem.' *Thysius.*—11 Reg. Rott. Scheff. *Antioniarum.*—12 '*M. Ciceronis ad Plancum, etc.* Vulgo, *ad L. Plancum et in epistola M. Asinii Pollionis.* Prænomen utrumque a quibusdam membranis abest.' *Carrio.* Vid. Not. Var. 'Asinio verum est *C.* non *M.* prænomen deberi. Sed quid necesse est copulam exigi? quam et servant nostri et studiose ab auctore interpositam puto: ut in illo, 'in dies triginta inque denarios centenos.' Si qui acceperunt impetite, ipsi luant; non Gellius, qui recte scripsit: *in libro epistolarum M. Ciceronis ad L. Plancum, et in epistola C. Asinii Pollionis.* Quasi esset, *et quidem in epistola.*' J. F. Gronovius. —13 Vulgo *verbis quæ, &c.*—14 '*Pravitas omnis.* Emendavit egregie hunc

NOTÆ

[k] *Non superesse*] Aberrat in hac observatione Gellius. Nam quod est reliquum, 'superesse' dixit identidem Cicero, ut pro Marcello N. XXII. 'omnes enim, qui fuerunt inimici, aut sua pertinacia vitam amiserunt, aut tua misericordia retinuerunt: ut aut nulli supersint de inimicis, aut qui superfuerunt amicissimi sint.' Cetera testimonia prætermitto.

Cavenda igitur est non improprietas solum verbi, sed etiam pravitas ominis,[y] [14] [l] si quis senior [15] advocatus adolescenti superesse se dicat.

[y] *Augurium sinistrum.*

locum Jos. Mercerus ad epistolam tertiam Aristæneti, et non magis mirum putat in hoc loco hæsisse vocem *omnis* pro *ominis*, quam in locis Appuleii; et ita locum deserit ut clarum satis per se, qualis certe est. Triginta annis post Casp. Barthius in Adversariis, ubi et Aristæneti illustrationi locum præbuit, et Mercerum nominavit, in hac repetita Gellii emendatione addidit explicationem hujus ominis, quæ cuilibet attendenti debet in mentem venire. Porro post annos xx. processit Lambecius, et non solum eandem Barthio rationem cum hoc loco, qui scilicet jam in furtum inciderat, deducit, sed etiam se mendacii alligat, dum prætexit cum sensu id postulare Ms. Codex enim Regius omnino habet *omnis*, idque ipse scivit, qui in codice, quo usus fuit ad conferendum, scripsit *ominis l.* id est, legendum, etsi non sit ita in codice vetere. Hæc cum sit causa hujus loci, notat tamen Prousteus: 'Ita ex Ms. corrigit Lambecius:' ut scias illum hominem libenter auscultare ei, qui mentitur. Oportuit ita declarari tibi historiam hujus correctionis.' *Jac. Gronov.* 'In omnibus edd. quas vidi, legitur *omnis*, nisi quod in antiquiss. Veneta *ois*, forsan pro *ominis*. Lambecius in Ms. se ita invenisse affirmat. Ita quoque emendavit Mercerus ad lib. I. Ep. 3. Aristæneti.' *Thysius.*—15 Ascripsit Sciopp. *seniorum.*

NOTÆ

[l] *Pravitas ominis*] Ita ex Ms. corrigit Lambecius, cum prius *pravitas omnis* legeretur. Putat enim adolescenti mortem immaturam infelici omine prænuntiari, si ei senior advocatus, quasi illo mortuo in vivis superstes esse dicatur. Quippe juxta naturæ leges æquum est, ut qui prior natus est, prior moriatur.

CAP. XXIII.

Quis fuerit Papirius Prætextatus: quæve istius causa cognomenti sit, historiaque ista omnis super eodem Papirio cognitu jucunda.

HISTORIA de Papirio Prætextato [a] dicta scriptaque est a

NOTÆ

[a] *Prætextato*] Prætexta genus erat vestimenti oblongum et talare, cujus in infima ora prætexebatur limbus purpuræ. Prætextam induere quatuor hominum genera solebant: primo pueri nobiles ad XVII. ætatis annum: deinde magistratus omnes urbani: tum in ludis compitalitiis magistri collegiorum: denique senatores in festis Deorum celebrandis.

M. Catone in oratione, qua usus est ad milites contra Galbam,[b] cum multa quidem venustate atque luce atque munditia verborum.[a] Ea Catonis verba huic prorsus commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cum hæc dictavi.[b] Quod si non virtutes dignitatesque verborum,[c] sed rem ipsam scire quæris; res ferme [16] ad hunc modum est. Mos antea senatoribus[c] Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. 2. Cum in Senatu res major quæpiam consultata,[17] eaque in diem posterum prolata est;

[a] *Puritate sermonis.* [b] *In his libris inseruissem verba Catonis, si tempore, quo dictabam ista, habuissem librum Catonis.*
[c] *Quod si non quæris vim et splendorem orationis.*

16 '*Scire quæris, res ferme.* Ita omnes membranæ et editiones. In optimis tamen est *scire quæres ferme ad hunc:* voce illa *res,* quæ iterum inculcatur, omissa. quod et Buslidianus liber quodam modo repræsentat. Ego vulgatam lectionem huic non postpono; quam in mea etiam editione, si cum bona typographorum gratia potuisset fieri, retineri optabam. Igitur reponatur.' *Carrio.* '*Ferme ad hunc modum est.* Ergo viri docti condemnant et pro insititio spernunt vocem, quæ in Regio Ms. est. Quod tolerari non placet, et propterea suum locum illi restitui.' *Jac. Gronov.*—17 '*Cum in Senatu res major quæpiam consultata.* Valde laborat et in universa hac periodo constituenda et in verbis nonnullis Carrio: parum tamen aut nihil efficit. Nam si compingi unam in periodum oportet, *cum in Senatu,* et *Mater Papirii,* ut vulgo distinguitur, necessario *prolata esset, placuissetque,* scribendum est. Itaque non sibi constat in eo quod edidit, adoptatque ex veteri editione, *Tunc quidem in Senatu.* Affert tamen et ex Put. membranaceo: *Tum cum in Senatum res major quæpiam consulta, eaque in diem posterum prolata est.* In quo miror eum non vidisse τὸ *consulta* multo magis Gellianum esse quam *consultata.* Regius quoque et Fulvianus et Scheff. *Tum cum in senatu.* Scribe: *Mos antea senatoribus Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire. Tumque in Senatu res major quæpiam consulta, eaque in posterum diem prolata est, placuitque, ut hanc rem, super qua tractavissent, ne quis enuntiaret, priusquam decreta esset. Mater Papirii, etc. Tumque,* id est, et illo tempore.' *J. F. Gronov.* 'Et sermo quidem sic procedit optime: sed ista mutatio vocis *cum,* servatæ in omnibus scriptis libris, est paulo licentior; quam ideo vide an sic servare præstet:

NOTÆ

[b] *In oratione .... contra Galbam*] Lusitanis a Ser. Galba Prætore contra interpositam fidem interfectis; T. Libone tribuno pleb. populum incitante, et rogationem in Galbam ferente, M. Cato legem suadens in Galbam multa dixit.

[c] *Senatoribus*] Senatores propter ætatem seniorem, patres propter paternum in populum amorem appellati, primum a Romulo centum instituti sunt: numerus paulo post ad ducentos, adeoque sub Tarquinio Prisco ad trecentos excrevit: ex equestri ordine senatorium in ordinem ascripti dicebantur patres conscripti. Latum clavum et calceos lunatos pro insignibus gerebant. Census senatorius ante Augustum fuit sestertium DCCC. millia.

placuitque ut hanc rem, super qua tractavissent, ne quis enuntiaret priusquam decreta esset; mater Papirii pueri, qui cum parente suo in curia fuerat, percunctatur filium quidnam in Senatu Patres egissent. Puer respondit tacendum esse, neque id dici licere. Mulier fit audiendi cupidior. Secretum rei [18] et silentium pueri animum ejus [19] ad inquirendum everberat.[d] Quærit igitur compressius violentiusque.[e] Tum puer, matre urgente, lepidi atque festivi [20] mendacii consilium capit: actum in Senatu dixit, utrum videretur utilius exque republica esse,[f] [1] unusne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. 3. Hoc illa ut [2] audivit, animo compavescit:[g] domo trepidans egreditur: ad ceteras matronas defert quod audierat. Perveniunt ad Senatum [3] postera die matrum-familias cater-

[d] *Vehementer solicitat.* [e] *Vehementius*, avec plus d'empressement.
[f] *Interesse Reipub.* [g] *Terretur.*

Mos antea senatoribus Romæ fuit in curiam cum prætextatis filiis introire tum, cum in Senatu.' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *tum cum in Senatu.*—18 *Secretum rei.* Ita et Macrobius. Palatinus codex, ut annotaverat Gruterus in margine sui quondam Gellii, ita distinguebat: *mulier fit audiendi cupidior secretum rei: et silentium pueri animumque ejus, etc.*' Thysius.—19 '*Silentium deberi puer affirmans.* Suspectus incipit mihi fieri Buslidianus ille ubique supplementis tumens. Quis non videt hoc esse a mala manu? multoque commodius omnes alios libros: *Secretum rei et silentium pueri animum ejus ad inquirendum everberat.* Ille tamen docet etiam nihil magis proprie dictum, et ex promisso debitum sequi, et in jure civili generale verbum *debendi* esse, tum Reipublicæ debitores ex reliquatione et pollicitatione fieri. Hoc scilicet deerat. Nesciremus alioqui jurisconsultum fuisse. Pro *everberat* Pricæus *evibrat* ex cap. 11. hujus libri.' *Jac. Gronov.*—20 'Non displicet quod in melioribus Puteani membranis itemque collectaneis invenio *lepidi atque festivi.* Aliam tamen scripturam non damno.' *Carrio.*—1 '*Utilius magisque e republica esse.* Ex Macrobio hoc inflixit Nostro Ludovicus, cum omnes editi scriptique: *utrum videretur utilius exque republica esse.* Quod ego exquisitum et simile ducebam illi apud Senecam de Const. Sap. II. 'Ut quisque contemtissimus et ludibrio est, ita solutissimæ linguæ est.' Et apud Livium lib. I. 'Eo majore gaudio quo prope metum res fuerat.'' *J. F. Gronov.* '*Exque republica esse.* Sic omnes membranæ Gellianæ, nisi quod in unis Puteani deest *esse.* Veteres ita loquebantur, ut 'aliquid ex republica esse' dicerent. An vero dixerint, *utilius exque republica esse*, ignoro. Itaque amplector manuscriptam Macrobii lectionem, quæ habet: *Utilius magisque ex republica esse*, quod aperte verum est.' *Carrio.*—2 Ascripsit Sciopp. *illa ubi.* —3 'Codex Palatinus, *Egreditur ad ceteras matronas, pervenit ad Senatum, &c.*' Thys. '*Ad ceteras matronas.* Imperfecta est hæc in vulgatis libris oratio: *ad ceteras matronas pervenit. Ad Senatum postridie matrumfamilias caterva lacrymantes atque obsecrantes orant.* 'Ad Senatum orare' Latinum non est; multo minus 'obsecrantes adorare:' neque tamen rectius pleræque membra-

va: lacrymantes atque obsecrantes orant una potius ut duobus nupta fieret, quam ut uni duæ.[h] Senatores ingredientes in curiam, quæ illa mulierum intemperies[i d] et quid sibi postulatio isthæc[4] vellet, mirabantur. Puer Papirius in medium curiæ progressus, quid mater audire institisset,[k] quid ipse matri dixisset, rem, sicuti fuerat, denarrat. 4. Senatus fidem atque ingenium pueri deosculatus[l 5] consultum[e] facit,[m] uti posthac pueri cum patribus in curiam ne introëant, præter ille unus Papirius:[6] eique puero postea cognomentum, honoris gratia, inditum Prætextatus: ob loquendi tacendique in ætate prætextæ prudentiam.[n 7]

[h] *Quam ut duæ mulieres nuberent uni viro.* [i] *Insania.* [k] *Efflagitasset.* [l] *Blande approbans.* [m] *Fert decretum.* [n] *Quæ erat infra annum decimum sextum.*

----

næ. Solus liber Buslidianus, *domo trepidans egreditur, ad ceteras matronas defert, quod audierat.* Quæ scriptura prope eadem est in Macrobio, nisi quod quædam desunt; nimirum ita, *ad ceteras matronas affert, postridieque, etc.*' Carrio. 'Itaque istud Buslidiani codicis specimen adeo placuit, ut novas editiones omnes occupet, cum tamen nec in Regio nec in Rott. nec in Scheff. exstent illa *defert quod audierat.* Ac licet Carrio expedire se hinc nequiverit, est tamen ratio expediendi satis commoda, quam videtur offerre codex Regius, unde hanc distinctionem notavi: *domo trepidans egreditur ad ceteras matronas, pervenit ad Senatum postridie matrumfamilias caterva. Lacrymantes atque, etc.* Eamque in hac editione sequerer, si torrenti horum dierum possem resistere. Etiam Ms. Regius et Rottend. *Hoc illa ubi audivit.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*defert quod audierat* absunt.' Idem ascripsit *pervenit.*—4 Idem '*isthæc* i. v. c. *ista hæc* al. Ms.'—5 'Palatinus *exosculatur*, id est, blande approbat.' *Thys.* '*Exosculatur: consultum facit.* Ita vulgo. Uterque vero liber Puteani *deosculatur.* Optime Buslidianus *deosculatus consultum facit.* 'Consultum facere,' pro '*senatusconsultum condere*' vix alibi, credo, invenias.' *Carrio.* 'Mssti tamen et Reg. et Rott. et Scheff. *exosculatus* vel *exosculatur.* Et 'facere' vel 'fieri senatusconsultum' ubique occurrit, cum vero pars prior antecesserit, an non recte putat omitti postea, ut 'Senatus' dicatur 'facere consultum?' Tum Reg. et Scheff. *atque puero.*' Jac. Gronov.—6 '*Ne introëant nisi ille unus Papirius.* Lincoln. *introëant præter unus ille Papirius.* Rottend. *præter ille unus Papirius hocque puero postea.* Regius: *præter ille unus Papirius, atque puero postea cognomentum honoris gratia inditum Prætextatus.* Nec dubito, quin idem invenerint Carrio et eclogarii mei, sed id tanquam insolens et non ferendum insuper habuerunt: perinde ut Macrobius, qui reddidit, *præter illum unum Papirium.* Muretus certe in Fulviano sibi lectum testatur, *ne introëant præter ille unus Papirius.* Quod in Excerptis, quæ habeo, prætermissum est.' *J. F. Gronov.*—7 '*In ætate prætextata prudentiam.* Miror hic mutum Carrionem, cum Reg. et Rot-

NOTÆ

[d] *Intemperies*] Vide Notas superiores in cap. 17.

[e] *Consultum*] De Senatus consultis agetur lib. XIV. cap. 7.

tend. *in ætate prætexta prudentiam*: quemadmodum et apud Macrobium extat.' *Idem*. *Prætextatæ* ascripsit Sciopp. *Prætextata* dant Delph. Lugd. Bat. J. F. Gronov.

CAP. XXIV.

Tria epigrammata trium veterum poëtarum,[8] *Nævii, Plauti, Pacuvii, quæ, facta ab ipsis, sepulcris ipsorum incisa sunt.*[a]

TRIUM poëtarum illustrium epigrammata, Cn. Nævii,[a] M. Planti, M. Pacuvii,[b] quæ ipsi fecerunt, et incidenda suo sepulcro reliquerunt, nobilitatis eorum gratia et venustatis, scribenda in his commentariis esse duxi. Epigramma Nævii plenum superbiæ Campanæ:[b] quod testimonium esse justum potuisset,[c] nisi ab ipso dictum esset;

'Mortalis immortalis[9] flere si foret fas:
Flerent divæ Camœnæ[c] Nævium poëtam.
Itaque postquam est Orcino[10] traditus thesauro;[d]

[a] *Inscripta sunt.* [b] *Propria Campanorum.*
[c] *Quod potuisset esse legitimum elogium.*

---

8 'Unæ membranæ Puteani apud Carrionem *Trium p. illustrium tria epigrammata*.' Jac. Gronov.—9 '*Mortales immortales*. Ita verborum ordinem mutavimus secuti optima collectanea, in quibus hujus capitis verba nulla præter istæc tria epigrammata fuerunt. Igitur in illis est, quod probavimus: rectene an secus, alii judicent. Omnes alioquin libri et nuper et olim vulgati *Immortales mortales si foret fas flere*.' Carrio. 'At mallem veterem ordinem in his certe, *Immortalis mortalis*, retineri, ut ὀξυμόρῳ dictum pro divis, qui proxime ad humanam conditionem accederent, quales finxere Musas. Quemadmodum infra in Plauti epigrammate, 'numeri innumeri,' sunt numeri qui proxime ad prosam accedunt.' *Otho*.—10 '*Itaque postquam est Orchino*. *Orcino* in Notis recte Carrio, ut 'Orcini liberti,' 'Orcini senatores,'

NOTÆ

[a] *Cn. Nævii*] Cn. Nævius natione Campanus, professione poëta comicus fuit: scripsit comœdias aliquot et carmen de bello Punico, quo se meruisse stipendia testatur; decessit Olympiade CXLIV. quod in Chronico testatur Eusebius, id est, anno ante Christum CCIV. Consule Gellium lib. XVII. cap. 21.

[b] *M. Pacuvii*] M. Pacuvius Q. Ennii nepos, tragicorum, auctore Tullio, facile primus. Floruisse dicitur Olymp. CLVI. anno Urbis DC. ante Christum CLIV. prope nonagenarius obiit.

[c] *Camœnæ*] Musæ Jovis et Memoriæ filiæ, a cantus amœnitate dictæ sunt Camœnæ.

[d] *Orcino* [*Orchio*] *traditus thesauro*] Per Orchium thesaurum intelligitur

Oblitei sunt Romæ loquier[d] Latina lingua.'[11]

2. Epigramma Plauti: quod[12] dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum fuisset in libro de poëtis primo:

'Postquam morte datu'st[13] Plautus, comœdia[f] luget;

[d] *Si Diis liceret lugere homines, Deæ Musæ lugerent poëtam Nævium. Quapropter postquam datus est sepulcro, Romæ obliti sunt homines Latine loqui.*

'Orciniana sponda.' Acidalius malit, *Ita qui postquam*. Si quid mutandum, potius vellem, *oblitæ sunt*.' J. F. Gronov. '*Orchio traditus*. Ita omnes libri et excusi et calamo exarati. Solus Buslidianus *Orchi traditus thesauri*. Cælius notavit Minutianum nescio quem de orthographia *Orci thesauro* his in versibus legisse. Sola collectanea *Orchino thesauro*. Fuit, qui *Orcino* legendum putaret; quod non admitto, quanquam Victorium, Sigonium, et Turnebum in ea sententia fuisse non ignorem.' *Carrio*. In Reg. est *Orcho*. In Rott. *Orchio:* quod et dat Delph. *Orcho* ascripsit Sciopp.—11 '*Lingua Latina loquier*. Hic iterum verborum ordinem mutavi secutus eadem collectanea et plerasque membranas: in quibus est; *Obliti sunt Romæ loquier Latina lingua*. In unis tamen iisque recentioribus Puteani membranis erat, *loquier lingua Latina*. Elige utrum liber.' *Carrio*. '*Loquier Latina lingua*. Sic Ludovicus, cum esset *Latina lingua loquier*. At quod in unis ejus et illis recentioribus erat membranis, id satis antiquæ et optimæ probant nostræ in Reg. Rottend. Lincoln. *loquier lingua Latina*. Acidalius cur maluerit *loquri*, rationes edat ipse.' *J. F. Gron.*—12 '*Epigramma Plauti quod*. Vulgares editiones; *Epigramma Plauti: quod dubitassem modo an Plauti foret*. Omnes membranæ; *quod dubitassemus an Plauti foret*. Optime. Meliores tamen Puteani; *Epigramma Plauti quidem dubitassemus an Plauti foret*. Quam scripturam nostræ præferrem, nisi viderem eum supra ita etiam absolute dixisse 'Epigramma Nævii;' ut hic nullo adjuncto *Epigramma Plauti*.' Carrio. 'Videtur illud *quidem* in Puteanis extitisse ex corrumpendo scripturam veterem *quod nos dubitassemus*. Sed et Ms. Regius *positum esset*.' Jac. Gronov.—13 '*Est morte captus*. Sunt qui in vetere nescio quo codice *mortem aptus* extare monuerunt, quam ego scripturam in nullo hactenus exemplari potui reperire. Quod si ibi esse verum est, nihil potest commodius excogitari. 'Aptus' ab 'apiscor,' qua voce Veteres omnes sunt usi et nos de ea alibi diximus. Quædam membranæ; *mortem nactus*. Quod glossema videtur esse, et alterius illius interpretatio. Plures tamen libri manuscripti, *morte captus*. In collectaneis est; *morte catus*. Hinc feci; *morte datus;* quod hoc in antiquo exemplari se reperisse vir mihi doctus asseveraret. *Morte*, pro *morti*.' Carrio. Ascripsit Sciopp. 'V. C. *mortem aptus*, vel *adeptus*.' '*Postquam morte datust Plautus*. Sic habere meliores codices Mss. notat ad Catalecta Scaliger, atque ita legendum esse decernit. Alciatus, *Postquam est morte captus*, vel *catus* pro al-

NOTÆ.

sepulcrum, qui vere Plutonius est thesaurus. Orcus, quem Veteres Orchum dixere, idem erat ac Pluto Deus Inferorum.

[e] *Loquier*] Poëtis olim fuit in more positum præsenti tempore infinitivi passivi aut deponentis addere *er*. 'Venerarier,' 'dicier,' &c.

[f] *Comœdia*] Ludicrum carminis genus, sic dictum ἀπὸ τῶν κωμῶν pagis, et τῆς ᾠδῆς cantilena: scilicet primis comœdiæ temporibus solebant actores ora peruncti fæcibus vicos circumcursare, et quæstus causa e plau-

Scena[e] est deserta: dein Risus,[14] Ludu', Jocusque,[15]
Et numeri innumeri[h] simul omnes collacrymarunt.'[e]
Epigramma Pacuvii verecundissimum[f] et purissimum, dignumque ejus elegantissima gravitate:
'Adolescens,[g] tamen etsi properas, hoc te saxum rogat,
Utei ad se aspicias: deinde quod scriptu'st legas.[16]

[e] *Postquam Plautus mortem obiit, comœdia lacrymatur, theatrum desertum est: præterea risus, et ludus, et jocus, et versus, et prosa omnes simul fleverunt.*

[f] *Modestissimum.*

[g] *Juvenis, quanquam festinas, tamen a te petit hoc sepulcrum, ut oculos ad se conjicias, tum legas quod scriptum est. Hic jacent ossa Pacuvii poëtæ. Hoc volebam te scire. Vale.*

tero: quod rejicit Gerh. J. Vossius, et veram scripturam esse ait veterum librorum: *Postquam est morte datus. Morte* pro *morti*, lib. II. de Arte Gram. cap. 16. Carrio autem scribit esse qui in veteri nescio quo codice *mortem aptus* extare monuerint: quam scripturam in nullo exemplari se reperire potuisse. Quid dicas, nisi hac parte infelices fuisse? Ego e Regio fida manu exsignatum, in Rott. cum maxime his oculis scriptum video: *Postquam est mortem aptus Plautus.* Fatetur tamen Carrio, si hoc Mss. fovere verum sit, nihil posse commodius excogitari. Idem significat Fulvianus, qui *mortem adeptus.* Quod igitur omen suis in Plautum Divinationibus dedit Valens, cum in ipso aditu hoc Plauti elogium tam immisericorditer excarnificabat? Τῶν ἀδυνάτων facit sibi versibus longis vel heroicis usum Plautum. *Mortem aptus* nullo quantumvis insubido scriptore, nedum Plauto dignum pronuntiat: denique senarios expatrat: *Postquam Marcu' Attius Plautust demortuus, Deserta scena est et luget comœdia.* Postremum, *Et numeri innumeri simul omnes conlacrymant:* nam tertio fatetur se medicum non esse. Utinam nulli horum esse voluisset!' *J. F. Gronov.* 'Vulgo legitur *captus*, legi potest *raptus*, vel *aptus*.' Thys.—14 '*Scena est deserta deinde risus.* Ita omnes editiones. At meliores membranæ; *dein risus.* Aperte verum.' *Carrio.*—15 '*Ludusque jocusque.* Fecit hæc vitiata in recentioribus editionibus scriptura, ut viri docti locum tentarint; atque ita scripserint: *Scena est deserta: hinc ludus, risusque jocusque.* At veteres editiones et omnes membranæ; *risus ludus jocusque.* Nihil fuit facilius quam scribere: *Scena est deserta: dein risus, ludus, jocusque.* Sed videlicet deterruit eos ab hac scriptura intervallum literæ *a* in *deserta*, item postrema in *ludus.* Cum tamen, eo præsertim loco, illam literam Veteres sæpissime longam constituerint, et aliam illam in metris peremerint. Apud Ennium, Lucretium, Lucilium, et ipsum Plautum nihil est frequentius. *Ludusque* ab interprete et librario Parisiensi est.' *Carrio.* Ascripsit Sciopp.

NOTÆ

stris jocularia poëmata canere: quod testatur Horatius.

[e] *Scena*] Scena proprie locum significat ex variis arborum ramis inumbrationis causa coagmentatum, nomen habuit ἀπὸ τῆς σκιᾶς ab umbra. Cum enim primi comœdi ad solem defendendum ex ejusmodi locis vicatim fabulas agerent, ut in urbes recepti sunt, eodem nomine vocata est frons theatri in qua fabulas deinceps exhibuere.

[h] *Numeri innumeri*] Secuti sumus interpretationem Turnebi, qui per numeros intelligit strictam orationem; solutam, per innumeros: quo sensu postremam hanc vocem usurpavit Ausonius.

Hic sunt poëtæ Pacuviei Marcei sita[17]
Ossa: hoc volebam nescius ne esses. Vale.'

luctus.—16 Acidalius: *Uti ad se aspiciens eade quod scriptum est legas.*—17 '*Poëtæ Marcei Pacuvici sita.* Omnes edd. antiquæ, *Pacuvii Marci.* Scaliger mutavit in Catalectis, et secutus est Carrio, non tamen e codd. Gellianis, sed e quibusdam collectaneis ponens; *Marci Pacuvii:* et addens nihil referre quomodo scribatur. Si nihil refert, cur non relinquitur vetus? nam haud dubie membranæ ejus, ut et nostræ, *Pacuvii Marci.* Et de industria sæpe sic ordinem nominum invertisse antiquos ad Livium et Senecas diximus.' *J. F. Gronov.* *Marcei Pacuvici* Delph. Lugd. Bat.

CAP. XXV.

Quibus verbis M. Varro inducias definierit: quæsitumque inibi curiosius, quænam ratio sit vocabuli induciarum.

Duobus modis M. Varro in libro Humanarum, qui est 'de bello et pace,' 'Induciæ' quid sint definit. 'Induciæ,' inquit, 'sunt pax castrensis paucorum dierum.'[a] Item alio in loco, 'Induciæ,' inquit, 'sunt belli feriæ.'[b] Sed lepidæ magis atque jucundæ brevitatis utraque definitio, quam plena aut proba[18] esse videtur. Nam neque pax est induciæ (bellum enim manet, pugna cessat,) neque in solis castris, neque paucorum tantum dierum induciæ sunt.[20] Quid enim dicemus, si induciis mensum aliquot factis in oppida castris concedatur?[c 1]

[a] *Pax quæ fit in castris ad paucos dies.* [b] *Cessatio.*
[c] *E castris abeant milites.*

18 '*Quam plena et proba.* Quædam membranæ *quam plana et proba.* Uterque liber Puteani *quam plana et probata.* Optimæ membranæ nihil mutant.' *Carrio.* '*Quam plena aut proba esse.* Reg. quoque et Rottend. *plana*, ut omnes Carrionis, præter unas, quas optimas appellat. Lincoln. et Quintus, *planata.* Infra: 'magis festive quam aperte atque definite.' *J. F. Gronov.* '*Plena*, forsan *plana.*' Thys.—19 '*Nam neque pax.* Plenius Buslidianus, et quomodo debebat exprimi *neque pax neque feriæ sunt induciæ belli.* Eo enim pertinet, quod sequitur 'bellum enim manet, pugna cessat.' Et voluit singula Varronis verba in utraque definitione admordere.' *Carrio.*—20 '*Tantum dierum induciæ sunt.* *Induciæ sunt* abest ab optimis membranis. Unde non leviter suspicor, immo habeo affirmare, ita Gellium scripsisse: *nam neque pax neque feriæ sunt induciæ belli* (*bellum enim manet, pugna cessat*) *neque in solis castris, neque paucorum tantum dierum*, postremis illis *induciæ sunt* omissis et reliquis additis, quod quidem dubium non est.' *Idem.*—1 '*Si induciis in mensum aliquot factis castris concedatur.* Sic omnino Rot. *in mensum aliquot:* in Regio, ut et Fulviano, aberat præpositio: constabat tamen utrique ut et Schefferino, *men-*

nonne tum quoque induciæ sunt? Aut rursus quid esse dicemus,[2] quod in primo annali Quadrigarii scriptum est, C. Pontium Samnitem[a] a dictatore Romano[b] sex horarum inducias postulasse, si induciæ paucorum tantum dierum appellandæ sunt? Belli autem ferias festive magis dixit quam aperte atque definite. 2. Græci autem significantius consignantiusque[3] cessationem istam pugnæ pacticiam ἐκεχειρίαν dixerunt,[d] exemta una litera sonitus vastioris,[e c] et subjuncta[4] lenioris. Nam quod eo tempore non pugnetur et manus cohibeantur, ἐκεχειρίαν appellarunt. Sed profecto non id fuit Varroni negotium ut inducias superstitiose definiret, et legibus rationibusque omnibus definitionum inserviret. Satis enim visum est, ejusmodi facere demonstrationem; quod genus Græci τύπους magis et ὑπογραφὰς, quam ὁρισμοὺς vocant.[f] Induciarum autem vocabulum qua

[d] *Expressius cessationem illam certaminis, quæ fit ex pacto, vocaverunt cessationem a manibus.* [e] *Durioris.*

[f] *Descriptionem. Quæ species descriptionis formæ et descriptiones vocantur a Græcis potius quam definitiones.*

---

sum, Ovidio quoque et Senecæ in Tragœdiis usurpatum. Dein Reg. et Rot. *factis in oppidi castris concedatur.* Recte, modo literam commutes unam, scribasque *in oppida*. Possis etiam legere: *induciis mensum aliquot pactis.*' J. F. Gronov. 'Locus mutilatus, quem ex Ms. R. auctiorem reddo. *Quid enim dicemus, si induciis in mensium aliquot factis in oppida ex castris concedatur.* Verissime ita scripserat Gellius. Nam τὸ *in oppida* respondet illi quod paulum præcedit, 'neque in solis castris.' *Lambecius.* Ascripsit Sciopp. '*factis in opidi castris.* f. *in opidum e castris.*' 'Ex Ms. R. recte restituit Lambecius, *in oppida ex castris concedatur.*' Thys. *Ex castris* Delph.—2 *Quid esse id dicemus* ed. eadem.—3 'Reg. et Rott. *consignatiusque*, secus atque Carrioniæ.' *J. F. Gron.*—4 'Rot. et Reg. *subuita.* Lege, *subdita* vel *subjecta.*' Id.—6 Fulvianus,

NOTÆ

[a] *C. Pontium Samnitem*] C. Pontius Herennii filius, Samnitium Imperator, post exercitus Romani cladem ad furcas Caudinas, subita victoriæ conversione, ut quidam annales referunt, sub jugum ab ipsis Romanis missus est. Anno U. C. CCCCXXXIII. ante Christum CCCXXI.

[b] *Dictatore Romano*] Dictator, cujus dicto omnes audientes esse debebant, creatus est an. Urbis conditæ CCLIII. Ad VI. menses eligebatur, ut majori tum severitate, tum auctoritate, vel externi belli, vel domesticæ seditionis graviorem procellam averteret. Dictatore C. Julio Cæsare occiso, is magistratus e Repub. sublatus est anno U. C. DCCX. ante Christum XLIV.

[c] *Vastioris*] Asperior fuisset vocis sonus, si per duplex χ ἐχεχειρία dicendum erat.

sit ratione factum, jam diu est quod quærimus.[6] 3. Sed ex multis quæ jam audivimus[7] vel legimus, probabilius id, quod dicam, videtur. 'Inducias' sic dictas arbitramur, quasi tu dicas 'inde uti jam.' Pactum induciarum hujusmodi est, ut in diem certum non pugnetur, nihilque incommodi detur:[8] sed ex eo die postea uti jam omnia belli jure agantur. Quod dicitur dies certus præfinitus,[9] pactumque fit, ut ante eum diem ne pugnetur, atque is dies ubi venit inde uti jam pugnetur: idcirco ex iis, quibus dixi, vocibus, quasi per quendam coitum[10] et copulam nomen induciarum connexum est. 4. Aurelius autem Opilius,[d] in primo librorum quos Musarum inscripsit, 'Induciæ,' inquit, 'dicuntur, cum hostes inter sese utrimque utroque alter ad alterum[11] impune et sine pugna ineunt.' 'Inde ab eo,' inquit, 'nomen esse factum videtur, quasi initiæ,[12] hoc est,

Reg. Rott. *cum q.* Sciopp. ascripsit *cum diu.*—7 'Non assequor, cur viri docti contemnant, quod præbet codex Regius: *quæ vel audimus.* Equidem istud *jam* est vana repetitio. Quod prætermitti non debet, infra ubi Gellius aperit sententiam suam, et vult compositam vocem 'quasi tu dicas inde uti jam,' vocula postrema fuit sane ab manu vetere, sed a nescio qua est erasa tanquam ea non faciat ad rem. Porro tam potuit Gellius adhibuisse præsens quam præteritum. Etiam mox in eodem legitur *induciarum ejusmodi.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *quæ vel audivimus.*—8 Fulv. Reg. Rott. *nihilque incommodetur.* Idem ascripsit Sciopp.—9 'Nihil mali est in hac lectione; scripti tamen suspicionem movent. Reg. enim et Rott. et Schefferi: *præfinitur.* Ut videantur velle: *Quod igitur certus dies præfinitur, pactumque fit.*' J. F. Gronov.—10 Reg. *cœtum.*—11 '*Utrimque utroque alteri ad alterum.* Quare hoc maluerit Carrio quam *alteri ad alteros*, quod prius legebatur et extat in nostris, ignoro: jam enim cessant ejus Notæ, finitæ ad illud 'ἐκεχειρίαν dixerunt.' Gebhardus hoc quoque ex Pal. revocavit I. Ant. Lect. 6. sed quod ille amplius, *utrimque ultro citroque*, non apparet in nostris.' *J. F. Gronov.* 'Est tamen in Reg. *alter ad alteros*, non *alteri.*' Jac. Gronov. Etiam Perottus in animo habens hunc locum sic eum adducit: *cum hostes inter sese utrinque ultro citroque alteri ad alteros impune, et sine pugna ineunt.* Ut itaque videas Gebhardum non primum τὰ *ultro citroque* ex Ms. Palatino procudisse, quorum causa tamen locum ipsum in Antiqu. lect. excitaverit. Nam *alteri ad alterum* verba refert ut jam observata ab aliis simulque a Palatino Ms. confirmata. Ceterum, quod ad *alteri ad alteros* attinet, nollem mutata in contextu. Tam sæpe enim qui ab altera parte stabant plurativo numero dicebantur 'hostes,' ut pœniteat me exempla afferre.' *Otho.*—12 '*Inde ab eo ... quasi initus.* Lege et supple ex

NOTÆ

[d] *Aurelius autem Opilius*] Is nescio cujus Epicurei libertus, philosophiæ, postea rhetoricæ, denique grammaticæ ludum aperuit, ac dimissa schola Smyrnæ consenuit. *Sueton. de Illustr. Grammat.*

initus atque introitus.'[13] Hoc ab Aurelio scriptum propterea non præterii, ne cui harum noctium æmulo[g] eo tantum nomine elegantius id videretur, tanquam id nos originem verbi requirentes fugisset.[h]

[g] *Alicui invidenti his commentariis Noctium Atticarum.*
[h] *Quasi nos investigantes radicem hujus verbi hoc ignorassemus.*

Ms. *Inde adeo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi initiæ, hoc est, initus atque introitus.*' Lambecius. '*Inde ab eo, inquit nomen, etc. quasi initus.* Reg. Rot. Vat. Schefferi: *Inde adeo, inquit, nomen esse factum videtur, quasi invie, hoc est, initus atque introitus.* Forte *initiæ*, ut voluit Lambecius.' *J. F. Gronov.* 'Sed nuspiam apparet τὸ *esse.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*quasi inviæ, hoc est, initus.*' *Inde adeo ... quasi initus* Delph.—13 Legendum putat Thysius *endoitus.*

CAP. XXVI.

Quem in modum mihi Taurus philosophus responderit percunctanti, an sapiens irasceretur.

INTERROGAVI in diatriba[a] Taurum an sapiens irasceretur. Dabat enim sæpe post quotidianas lectiones quærendi quod quis vellet potestatem. Is cum graviter et copiose de morbo affectuve iræ disseruisset, quæ et in Veterum libris et in ipsius commentariis[14] exposita sunt; convertit[15] ad me, qui interrogaveram, et, Hæc ego, inquit, super irascendo sentio. Sed et, quid Plutarchus noster[*] vir doctissimus ac prudentissimus senserit, non ab re est,[b] ut id quoque audias. 2. Plutarchus, inquit, servo suo, nequam homini et contumaci, sed libris disputationibusque philosophiæ aures imbutas habenti,[c] tunicam detrahi ob nescio

[a] *Dissertatione.* [b] *Non inutile est.*
[c] *Sed qui ex libris et disputationibus aliquid audierat de philosophia.*

14 '*Et in ipsis commentariis.* Sic jam in Aldina. At scripti et prima editio, *in ipsius commentariis.*' J. F. Gronov. *In ipsis* Delph.—15 'Vet. ed. *con-*

NOTÆ

[*] *Plutarchus noster*] Hunc enim magistrum audierat Taurus.

quod delictum, cædique eum loro[b] jussit. Cœperat verberari; et obloquebatur[16] non meruisse ut vapulet;[d 17] nihil mali, nihil sceleris admisisse. Postremo vociferari inter vapulandum incipit: neque jam querimonias aut gemitus ejulatusque facere, sed verba seria et objurgatoria: Non ita esse Plutarchum ut deceret,[18] philosophum irasci turpe esse: sæpe eum de malo iracundiæ edissertavisse:[e 19] librum quoque περὶ ἀοργησίας[f] pulcherrimum conscripsisse; iis omnibus, quæ in eo libro scripta sunt, nequaquam convenire, quod provolutus effususque in iram plurimis se plagis mulcaret.[g] 3. Tum Plutarchus lente et leniter, Quid autem, inquit, verbero,[h] nunc ego tibi irasci videor? ex vultune meo, an ex voce, an ex colore, an etiam ex verbis correptum esse me ira intelligis? Mihi quidem neque oculi opinor truces sunt, neque os turbidum; neque immaniter clamo; neque in spumam ruboremve effervesco:[i] neque pudenda dico aut pœnitenda: neque omnino trepido ira et gestio.[k] Hæc enim omnia, si ignoras, signa esse irarum solent. Et simul ad eum, qui cædebat, conversus, interim,

[d] *Objiciebat se non meruisse, &c.* [e] *Disseruisse.* [f] *De non irascendo.*
[g] *Indulgens et serviens iræ multis se verberibus concideret.*
[h] *O digne verberibus.* [i] *Nec usque ad spumam aut ruborem excandesco.*
[k] *Expromo gestu iram.*

vertitur.' Thys.—16 '*Cœperat verberari; et obloquebatur.* Ita legitur in Reg. Rott. Scheff. et Lincoln. Cur igitur ejici placet copulativam?' *Jac. Gronov. Et obloquebatur* ascripsit Sciopp. Copulativam non habent Delph. Lugd. Bat. J. F. Gronov.—17 'Vet. ed. *vapularet.*' Thys.—18 '*Non ita esse Plutarchum, ut diceret.* Gebhardus e Pal. *ut deceret: philosophum irasci turpe esse,* I. Antiq. Lect. 6. Fulvianus *ut deceret philosophum esse.* Reg. et Rot. *non ita esse Plutarchum, ut Philosophum deceret: irasci turpe esse.* Sic et tollitur ambiguitas, et vera, opinor, lectio datur. Ipsum enim irasci volunt turpe esse, et cuivis; non modo Philosopho. Schefferi *doceret.*' J. F. Gronov. 'Quod ex Gebhardo citatur, de se etiam protulit Pricæus ad Apuleii Apolog. p. 37. qui etiam ex nescio quo exemplari Coloniensi suo citat *de malo iræ.* At hoc ipsum offert quoque ut Gellii manum Reg. et Scheff. non *iracundiæ.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *deceret philosophum esse irasci. Ut diceret: philosophum* Delph. Vet. ed. ap. Thys. *iræ.*—19 Al. *dissertavisset.*—20 Fulv. Reg.

NOTÆ

[b] *Cædique eum loro*] Apud Romanos fuit in more positum, ut loris sive flagellis servi, liberi fustibus punirentur: unde Macer L. x. de pœnis ait, 'Ex quibus causis liber fustibus, ex his servum flagellis cædi.'

inquit, dum ego atque hic disputamus, hoc tu age.[l] [20] Summa autem totius sententiæ Tauri hæc fuit. 4. Non idem esse existimavit ἀοργησίαν καὶ ἀναλγησίαν;[m] aliudque esse non iracundum animum, aliud ἀνάλγητον et ἀναίσθητον,[n] id est, hebetem et stupentem.[1] Nam ut aliorum omnium, quos Latini philosophi affectus vel affectiones, Græci πάθη appellant, ita hujus quoque motus animi, qui cum est ulciscendi causa sævior,[2] ira dicitur, non privationem esse utilem censuit, quam Græci στέρησιν dicunt, sed mediocritatem, quam μετριότητα illi appellant.

[l] *Verbera, ut cœpisti.* [m] *Privationem iræ et indolentiam.*
[n] *Doloris et sensus expertem.*

et Rot. *tu hoc age.*—1 ‘ *Aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Nam aliorum omnium.* Regius: *aliud ἀνάλγητον et ἀναίσθητον, id est hebetem et stupentem.* Rottend. *aliud Gr.* i. *ebetem ac stupentem.* Prima quoque editio: *aliud ἀνάλγητον καὶ ἀναίσθηταν, id est, hebetem ac stupentem.* Dein uterque calamo exaratus: *nam sicut aliorum omnium.* Quæ vox omnino desiderabatur.’ *J. F. Gronov.* ‘ Voces *id est, hebetem et stupentem* agnovit quoque Lincolniensis, ut prorsus pro Gellianis haberi debeant.’ *Jac. Gronov.* *’Ανάλγητον καὶ ἀναίσθητον. Nam aliorum* Delph. *’Ανάλγητον καὶ ἀναίσθητον. nam ut a.* Lugd. Bat. et ed. J. F. Gronov.—2 Al. *serior.*

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER II.

CAP. I.

Quo genere solitus sit philosophus Socrates exercere patientiam corporis:[a] *deque ejusdem viri patientia.*[3]

INTER labores voluntarios et exercitia corporis, ad fortuitas patientiæ vices firmandi,[b] [4] id quoque accepimus Socratem[*] facere insuevisse. Stare solitus Socrates dicitur,

[a] *Exercere corpus patiendo.*
[b] *Corroborandi adversus occasiones patientiæ quæ occurrunt.*

3 'Si sic scripsit Auctor, ταυτολογεῖ, ubi necesse non est. Scribe: *deque ejusdem viri parcimonia.*' J. F. Gronovius. 'Certe miratus fui, quemadmodum viri docti antea concoquere hanc injucundam et Gellio non usurpatam vocis repetitionem potuerint. Itaque J. Mercerus ascripsit *l. temperantia.* Id vidit Salmasius, sed nihil de eo attulit. Etiam ex Schefferi codice annotavit id ipsum pater. Sive igitur ab alterutro horum excitatus fuerit, sive antea id jam conceperit, incertum. Sed Regius et Rottend. plane vulgatum retinent, ut vel id ipsum vel aliquid ei proximum ab Gellio venerit. Prius elidimus. Restat igitur ut colligamus Gellium scripsisse *parcentia.* Analogia enim tuetur hanc formam, ut 'amens,' 'amentia.' Nonne decentiam sic protraxit ipse Cicero ab 'decens?' Utique sic nihil abimus a vetere scriptura. Meministi quoque, quam libenter supra receperint illam imparentiam vel contra fidem codicum. Mox idem ille codex Reg. *Socraten*, et *internecivo.*' Jac. Gronov.—4 'Ita in Ms. vulgo *firmamentum.* Pro *firmandi* forsan *firmandas* legendum, ut referatur ad 'vices' (forte *vires*) non ad 'corporis.'' *Thysius.* '*Firmamentum id quoque.* Cum Reg. Rott.

NOTÆ

[*] *Socratem*] De Socrate diximus in Notis ad cap. 17. lib. 1.

pertinaci statu, perdius atque pernox[c] a summo lucis ortu ad Solem alterum orientem, inconnivens,[d] [5] immobilis; iisdem in vestigiis, et ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore. 2. Quam rem cum Favorinus, de fortitudine ejus viri ut pleraque disserens, attigisset, πολλάκις, inquit, ἐξ ἡλίου εἰς ἥλιον ἑστήκει ἀστραβέστερος τῶν πρέμνων.[e] Temperantia quoque eum fuisse tanta traditum est, ut omnia fere vitæ suæ tempora valetudine inoffensa vixerit. In illius etiam pestilentiæ vastitate, quæ, in belli Peloponnesiaci[a] principiis[6] ipsam Atheniensium civitatem internecino[f] genere morbi depopulata est, iis parcendi moderandique rationibus[g] dicitur et a voluptatum labe cavisse,[h] et salubritates[i] corporis retinuisse; ut nequaquam fuerit communi omnium cladi obnoxius.

[c] *Toto die ac nocte.* [d] *Immotis palpebris.*
[e] *Sæpe inquit a Solis ortu usque ad alterum orientem Solem steterat erectior truncis arborum.* [f] *Mortifero.* [g] *Parsimoniæ ac temperantiæ studio.*
[h] *A voluptuosis vitiis abhorruisse.* [i] *Incolumitatem.*

Fulv. fac habeas *corporis ad f. p. vices firmandi.*' J. F. Gronov. *Firmandi* ascripsit Sciopp.—5 'Colvius hic fortasse legendum existimat, *inconnivus*, quo Appuleius solet uti, sed prior vox servanda.' *Thysius.*—6 '*Belli Peloponnesiaci.* Ex Ms. R. ita legendum esse colligitur. Vulgo legitur, *quæ in bello Peloponnesiaco inprimis, &c.* aliter, *inprime.* sin vero *inprimis* retineatur, sensus est aliis quoque pestilentiis, quæ civitatem Atheniensem affixerant, inprimis vero bello Peloponnesiaco, a contagione illum immunem fuisse. Quod affirmat Diogenes Laërtius.' *Idem.* *In bello Peloponnesiaco imprime ipsam Atheniensium.* Quis non delectatus est τῷ *imprime?* At ex errore natum et hic duntaxat abolendum est. Jam tamen Romana et Veneta fovent editio, et inde revocavit Carrio, cum Aldus et deinceps dedissent *inprimis.* Sed scribendum ex Fulv. Reg. Rott. Lincoln. *in belli Peloponnesiaci principiis Atheniensium civitatem.* Secundo enim ejus anno contigit. Agnosco etiam originem corruptelæ in Rot. in quo est: *belli Peloponnesi ac ipne ipis atheniensium:* et quod ex Regio annotatum: *belli Peloponensi acri principis atheniensium.* Mox lege: *iis parcendi moderandique rationibus*, non *is.*' J. F. Gronov. *Belli Peloponnesiaci principiis* ascripsit Sciopp. *In bello Peloponnesiaco, in primis....is parcendi* Delph. *Is parcendi* Lugd. Bat. et ed. Gronov. patris.

NOTÆ

[a] *In belli Peloponnesiaci*] Bellum illud Athenienses inter et Peloponnesios atrocitate non minus quam diuturnitate famosum exarsit an. I. Olymp. LXXXVII. ante Christum CCCCXXXI. Pestis gravissima grassata est anno belli secundo, quod non nisi Lysandro duce victis Atheniensibus et expugnatis Athenis finitum est anno quam inceperat XXVIII. Thucydides, Diodorus Siculus, &c.

CAP. II.

Quæ ratio observatioque officiorum esse debeat inter patres filiosque in discumbendo sedendoque, atque in id genus rebus[7] *domi forisque, si filii magistratus sunt et patres privati: superque ea re Tauri philosophi dissertatio, et exemplum ex historia Romana petitum.*

Ad philosophum Taurum Athenas, visendi cognoscendique ejus gratia, venerat V. Cl. præses[a] Cretæ[b] provinciæ:[c] et cum eo simul ejusdem præsidis pater. Taurus, sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubiculi sui foribus, et cum assistentibus nobis sermocinabatur. Introivit provinciæ præses et cum eo pater. Assurrexit placide Taurus: et post mutuam salutationem resedit. Allata mox una sella est, quæ in promtu erat; atque dum aliæ promebantur, apposita est. 2. Invitavit Taurus patrem præsidis ut sederet.[8] Atque ille ait: 'Sedeat hic potius, qui populi Romani magistratus est.' 'Absque præjudicio,' inquit Taurus, 'tu interea sede, dum inspicimus[9] quærimusque utrum conveniat, tene potius sedere qui pater es,

7 '*In discumbendo sedendoque atque in id genus rebus.* Nihil hic intolerandi. Quia tamen Regius, *atque in genus*, fortasse satis habuit semel præpositionem posuisse, et scripsit: *atque id genus rebus.*' J. F. Gronov. 'Sed quid est quod in Regio legatur *scribendoque*, non *sedendoque?*' Jac. Gronov.— Rott. *uti sederet*.—9 'Reg. habet *dum cum inspicimus.* Utrum pro temerario æstimandum, an dedisse Gellium indicat, *tu interea sesedum cum inspicimus?* plane ut

NOTÆ

[a] *Præses*] Solebant Romani magistratus duos in provincias mittere, præsidem et quæstorem: penes præsidem erat cura rei militaris, frumentariæ, et vectigalium: quæstoris erat pecuniam publicam servare.

[b] *Cretæ*] Insula in Mari Mediterraneo centum urbibus et Jovis incunabulis olim celeberrima, nunc dicitur *Candie* ab urbe quam anno post Christum DCCCXXII. ibi Sarraceni construxerunt in loco munitissimo dicto *Chandace.* Atque hinc primum tota insula appellata est *Chandax*, et corrupta paulatim voce *Candia* vocari cœpit. *Græcorum Annales, Cedrenus, &c.*

[c] *Provinciæ*] Quas extra Italiam Romani regiones armis sibi subjecerant, appellabant provincias, ad quas administrandas modo proprætores, modo proconsules, modo præsides mittebantur.

an filium qui magistratus est.' Et, cum pater assedisset, appositumque esset aliud filio quoque ejus sedile, verba super ea re Taurus facit cum summa, Di boni! honorum atque officiorum perpensatione. 3. Eorum verborum sententia hæc fuit: In publicis locis atque muneribus atque actionibus patrum jura cum filiorum, qui in magistratu sunt, potestatibus [10] collata interquiescere paululum et connivere:[a] sed cum extra rempubl. in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari discumbatur,[d] tum inter filium magistratum et patrem privatum publicos honores cessare; naturales et genuinos[b] exoriri. Hoc igitur, inquit, quod ad me venistis, quod colloquimur nunc, quod de officiis disceptamus, privata actio est. Itaque utere apud me iis honoribus prius, quibus domi [11] quoque vestræ te uti priorem decet. Hæc atque alia in eandem sententiam Taurus graviter simul et comiter disseruit. Quid autem super hujuscemodi patris atque filii officio apud Claudium legerimus, non ab re visum est [12]

[a] *Jus parentum comparatum cum auctoritate filiorum qui gerunt magistratum debere aliquantulum cedere, et minus considerari.* [b] *Innatos.*

'agedum,' &c. *Jac. Gronov.*—10 'Sic Mss. Chr. Colerus Parer. cap. 20. ex Salisberiensi: *qui in magistratu sunt aut potestatibus.* Quod quæ necessitas imperet, non video. Tum satis durum illud, 'jura patrum cum filiorum collata.' *J. F. Gronov.*—11 'Regius: *prius huc usque quibus.* Nunquid *iis honoribus privilegiisque quibus domi quoque vestræ te uti priorem decet?*' Idem.—12 Reg. *non esse ab re visum est.* Rott. *non esse abs re v. e.*—13 Suspicatur J.

NOTÆ

[d] *Discumbatur*] Solennis ille mos fuit Romanorum in lectulis mensæ accumbere. Hinc factum nomen triclinio, quod tribus lectulis uterentur in conviviis: τρὶς ter, et κλίνη lectus. Auctores sequioris ævi subinde appellarunt stibadium et sigma, quod accumbentium mensis lectus esset semirotundus; inque tum erat convivarum ordo: primus locus erat in dextro sigmatis cornu, proximus in sinistro, tertius, quartus, &c. illum ordine subsequebantur qui primus erat in cornu sinistro; ultimus ad dextrum cornu vergens primo proximus erat, a primo eodem remotissimus, ex adverso secundus. Quanquam prioribus temporibus aliam fuisse consuetudinem colligitur ex Sallustii fragmentis, lib. III. Histor. 'discubuere Sertorius inferior in medio tanquam honoratiore loco, super eum L. Fabius Hispaniensis senator,' &c. quod inferius observamus in Notis ad cap. 12. lib. VII.

ut ascriberemus. 4. Posuimus igitur verba ipsa Quadrigarii ex annali ejus sexto transcripta: 'Deinde facti Consules Sempronius Gracchus[e] iterum, Q. Fabius Maximus[f] filius ejus, qui priore anno erat Consul. Ei Consuli pater proconsul[g] obviam in equo vehens venit,[c] neque descendere voluit, quod pater erat:[13] et, quod inter eos sciebant maxima concordia convenire, lictores[h] non ausi sunt descendere jubere. Ubi juxta venit; tum Consul ait, Descendere jube. Quod postea quam lictor ille, qui apparebat,[i] cito intellexit,[14] Maximum proconsulem descendere jussit. Fabius imperio paret: et filium collaudavit, cum imperium, quod populi esset, retineret.'

[c] *Ei occurrit in equo sedens.*

F. Gronov. *neque descendentem ultro, quod pater erat.*—14 'Regius habet *tum Consul ait quid postea lictor ille qui apparebat cito intellexit.* Etiam verba illa *descendere jube* ignorat Rott. Lincolniensis similiter *Consul ait quod postea lictor.* Dubitari nequit Gellium hac in parte pessime affectum esse; sed qui perquam concinne, nisi fallor, ex scriptura vetere reficitur: *Tum Consul ait quid postea lictori illi qui apparebat. Cito intellexit. Maximum, &c.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

[e] *Sempronius Gracchus*] Iterum consulatum iniit collega Q. Fabio Maximo Verrucosi filio, anno U. C. DXLI. ante Christum CCXIII.

[f] *Q. Fabius Maximus*] Is fuit Q. Fabius Maximus Verrucosi filius, cujus pater anno ante superiore IV. Consul fuerat renuntiatus, qui paulo ante rem Romanam Hannibalis armis prope oppressam cunctando restituerat.

[g] *Proconsul*] Proconsules illi primo dicti sunt, quibus post gestum consulatum ea dignitas est prorogata: deinde ea consuetudo invaluit, ut qui officio consulari fuerant perfuncti, ad provincias administrandas mitterentur.

[h] *Lictores*] Lictores sic appellati, quod vel ligarent reos, vel ligatos gestarent fasces virgarum, intra quos eminebat securis; numero duodecim præibant Consulibus, quorum ad nutum reos et virgis et aliquando securi percuterent.

[i] *Qui apparebat*] Apparitores dicebantur qui magistratibus apparebant et præsto erant ad obsequium.

CAP. III.

Qua ratione verbis quibusdam vocabulisque Veteres immiserint, h, *literæ spiritum.*

H LITERAM, sive illam spiritum[a] magis quam literam dici oportet, inserebant eam Veteres nostri plerisque vocibus verborum firmandis roborandisque, ut sonus earum esset viridior[15] vegetiorque; atque id videntur fecisse studio et exemplo linguæ Atticæ. Satis enim notum est Atticos *ἰχθὺν, ἱρὸν,*[b] *a* multa itidem alia, citra morem[16] gentium Græciæ ceterarum, inspirantis primæ literæ[17] dixisse.[c] Sic lacrymas, sic sepulcrum, sic ahenum, sic vehemens, sic inchoare, sic helluari, sic hallucinari, sic honera, sic honustum dixerunt. In his enim verbis omnibus literæ seu spiritus istius[d] nulla ratio visa est, nisi ut firmitas et vigor vocis, quasi quibusdam nervis additis, intenderetur.[e] 2. Sed quoniam, aheni, quoque exemplo usi sumus, venit nobis in memoriam Fidum Optatum[18] multi nominis Romæ grammaticum ostendisse mihi librum Æneidos secundum,

[a] *Aspirationem.* [b] *Piscem, sacrum.*
[c] *Contra consuetudinem reliquarum Græciæ nationum pronuntiasse aspirando primam literam.* [d] *Addendi.* [e] *Augeretur.*

15 'Legitur quoque teste Badio, *virilior:* sed prius retinendum.' *Thysius.* —16 Mss. *ἰχθὺν et ἷρρον et multa itidem talia contra morem.* Ascripsit Sciopp. *ἰχθὺν et ἱρὸν et multa.* Vid. Not. inf.—17 'Videtur quæsitus nitor, 'inspirans litera,' pro aspirata. Quanquam possis cogitare, *inspirantes primam literam.* Sed nihil ausim mutare.' *J. F. Gronov.* *Inspirantes* legit Badius.—18 'Ita interpolasse Stephanum scribit Barthius 35. Advers. 7. cum legeretur *fidum optatumque,* unde conjicit *fidum opinatumque.* Sed nosse debuit non illum, sed recentiores interpolasse, quod erat in editione prima, idque reduxisse Carrionem. Video etiam in Rott. *fidum obtatum multi.* *Optatos* autem complures exhibent Lapides antiqui. *Optatos* e libertis Claudii præfectus classis, Plinius IX. 17.' *J. F. Gronov.* *Fidum opinatumque* legendum esse

NOTÆ

a Ἰχθὺν, ἱρὸν] Ita legitur in antiquis codicibus, non tamen sine suspicione mendi: vox enim ἱρὸν non modo Attica, sed etiam aliis Græciæ dialectis aspiratur. Unde ἧρον, id est, amabilem, vel quid aliud simile legendum esse conjicio.

mirandæ vetustatis,[b] emtum in Sigillariis[f c] xx. aureis,[d] quem ipsius Virgilii fuisse credebat: [19] in quo duo isti versus cum ita scripti forent,

'Vestibulum[e] ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
Exultat telis et luce coruscus aena,'[g]

additam supra vidimus *h* literam, et *ahena* factum. Sic in illo quoque Virgilii versu in optimis libris scriptum invenimus:

'Aut foliis[f] undam tepidi dispumat[20] aheni.'[h]

[f] *Festis sigillariorum.*
[g] *Ante ipsas fores et in primo atrio Pyrrhus gestit refulgens telis et armis æreis.*
[h] *Vel foliis, quæ sint instar cochlearis, tollit spumam aquæ lebetis calidi.*

censet Carolus. Vid. Not. Var.—19 Reg. et Rott. *credebatur:* ita et ascripsit Sciopp.—20 Pro *dispumat*, apud Virgilium hodie legitur *despumat:* et ita antiquissima Veneta ed. et Delph.

NOTÆ

[b] *Mirandæ vetustatis*] In hunc locum ita Thysius Batavus interpres: 'Virgilius antecessit Gellium fere trecentis annis, namque sub Hadriano Imperatore Gellius floruit.' Sed cujus hic chronologiæ canones sequitur? Ex omnium consensu floruit sub Augusto Virgilius, ex Eusebii sententia obiit Coss. C. Sentio Saturnino et Q. Lucretio Cinna, sive an. U. C. DCCXXXV. ante Christum XIX. Porro Hadrianus, sub quo claruit Gellius, auspicatus est imperium anno U. C. DCCCLXX. post Christum CXIX. nec nisi XX. post anno vivere desiit. Ut Thysio concedamus Gellium floruisse tantum an. U. C. DCCCXC. qui Hadriani fuit ultimus, a morte Virgilii ad id usque temporis non numerabuntur nisi CL. anni, quibus Virgilius Gellium antecessisse dicendus est.

[c] *In Sigillariis*] Sigillariorum festa celebrabantur per septem dies: ex eo nomen habuerunt quod ultro citroque sigilla seu imagunculas missitarent.

[d] *xx. aureis*] Aureus nummus Romanus æstimabatur centum sestertiis, sive viginti quinque denariis argenteis: quilibet porro denarius argenteus, si ad Gallicam monetam revocetur, efficiet tres asses, et semis: quæ summa per XXV. ducta IV. libras Francicas, V. asses et VI. denarios complectetur: quod quidem est aurei Romani pretium. Ergo XX. illi aurei valent LXXXV. libras, et X. asses nostrates. Id autem maxime notandum, aliud alias fuisse Romani denarii pretium: aliquando enim denis assibus, aliquando denis et senis fuit expensus; hic et alibi passim sumimus ut denis assibus constantem.

[e] *Vestibulum*] Versus hic est 469. lib. II. Æneid.

[f] *Aut foliis*] Versus 296. lib. I. Georgicon.

CAP. IV.

Quam ob causam Gabius Bassus genus quoddam judicii divinationem appellari scripsit: et quam alii causam esse ejusdem vocabuli dixerint.

Cum de constituendo accusatore quæritur, judiciumque super ea re redditur, cuinam potissimum ex duobus pluribusve accusatio subscriptiove [a] [1] in reum permittatur; ea res atque judicum cognitio, 'divinatio,' appellatur. Id vocabulum quam ob causam ita factum sit quæri solet. Gabius Bassus [b] [2] in tertio librorum quos de origine vocabulorum composuit, 'Divinatio,' inquit, 'judicium appellatur, quoniam divinet quodammodo judex oportet,[3] quam sententiam sese ferre par sit.' 2. Nimis quidem est in verbis Gabii Bassi ratio imperfecta, vel magis inops et jejuna.[a] Sed videtur eum significare [4] velle, idcirco dici divinationem; quod in aliis quidem causis judex ea quæ didicit,[5] quæque argumentis vel testibus demonstrata sunt,

[a] *Tenuis et exilis.*

1 Al. *subscriptione.*—2 'Apud Macrobium legitur *Gavius Bassus.* Itaque Scriverius putabat *Gavium* apud Gellium legendum.' *Thysius.* Ascripsit Sciopp. *Gavius* et mox *Gavi.*—3 '*Quoniam divinare quodammodo judicem oporteat.* Romana editio, *oportet.* Lincoln. *Judex oportet.* Rot. et Reg. *divine quodammodo judex oportet.* Fulvianus: *divinet quodammodo judex oportet.* Hoc verum. Cicero primo de Oratore: 'ex rerum cognitione efflorescat et redundet oportet oratio.'' *J. F. Gronov.* Delph. habet, *divinare quodammodo judicem oporteat. Oporteat* Lugd. Bat. et ed. Gron.—4 Ex Reg. Rot. Vat. *videtur tamen s. Tamen* quoque ascripsit Sciopp.—5 '*Judex ea quæ dicit.* Jam apud Aldum sic depravatum, non in Romana, non Veneta, quæ ambæ, *didicit,* quemadmodum etiam scripti: et conjecit Guil. Ranchinus I. Var. 3.' *J. F. Gronov.* 'Scias oportet istud *quæ* in nullo extare Ms. nec Regio, nec Rott. nec Lincoln. sed tantum, *quod in aliis quidem causis judex ea didicit; quæque argumentis vel t. demonstrata sunt, sequi solet.* Quæ sunt satis integra.'

NOTÆ

[a] *Subscriptiove*] Ii dicuntur in judiciis subscribere, qui una cum accusatoribus rei nomen deferunt; et subscriptio eorum opera quæ in eo versatur, ut accusatorem partim juvent, partim observent, ne prævaricetur.

[b] *Gabius Bassus*] Hic Macrobio dicitur Gavius. Vixerit Trajani temporibus, ut notat Carrio, si fuerit is Gabius Bassus, qui Ponticæ oræ præfectus fuit, de quo Plinius in Epistolis.

sequi solet: in hac autem re, cum eligendus accusator est, parva admodum et exilia sunt, quibus moveri judex possit; et propterea, quinam magis ad accusandum idoneus sit, quasi divinandum est. Hoc Bassus. 3. Sed alii quidam 'divinationem'[6] esse appellatam putant, quoniam cum accusator et reus duæ res quasi cognatæ conjunctæque sint, neque utra sine altera constare possit;[b] in hoc tamen genere causæ reus quidem jam est, sed accusator nondum est: et idcirco, quod adhuc usque deest et latet, divinatione supplendum est, quisnam sit accusator futurus.

[b] *Neque una sine altera possit consistere.*

Jac. Gronovius. 'Equidem neque animo neque oculis cernere possum, quomodo sine *τῷ quæ* satis integra oratio sit: id potius affirmarem, si abesset *τὸ ea.* Non semper quasi proba merx obtrudendum est quodque veterum librorum deliramentum. At tamen tot consentiunt: quid inde? quid, si ab uno fonte fortassis promanaverint vitiato?' *Otho.*—6 '*Sed alii quidem divinationem.* Lege e scriptis, *alii quidam.*' J. F. Gron. 'Sed sic jam quoque editum fuit Paris. 1584.' *Jac. Gronov.*

CAP. V.

Quam lepide designateque[a] *dixerit Favorinus philosophus, quid intersit*[b] *inter Platonis et Lysiæ orationem.*

FAVORINUS de Lysia[*] et Platone solitus est dicere: Si ex Platonis, inquit, oratione verbum aliquod demas mutesve,

[a] *Et apposite.* [b] *Quæ sit differentia.*

NOTÆ

[*] *De Lysia*] Lysias Cephali Syracusani filius, Athenis natus Olymp. XXCII. an. II. ante Christum CCCCL. ut narrat Plutarchus in vitis decem Rhetorum, eloquentiæ laude floruit. De quo sic sensit Tullius in Bruto. 'Ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem jam prope audeas oratorem perfectum dicere ... Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil (ut ita dicam) subdole, nihil versute, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri possit aliquid limatius: nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quicquam esset elatius.' Obiit Athenis annos natus LXXVI. aut LXXX. et amplius, ut alii volunt. Plutarch.

atque id commodissime[7] facias, de elegantia tantum detraxeris: si ex Lysiæ, de sententia.

7 'Reg. Lincoln. et Rott. *commodatissime.* Iidem cum edd. Romana et Veneta *de elegantia tamen detraxeris.*' J. F. Gronov. *Commodatissime* ascripsit Sciopp.

CAP. VI.

Quibus verbis ignaviter[a] et abjecte Virgilius usus esse dicatur; et quid iis, qui id improbe dicunt, respondeatur.

NONNULLI grammatici ætatis superioris, in quibus est Cornutus Annæus, haud sane indocti neque ignobiles, qui commentaria in Virgilium composuerunt, reprehendunt quasi incuriose[b] et abjecte verbum positum in his versibus;

'Candida succinctam[a] latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, et gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus lacerasse marinis.'[c]

'Vexasse' enim putant verbum esse leve, et tenuis ac parvi incommodi; nec tantæ atrocitati congruere, cum homines repente a bellua immanissima rapti laniatique sint. 2. Item aliud hujuscemodi reprehendunt,

'Quis aut Eurysthea[b] durum
Aut illaudati nescit Busiridis[c] aras?'[d]

[a] *Humiliter.* [b] *Negligenter.*
[c] *Habentem alba crura circumdata canibus latrantibus, afflixisse naves Ulyssis, et in profundo mari eheu discerpsisse nautas timidos canibus marinis.*
[d] *Quis ignorat crudelem Eurysthea; aut altaria Busiridis infamis.*

NOTÆ

[a] *Candida succinctam, &c.*] Ecloga vi. Virgilii habentur hi versus, in quibus agitur de Scylla Phorci filia, quæ Circes incantamentis mutata in monstrum marinum canibus cinctum, naves Ulyssis quæ a Dulichio insula Ithacæ vicina vocantur Dulichiæ, misere laceravit.

[b] *Quis aut Eurysthea*] Apud Virgilium initio lib. iii. Georg. Eurystheus Mycenarum rex, impulsu Junonis, duris laboribus Herculem ubique victorem exercuit.

[c] *Busiridis*] Busiris rex Ægypti, Neptuni filius, solebat hospites ad aras immolare: cur dicatur illaudatus paulo post eodem in capite explicatur.

'Illaudati' parum idoneum esse verbum dicunt; neque id satis esse ad faciendam scelerati hominis detestationem:[e] qui quod hospites omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus,[8] sed detestatione execrationeque[9] totius generis humani dignus esset. Item aliud verbum culpaverunt:

'Per tunicam squalentem auro latus haurit apertum.'[f]

3. Tanquam si non convenerit dicere, 'auro squalentem:' quoniam nitoribus splendoribusque auri squaloris illuvies sit contraria. Sed de verbo 'vexasse' ita responderi posse credo. 'Vexasse' grave verbum est; factumque ab eo videtur, quod est, 'vehere:' in quo inest jam vis quædam alieni arbitrii. Non enim sui potens est, qui vehitur. 'Vexare' autem, quod ex eo inclinatum est,[g] vi atque motu proculdubio vastiore[h] [10] est. Nam qui fertur et raptatur atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur: sicuti 'taxare' pressius crebriusque est, quam 'tangere,' unde proculdubio id inclinatum est: et 'jactare' multo fusius largiusque est, quam 'jacere,' unde id verbum traductum est: et 'quassare,' quam 'quatere' gra-

[e] *Neque id sufficere ad commovendum odium in flagitiosum hominem.*
[f] *Trans tunicam asperam auro penetrat ferro in latus apertum.*
[g] *Derivatum est.* [h] *Vehementiore.*

8 '*Non laude indignus.* Recte viri docti hactenus curaverunt, ut ad Msstos et primas editiones revocatus Gellius careret illo *solum*, quod medii interposuerant. Sed insuper oportet scire, in Ms. Regio extare *non laude dignum*, quasi noluisset repetere syllabam, (ita enim frequenter in Gellio peccatum,) quam fortassis antea non didicerat, cum Gellius forsan dederit *non laude dedignum*.' Jac. Gronov. 'Aut fortassis scripserat Gellius *non laude modo dignus*. Cum autem *modo* plerumque scriberetur a librariis sic m̊, id aut abiit, litera *o* supra scripta neglecta, in syllabam *in*, aut *modo*, ut in Ms. Regio, plane sic periit. 'Non modo, sed autem,' pro 'non modo non, sed,' sæpe accipi apud Auctores, res nota est satis. Plane sic scripsit Cicero ad Papirium Pætum lib. IX. Ep. 16. 'Et illam Accii similitudinem non modo jam ad invidiam, sed ad fortunam transferam.'' *Otho.* *Solum indignus* vet. ed. ap. Thys. —9 'Sane jam nimis moleste in eadem actione hæret bis explicanda sine ulla differentia, præsertim cum istam detestationem jam præmiserit. Itaque merito eam damnant libri veteres, quorum Regius *de retractione*, Scheff. *detractione*, Fulv. *detectione*, Lincoln. *detractatione*, cum antea legeretur *detrectatione*, quam vocem videntur temere Muretus et Carrio mutavisse in *detestatione*, prout videtur exscripsisse quoque Macrobius.' *Jac. Gronov.*—10 *Vastiore.* Ita etiam apud Macrobium, Vet. ed. *vehementiore*, quod glossema

vius violentiusque est. 4. Non igitur, quia vulgo dici solet vexatum esse quem fumo aut vento aut pulvere,[11] propterea debet vis vera atque nativa[12] verbi deperire; quæ a Veteribus, qui proprie aut signate locuti[i] sunt, ita ut decuit conservata est. M. Catonis verba sunt ex oratione, quam de Achæis scripsit: 'Cumque Hannibal[d] terram Italiam laceraret atque vexaret.' 'Vexatam' Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut sævitiæ aut immanitatis genus reperiri queat, quod in eo tempore Italia non perpessa sit. 5. M. Tullius IV. in Verrem: 'Quæ ab isto sic spoliata atque direpta est, ut non ab hoste[13] aliquo, qui tamen in bello religionem et consuetudinis jura retineret, sed ut a barbaris prædonibus vexata esse videatur.' De 'illaudato' autem duo videntur responderi posse: unum est ejusmodi.[14] Nemo quisquam tam efflictis[k][15] est moribus, quin faciat aut dicat nonnunquam aliquid quod laudari queat. Unde hic antiquissimus versus vicem[16] proverbii celebratus est:

Πολλάκι καὶ κηπωρὸς[17] *ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν.*[l]

[i] *Significanter.* [k] *Perditis.*
[l] *Sæpe enim et olitor aliquid maxime tempestivum dixit.*

sapit.' *Thys.*—11 'Additur in vet. ed. *laborare videmus.*' Id.—12 Vulg. *natura*. *Nativa* malit J. F. Gron.—13 'Rottend. et Lincoln. *non ut ab hoste*, quemadmodum et apud ipsum Tullium legitur c. 55. Ibid. *religionum*, ubi nostra exemplaria *religionem*.' Id.—14 Rom. Lincoln. *ejuscemodi*. Rott. Reg. et Ascens. *hujusmodi*.—15 'Antiquissima ed. Veneta an. 1472. atque huic proximæ habent, *efferis*, quod interpretes dissimulare non oportuit. Trillerus meus non dubitat legi posse, *efferatis*, sed demum non dubitat legere *afflictis*; quicum et ego sentio, adductus auctoritate Macrobii l. VI. Sat. c. 7. cujus præstantiores codd. antiqui habent, *nemo tam afflictis est moribus*.' Falster.—16 Vet. ed. ap. Thys. *vice*: ita et dat Delph.—17 Πολλάκι γὰρ καὶ μωρός. Miror unde iste *μωρὸς* invaserit, nisi forte ex Macrobio Saturn. VI. 7. Regius et Pal. teste Gebhardo, et utraque vetus editio: Πολλάκι καὶ κηπωρὸς vel κηπουρός. Frustra muneris

NOTÆ

[d] *Hannibal*] Hic Hamilcaris filius a pueritia conceptum sacramento odium in Romanos ita fovit, ut eos maximis cladibus afflixerit, omnino rem Romanam eversurus, nisi Capuæ deliciis Carthaginiensium animi fuissent enervati. Cum Antiochum Magnum Syriæ regem adversus Romanos suscitasset, ne eorum in potestatem veniret sumto veneno mortem sibi conscivit apud Prusiam Bithyniæ regem anno U. C. DLXXI. ante Christum CLXXXIII. Cornelius Nepos, Livius, &c.

Sed enim [18] qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est: isque omnium pessimus deterrimusque est: sicuti omnis culpæ privatio inculpatum facit. 6. Inculpatus autem instar est absolutæ virtutis; illaudatus quoque igitur finis est extremæ malitiæ.[19] Itaque Homerus non virtutibus appellandis, sed vitiis detrahendis laudare ampliter [m] solet. Hoc enim est:

Ηὔδα μάντις ἀμύμων.[20]
Τὼ δ' οὐκ ἄκοντε πετέσθην.[n]

Et item illud:

Ἔνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα [e] δῖον,
Οὐδὲ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.[o]

Epicurus [f] quoque simili modo maximam voluptatem de-

[m] *Magnifice.* [n] *Dixit vates inculpatus. Illi vero non inviti volabant.*
[o] *Tunc neque dormitantem videres Agamemnona divinum, neque cadentem animo, neque non volentem pugnare.*



omnium plane antiquissimi injuriam insignem, ut fatuum illud μωρὸς defendat, miseratur Gatakerus Advers. miscell. I. 7.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'κηπουρὸς v. c. Æsch. Phrygis. Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατὰ καίριον εἶπεν.' —18 '*Sed enim, &c.* Erasmus putat esse tres senarios ita restituendos: *Sed enim, qui in omni re atque in omni tempore, Omni vacat laude, is vir illaudatus est, Isque omnium est, deterrimusque ac pessimus.*' Thysius.—19 Ascripsit Sciopp. *militiæ.*—20 'Ηὔδα μάντις ἀμύμων. Dubito an hoc debeat dici exemplum laudationis per privationem: cum licet ἀμύμων hanc naturam compositionis habeat, tamen usus effecerit, ut quasi suppressa illa proprietate et natura notet celebrem, egregium, ut notum satis est. Unde dubito an Gellius illo exemplo nunc fuerit usus. Certe scire oportet in Ms. Regio non extare has quatuor voces Ηὔδα μάντις ἀμύμων. *Et,* nec convenit sequentibus, quæ constant distinctis vocibus. Porro autem in Regio erat *et item aliud.*' J. Gronov.

NOTÆ

[e] Ἀγαμέμνονα] Agamemnon Atrei filius, Menelai frater, rex Græcorum adversus Trojanos bello feliciter gesto ab Ægistho Thyestæ filio domum reversus periit. Trojam expugnavit anno ante Christum MCLXXXVI.

[f] *Epicurus*] Epicurus philosophus Atheniensis, non, ut plerique existimant, in obscœnis corporis voluptatibus, sed in perfecta animi tranquillitate felicitatem collocavit. Multum debuit Democrito, *cujus fontibus,* ut ait Tullius, *hortulos suos irrigavit.* Atomos, ex quibus corpora omnia, constare dicebat, sumsit a Leucippo et Democrito: animæ immortalitatem et Dei providentiam negavit: omnia sensibus æstimavit, adeo ut ne solem quidem vel lunam majorem putaret quam videretur, ut patet ex Lucretio, qui philosophiam Epicuream sex libris tradidit, quam Gassendus hac ætate mirum in modum illustravit. Obiit nonagenario major anno II. Olymp. CXXVII. ante Christum CCLXX.

tractionem privationemque[1] omnis doloris definivit his verbis; ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντες ὑπεξαίρεσις.[p] [2] Eadem ratione idem Virgilius 'inamabilem' dixit Stygiam paludem.[g] 7. Nam sicut 'illaudatum' κατὰ στέρησιν laudis,[q] ita 'inamabilem' κατὰ amoris στέρησιν[r] detestatus est. Altero modo 'illaudatus' ita defenditur. 'Laudare' significat prisca lingua nominare appellareque. Sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur,[3] quod est nominari. 'Illaudatus' enim[4] est quasi 'illaudabilis,' qui neque mentione aut memoria ulla dignus, neque unquam nominandus est. Sicuti quondam a communi concilio Asiæ[5] decretum est, uti nomen ejus, qui templum Dianæ Ephesiæ[6] [h] incenderat, ne quis ullo in tempore nominaret.

[p] *Terminus magnitudinis voluptatum, omnis doloris privatio.*
[q] *Secundum privationem laudis.*
[r] *Secundum privationem amoris.*

—1 '*Detractionem privationemque.* Ex Regio Ms. notavi ipse et Salmasius *privationem detractationem detractionemque.* Inspici id denuo oportet.' *Jac. Gronov.* 'Omnino mallem hunc verborum ordinem, qui etiam a Macrobio lib. VI. c. 7. servatus est, ut ponatur primo levius quid, deinde gravius, *privationem detractionemque.* Quod si vestigiis Ms. Regii insistendum est, legere velim, *privationem, detractionem dejectionemque omnis doloris*, ut videatur medicorum verba spectare qui dicunt 'detractio sanguinis.'' *Otho.*—2 'Aldina editio mutila est, cum ita scribit ὅρος τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις. Frobeniani codices perperam ὑπεραίρεσις ediderunt.' *Thys.* ἡ non habet Delph.—3 '*Sic in actionibus autem civilibus laudari id dicitur.* Ita transposuerunt τὸ *autem*, cum reperissent in scriptis: *Sic in act. civilibus autem*, et addiderunt τὸ *id*, quod in illis non erat. Verum tenuerunt Macrobiani codices: *sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari.* Hoc voluit et Gifanius ad Muretum et a Carrione Stephanus edidit. At quod sequitur, Reg. et Ro. *Illaudatus autem est quasi illaudabilis.* Macrobius: *Illaudatus ergo.*' J. F. Gronov.—4 Ascripsit Sciopp. 'Ms. *autem.* al. *aũt.*'—5 '*A communi concilio Asiæ.* Hæ quatuor voces agnoscuntur ab scriptis, nisi quod miscent *concilio* et *consilio*, quod posterius fere tenuerunt quoque editiones. Doctissimo Jureto cum ad Symmachi librum IV. Epist. 46. res præclare cederet in stabiliendo 'provincialium commune,' nimium progressus fuit, cum censuit etiam licere suspicari Aul. Gellium nunc tantum scripsisse *a communi Asiæ decretum est.* Id enim vetant libri veteres.' *Jac. Gronov.*—6 'Mss. et prima ed. *Efesi* vel

NOTÆ

[g] *Stygiam paludem*] Styx est fons Arcadiæ, cujus aqua frigidissima si hauriatur mortem affert omnibus animantibus: cum metalla quæque durissima dissolvat, in ungulam equi, vel asini, vel muli nullam vim habet. Postquam per aliquot stadia fluxit, terra absorbetur. Hinc poëtæ eum esse lacum Inferorum commenti sunt.

[h] *Templum Ephesiæ Dianæ*] Rela-

8. Tertium restat ex iis, quæ reprehensa sunt, quod 'tunicam squalentem auro' dixit.[a] Id autem significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. Squalere enim dictum est[7] a squamarum crebritate asperitateque; quæ in serpentium pisciumque coriis visuntur. Quam rem et alii, et hic quidem[8] poëta locis aliquot demonstrat:

'Quem pellis,' inquit, 'ahenis
In plumam[i] squamis auro conserta tegebat.'[t]

Et alio loco,

'Jamque adeo rutilum thoraca indutus ahenis
Horrebat squamis.'[u]

Accius in Pelopidis[k] ita scribit,

'Ejus serpentis squamæ squallido auro et purpura prætextæ.'

[a] *Virgilius.* [t] *Quem pellis in modum plumæ intertexta squamis æreis vestiebat.*
[u] *Et jam circumdatus lorica fulgenti, rigebat æreis squamis.*

Ephesi incenderat: quod cur mutarent, causæ nihil erat.' *J. F. Gronov.* *Ephesi* ascripsit Sciopp.—7 Rott. et Lincoln. *τὸ est* ignorant.—8 'Apud Macrobium, *hic idem:* et præfert Meursius 4. miscell. 9.' *J. F. Gronov.* 'Et mihi magis placet *hic idem:* dictum enim est, ut 'Istæc eadem dicere;' 'Eadem hæc velle;' 'Idem istuc venit mihi in mentem.' *Quidem* etiam facile a librariis audiri poterat, qui alio præeunte recitando exaravere codices, loco *τοῦ idem,* imprimis cum verbum præcedens *hic* exeat in *c,* quod cum *qu*

NOTÆ

tum est inter septem orbis miracula templum Ephesiæ Dianæ, in cujus structuram totis ducentis viginti annis tota Asia collaboravit: columnæ centum viginti septem a totidem regibus erectæ ad sexaginta pedum altitudinem assurgebant: universo templo longitudo fuit trecentorum quindecim pedum, latitudo ducentorum viginti: id templum, ut nomen suum immortalitati commendaret Herostratus vir perditus et furiosus, incendit; qui ne speratam sceleris mercedem consequeretur, severissimis sancitum est decretis, ne quis ejus nomen enuntiaret, quod tamen efficere non potuit, ut æterno silentio premeretur. Ita deflagravit orbis miraculum eadem nocte qua natus est Alexander Magnus, Olympiade CVI. ante Christum anno CCCLVI. Tullius lib. I. de Divin. Plinius lib. XXXVI. cap. 14. Strabo lib. XIV.

[i] *In plumam*] Plumæ in vestibus erant segmenta quædam vel aurea vel purpurea, instar clavorum, ita alia aliis intexta ut plumas avium referrent. Hic sumuntur pro laminis æreis oblongis.

[k] *In Pelopidis*] Sic tragœdiam inscripsit L. Accius poëta tragicus, qui claruit, ut ait Hieronymus in Chronico, Olymp. CLX. anno U. C. DCXV. ante Christum CXXXIX.

9. Quicquid igitur nimis inculcatum[9] obsitumque[x] aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id 'squalere' dicebatur. Sic in corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium squalor appellatur: cujus significationis multo assiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est,[y] ut jam squalor de re alia nulla, quam de solis inquinamentis[z] dici cœperit.

[x] *Intextum et immixtum.* [y] *Depravatum est.* [z] *Sordibus.*

ejusdem est generis atque originis.' *Otho.*—9 'Suspectum mihi quondam visum est illud *inculcatum*, uti jam per Krausium meum monui. Trillerus super hoc vocabulo in hunc modum ad me scribit. 'Absurdissima est Gronovii explicatio: '*inculcatum*,' inquit, 'quasi calcando impressum.' Mendum hic subesse nemo paulo emunctioris naris non subolet. Legi igitur acutissime posset tuum, *incrustatum*, sensu quidem optimo, nisi paulo longius deflecteret a prisca scriptione. Certius igitur mecum in posterum legatur, *incalcatum*, aut *incalecatum*, h. e. calce et opere parietario aut albario obductum, quo nihil ad hunc locum fingi potest aut aptius aut verius.' Sed fallimur uterque, mi Trillere, fallimur: retinendum est receptum Gellii, *inculcatum*, uti postmodo me docuit Servius, qui exscriptum Auctoris locum, quanquam dissimulato hujus nomine, sic pariter refert ad Virgilii Æn. x. 314. p. m. 1036. edit. Masvic. 'Quicquid igitur inculcatum obsitumque aliqua re erat." *Falster.* Ascripsit Sciopp. v. c. *oppositumque.* f. *opsitum.*

CAP. VII.

De officio erga patres liberorum: deque ea re ex philosophiæ libris, in quibus scriptum quæsitumque est, an semper omnibusque patris jussis obsequendum sit.

Quæri solitum est in philosophorum disceptationibus, an semper inque omnibus jussis patri parendum sit. Super ea re Græci nostrique, qui de officiis scripserunt, tres sententias esse quæ spectandæ considerandæque sint, tradiderunt; easque subtilissime dijudicaverunt.[10] Earum una est, omnia quæ pater imperat[11] parendum. Altera est, in

10 Reg. et Rott. *dijudicarunt.*—11 '*Omnibus quæ pater imperat.* Fulvianus, Reg. et Rot. *omnia quæ pater imperat parendum.* Quod genus loquendi doctius et a vulgo remotum hic displicuit; at mox toleraverunt. Est autem contractum eo, quod integrum fuit, *per omnia, quæ pater imperat, ei parendum.*' J. F. Gron. 'Itaque debuit hoc restitui, nec ulterius abigi ab Gelliano con-

quibusdam parendum, quibusdam non obsequendum. Tertia est, nihil necessum esse patri obsequi et parere. Hæc sententia, quoniam primore aspectu nimis infamis est, super ea prius, quæ dicta sunt, dicemus. 2. Aut recte, inquiunt, imperat pater, aut perperam. Si recte imperat; non quia imperat parendum, sed, quoniam id fieri jus est, faciendum est: si perperam; nequaquam scilicet faciendum, quod fieri non oportet. Deinde ita concludunt: nunquam est igitur patri parendum, quæ imperat.[a] Sed neque istam sententiam probari accepimus: argutiola quippe hæc,[b] sicuti mox ostendemus, frivola et inanis est. Neque autem illa, quam primo in loco diximus, vera et proba videri potest; omnia esse,[*] quæ pater jusserit, parendum. Quid enim? si proditionem patriæ, si matris necem, si alia quædam imperarit turpia aut impia. 3. Media igitur sententia optima atque tutissima visa est; quædam esse parendum, quædam non obsequendum. Sed ea tamen, quæ obsequi non oportet, leniter et verecunde[c] ac sine detestatione nimia sineque opprobratione acerba reprehensionis declinanda sensim et relinquenda esse dicunt, quam respuenda.[d] [12] Conclusio vero illa qua colligitur, sicuti supra-

[a] *In iis rebus quas præcipit.* [b] *Vana illa subtilitas.* [c] *Modeste.*
[d] *Potius quam rejicienda.*

textu, ut tandem feci; eo magis, quia Gellius solet sequens relativum efferre eodem casu, quo est præcedens adjectivum, ut I. 8. 'Theophrastus in eo quo dixi libro.' Et cap. 25. 'Iccirco ex iis quibus dixi vocibus.' Ita nunc *omnia quæ pater imperat parendum* dixit. Sed et scire oportet in titulo hujus capitis cum olim legeretur *an semper in omnibus patris jussis obsequendum sit*, inde Stephanum edidisse *an semper omnibusque patris*; sed in Ms. Reg. legi tantum *an omnibus patris juss.* idque sufficit, et exprimi fuerat melius.' *Jac. Gronov. Omnia* ascripsit Sciopp. quod et defendit Otho. *Omnibus* dat Delph. Vid. inf. et Not. Var.—12 '*Quam respuenda.* Potius quam respuenda. Ita Græci sæpe μᾶλλον omittunt. Et apud Latinos Plautus, Livius, Tacitus, Tertullianus, denique Jurisconsulti crebro ita loquuntur.' *Thys.* 'At cur non notat, si notari hic aliquid debet, veteres editiones præferre: *et relin-*

NOTÆ

[*] *Omnia esse ... parendum*] Gellius Athenis tamdiu commoratus in sua Latinitate quandam Græcitatem vel contraxerat vel affectabat. Ita hic more Græcorum, parere et obsequi omnia, dicit, cum Latini, parere vel omnibus vel in omnibus, usurpent.

dictum est, nihil patri parendum, imperfecta est, refutarique ac dilui sic potest: Omnia, quæ in rebus humanis fiunt, sicut docti censuerunt, aut honesta sunt aut turpia. 4. Quæ sua vi[e] recta aut honesta sunt,[13] ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere, ea fieri oportet sive imperet pater, sive non imperet. Sed quæ his contraria, quæque turpia et omnino iniqua sunt; ea[f] ne si imperet quidem. Quæ vero in medio sunt, et a Græcis tum ἀδιάφορα tum μέσα[g][14] appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores capessere,[h] causas defendere, uxorem ducere, uti jussum proficisci, uti accersitum venire;[i] quoniam et hæc et his similia per sese ipsa neque honesta sunt neque turpia, sed, proinde ut a nobis aguntur, ita ipsis actionibus aut probanda fiunt aut reprehendenda; propterea in ejusmodi omnium rerum generibus patri parendum esse censent; veluti si uxorem ducere imperet, aut causas pro reis dicere. 5. Quod enim utrumque in genere ipso per sese neque honestum neque turpe est; idcirco, si pater jubeat, obsequendum est. Sed enim si imperet[15] uxorem ducere infamem, propudiosam,[k] criminosam; aut pro reo

[e] *Ex natura sua.* [f] *Illa non facienda.*
[g] *Indifferentia et media.* [h] *Arare terram, adire magistratus.*
[i] *Exempli gratia ire cum jubemur, venire cum vocamur.* [k] *Turpem.*

quenda magis esse dicunt, quam respuenda: sed contra Msstos? Certe si id adverterent tamen, non esset necessaria hæc Nota. Ceterum nosse licet in Ms. Regio fuisse *declinandam sensim et relinquendam:* unde geminum *m* ita est erasum, ut adhuc satis appareat.' *Jac. Gronov.*—13 '*Quæ sua vi recta aut honesta sunt.* Meursius trajiciendum censet: *aut honesta sunt aut turpia sua vi: quæ recta aut honesta*, 4. Miscel. 9. Miscere videtur, quæ separanda sunt. Nam illud propositum, *Omnia quæ in rebus humanis fiunt, ita uti* (sic enim optimi codices) *docti censuerunt, aut honesta sunt aut turpia*, hoc, inquam, propositum sophistarum est.' *J. F. Gronov.*—14 In Reg. scriptum est MEϹατaΔIaφoPA. Notat tamen Jac. Gronov. 'Omnino id quod inter duas Græcas voces in Ms. Regio ponitur, est majusculum T, unde Salmasius collationi suæ ascripsit, 'leg. *tum μέσα et ἀδιάφορα.*' Sed nota illa solet poni pro voce *vel*, unde hodieque illa sic utimur.'—15 '*Sed enim si imperet.* Sic editum est in editione, qua ipse usus fui, anni 1584, etiam in Gryphianis, quarum aliqua usus est Lambecius; unde nec iste nec ego quicquam annotavimus, quod ita reperiremus in codice Regio. Salmasius et frater usi fuerunt Stephanica, ubi exhibetur, *Quid enim? si imperet:* nec ipsi quicquam ascripserunt conniventes scilicet. Nam cum editio Ascensiana anni 1516, etiam haberet *sed enim*, ei Bourdelotius ascripsit *St. quid.* Hinc ego et Msti Regii, ut puto,

Catilina[b] aliquo, aut Tubulo,[16][c] aut P. Clodio[d] causam dicere; non scilicet parendum; quoniam accedente aliquo turpitudinis numero[l] desinunt esse per sese hæc media atque indifferentia. Non ergo integra est propositio dicenda:[17] aut honesta sunt quæ imperat pater aut turpia: neque ὑγιὲς νόμιμον[18] διεζευγμένον videri potest.[m] Deest enim dijunctioni isti tertium:[19] aut neque honesta sunt neque turpia. Quod si additur, potest ita concludi: nonnunquam est igitur patri parendum.[20]

l *Quia cum supervenit aliqua ratio infamiæ.*
m *Nec illud videri potest sanum et legitimum, si fuerit disjunctum hoc modo.*



et veterum editionum scripturam reposui.' *Jac. Gronov.*—16 '*Catilina aliquo aut C. Bibulo.* Gifanius ad Muretum et Lipsius I. Ant. 10. de conjectura, ut aiunt, ille *aut Tubulo*, hic *aut L. Tubulo* correxere. Nos in Rot. plane ac sine ambiguitate videmus, *aut tubulo.*' J. F. Gronovius. 'Nec aliud ego notavi ex Ms. Regio, ubi id ipsum nomen *Tubulo* exhibetur manifeste.' *Jac. Gronov.* *Aut C. Tubulo* ascripsit Sciopp. Vid. Not. Var.—17 '*Non est ergo integra propositio dicenda.* Fulvianus, Reg. et Rott. *dicendum.* Lege *dicentum*, vel *dicentium*, ut voluit et Muretus.' *J. F. Gronov.* 'Etiam Salmasius statim ascripsit collationi suæ, 'leg. *dicentium.*'' Jac. Gronovius. —18 'Putat H. Stephanus particulam copulativam omissam hic esse. Neque enim Græci hæc adjectiva sine illa copula conjungunt, sicut Latini aliquando conjungunt. Lege igitur *ὑγιὲς καὶ νόμιμον.*' *Thysius.* 'Suspectum hoc Stephano: cum enim *τὸ νόμιμον* adjectivum sit, æque atque *τὸ ὑγιὲς*, particulam connexivam interjici oportere. Acu rem tetigit: nam Regius, *ὑγιὲς et νόμιμον.*' *J. F. Gronov.*—19 '*Disjunctioni isti tertium.* Reg. et Rot. *dijunctioni.*' Idem. 'In Regio autem legitur: *Nec est enim dijunctio isti tertium*, ut videatur Gellius dedisse *dijuncto isti.*' Jac. Gronov.—20 'Regius: *non potest ita concludi, Nunquam est igitur patri parendum.* Satis commode; nam hæc istorum conclusio fuerat. In Rott. etiam *Nunquam* est pro *Nonnunquam.*' J. F. Gronov. 'Verum Ms. Regius etiam præmittebat *Quod si turpia additur.*' Jac. Gronov. Conjicit Otho *Quod si hoc additur.*

NOTÆ

b *Catilina*] L. Catilina Romanus senator, adjunctis sibi flagitiosis civibus, de Ciceronis Consulis nece, et urbe incendenda diripiendaque conspiravit: eorum occurrit furori vigilantia Consulis; sumtum de præcipuis conjuratis supplicium anno U. C. DCXCI. ante Christum LXIII. sequenti Catilina pugnans adversus Petreium Antonii proconsulis legatum, in prælio cecidit. Sallust. Plutarch. &c.

c *Tubulo*] Tubulus paulo ante Ciceronem Prætor in omnem nequitiam effusus.

d *P. Clodio*] De Clodio diximus in Notis ad cap. 16. lib. I.

CAP. VIII.

Quod parum æqua reprehensio Epicuri a Plutarcho peracta sit in[a] syllogismi[1] [a] disciplina.

PLUTARCHUS secundo librorum, quos de Homero composuit, imperfecte atque præpostere atque inscite syllogismo esse usum Epicurum dicit, verbaque ipsa Epicuri ponit; *ὁ θάνατος οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. τὸ γὰρ διαλυθὲν[2] ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς.*[b] Nam prætermisit, inquit, quod in prima parte sumere debuit: *ὁ θάνατος*[3] *ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις.*[c] Tum deinde eodem ipso quod omiserat, quasi posito concessoque, ad confirmandum aliud utitur. Progredi autem hic, inquit, syllogismus, nisi illo prius posito, non potest. Vere hoc quidem Plutarchus[b] de forma atque ordine syllogismi scripsit. Nam si, ut in disciplinis traditur, ita colligere et ratiocinari velis, sic dici oportet; *ὁ θάνατος ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις· τὸ δὲ διαλυθὲν ἀναισθητεῖ. τὸ δὲ ἀναισθητοῦν οὐδὲν πρὸς*

[a] *Constructione.* [b] *Mors nihil ad nos; quod enim dissolutum est non sentit: quod autem non sentit, nihil ad nos.* [c] *Mors est animæ et corporis dissolutio.*

1 'Reg. *pacta in syllogismi.* Lege, *facta.* Et omittitur merito τὸ *sit*, nam pro more suo potius τὸ *est* intellexit Auctor.' *J. F. Gronov.*—2 'Τὸ δὲ διαλυθέν. Cur ita placuerit edere huc usque, non assequor, præsertim cum in interpretationibus jamdiu ponatur 'non dissolutum.' Scias igitur in Regio libro exhiberi τὸ γὰρ διαλ. quod nunc putavi retinendum. Et sane jam habent nonnullæ ex prioribus editiones. Aliud est infra.' *Jac. Gronov.*—3 '*Sumere debuit: ὁ θάνατος.* Regius, τὸν θάνατον εἶναι ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσιν.' *J.*

NOTÆ

[a] *Syllogismi*] Syllogismus est argumenti genus validissimum, quo ex duabus præviis propositionibus rite dispositis necessario conclusionem inferimus, verbi causa: 'Omnis virtus est amanda; atqui justitia est virtus, ergo justitia est amanda.'

[b] *Plutarchus, &c.*] Epicurum, ut notat Muretus, a Plutarcho jure reprehensum, frigide omnino defendit Gellius: quanquam enim id quod dissolutum est sensu vacat, non idcirco ipsa dissolutio non sentitur. Præterea cum mors sit ipsa dissolutio corporis et animæ διάλυσις, perperam dicitur τὸ διαλυθὲν, id quod est dissolutum.

ἡμᾶς.[d] 2. Sed Epicurus, cuicuimodi[e] [4] homo est, non inscitia videtur partem illam syllogismi prætermisisse. Neque id ei negotium fuit syllogismum tanquam in scholis philosophorum cum numeris omnibus et cum suis finibus dicere:[f] et profecto, quia separatio animi et corporis in morte evidens est, non est ratus necessariam esse ejus admonitionem, quod omnibus prorsus erat obvium.[g] Sicuti etiam quod conclusionem syllogismi non in fine posuit, sed in principio: nam id quoque non imperite factum quis non videt? apud Platonem quoque multis in locis reperias syllogismos repudiato conversoque ordine isto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam reprehensionis contemtione [5] positos esse.

[d] *Mors est animæ et corporis dissolutio: quod autem dissolutum est non sentit; quod vero non sentit, nihil ad nos.* [e] *Qualiscumque.*
[f] *Exponere cum partibus suis omnibus et terminis.* [g] *Cognitum.*

F. Gronov.—4 Alii *cuimodi.*—5 '*Reprehensionis contemtione.* Ita jam edidit Stephanus. Posteriores mutaverunt in *contentione*, quæ nulla hic considerari vel intelligi potest, neque Plato contendit reprehendere: sed crebro illo usu ostendit se de industria facere, et contemturum si quis reprehendat, ut ita juste se facere opinetur. Itaque id repetendum statui, præsertim cum perspicue exigat codex Regius, qui habet *contemptione.* Mosellanus est qui illud *contentione* etiam exponit, quod dignum non judico, ut hic ponatur. In eodem codice etiam pro antecedentibus *in docendo* legitur *incidendo.*' Jac. Gronov. *Contentione* in textu legit J. F. Gronov.

CAP. IX.

Quod idem Plutarchus [6] *evidenti calumnia verbum ab Epicuro dictum insectatus sit.*[a] [7]

In eodem libro idem Plutarchus eundem Epicurum repre-

[a] *Damnaverit.*

6 *Quod idem Plutarchus.* Ita edendum et denique revocandam secundam vocem putavi, quam vide quanto cum ludibrio tractent. Nam postquam ex Stephani editione pag. 55. excidit, attamen pag. 541. in indice capitum eam retinet: unde etiam abegerunt duæ minores editiones in hac regione excusæ, ut nimirum ipsa capita cum indice consentirent. Parisina in usum Delphini stultitiam priscæ vacillationis iteravit, ut pag. 65. quidem poneret *Quod Plutarchus*, pagina autem 538. *Quod idem Plutarchus.* Omnino fœdissima varietas. Omnino Mssti retinent ubique *idem.*' Jac. Gronov.—7 '*Insectatus est*

hendit, quod verbo usus sit parum proprio et alienæ significationis. Ita enim scripsit Epicurus: ὅρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν, ἡ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπεξαίρεσις· non, inquit, παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος, sed παντὸς τοῦ ἀλγεινοῦ[b] dicere oportuit. Detractio enim significanda est doloris, inquit, non dolentis. Nimis minute[a] ac prope etiam subfrigide Plutarchus in Epicuro accusando λεξιθηρεῖ.[c 8] Has enim curas vocum verborumque elegantias non modo non sectatur Epicurus, sed etiam insectatur.

[b] *Terminus magnitudinis voluptatum est omnis dolentis detractio. Non, inquit, omnis dolentis, sed omnis rei anxiæ.* [c] *Dictiones attendit.*

solet malle Noster.' *J. F. Gronov.*—8 '*In Epicuro accusando* λέξεις τηρεῖ. Ex Fulviano video notatum θηρεῖ. At Regius plane λεξιθηρεῖ. Huic enim debet, quod sic legendum præcipit ad Solinum p. 1467. Salmasius.' *Idem.* Λέξεις θηρεῖ ascripsit Sciopp. Λέξεις τηρεῖ dant Delph. Lugd. Bat.

NOTÆ

[a] *Nimis minute*] Neque rectius, ut idem Muretus observat, defenditur Epicurus. Cujus enim est vel ignorantiæ, vel stuporis confundere id quod dolorem patitur, cum eo quod dolorem infert? Si Epicuro in vocum delectu licuit esse negligentem, non continuo diligentibus aliis esse non liceat.

CAP. X.

Quid sint favissæ Capitolinæ: et quid super eo verbo M. Varro Servio Sulpicio quærenti rescripserit.

SERVIUS SULPICIUS[a] juris civilis auctor, vir bene literatus, scripsit ad M. Varronem, rogavitque ut rescriberet quid significaret verbum, quod in censoriis libris scriptum esset. Id erat verbum 'favissæ Capitolinæ.'[b] Varro rescripsit,

NOTÆ

[a] *Servius Sulpicius*] Ciceroni familiaris, nec minus singulari civilis juris doctrina, quam Quæstoris, Prætoris, adeoque Consulis magistratibus recte gestis illustris. Cui ob mortem in legatione ad Antonium obitam decernendæ statuæ auctor fuit Cicero.

[b] *Capitolinæ*] Capitolium fuit templum Jovis in monte Tarpeio, cui nomen imposuit hominis caput ipsis in fundamentis repertum. Fuere qua-

in memoria sibi esse, quod Q. Catulus curator[a] restituendi Capitolii dixisset: Voluisse se aream Capitolinam deprimere, ut pluribus gradibus in ædem conscenderetur,[9] suggestusque[b] pro fastigii magnitudine altior fieret; sed facere id non quisse,[c] quoniam favissæ impedissent. 2. Id esse cellas quasdam et cisternas, quæ in area sub terra[10] essent: ubi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, et alia quædam religiosa e donis consecratis:[11] at[12] deinde eadem epistola negat quidem se in literis invenisse cur favissæ dictæ sint: sed Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos 'flavissas' dixisse: quod in eos non rude[d] æs[c] argentumque, sed flata[e] signataque pecunia conderetur. Conjectare igitur se detractam esse ex eo verbo secundam literam, et 'favissás' esse dictas cellas quasdam et specus, quibus æditui[d] Capitolini uterentur ad custodiendum[13] res veteres religiosas.

[a] *Qui curam susceperat.* [b] *Locus concionum.* [c] *Potuisse.*
[d] *Informe.* [e] *Fusa.*

9 '*Ut pluribus gradibus in eandem.* Reg. Lincoln. Rot. *in eadem.* Lege, *in ædem conscenderetur*, id est, in ipsum Capitolium, ut prodidit Salmasius ad Solin. p. 1211.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—10 Colerus *subterrea* vel *subterna.*—11 '*Quædam religiosa donariis consecratis.* Editiones antiquæ: *religiose donariis consecrata.* Rott. *religionise donis consecratis.* Regius, Fulv. Lincoln. *religiose donis consecratis.* Scribe, *religiosa e donis consecratis*, ut præcepit Salmasius.' *J. F. Gronov.* 'Ryckius cap. 37. de Capitolio Romano citat *religiosiora e donariis consecr.* eodem dirigens, sed sine auctoritate.' *Jac. Gronov.* *Donis* ascripsit Sciopp. Vid. Not. Var.—12 Ascripsit Sciopp. *ac.*—13 '*Mss. æditui Capitolii uterentur ad custodiendas.* Et posterius quidem antehac vulgo edebatur: neque assequor, quare vel Carrio vel Stephanus mutaverint.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

tuor capitolia diversis temporibus exstructa. Ejus, quod erexit Tarquinius Priscus, tegulas æreas primus Catulus inauravit post Carthaginem eversam.

[c] *Rude æs*] Primis Romanæ Reip. temporibus nummus æreus rudis et informis, quod æs grave, æs rude dicebatur, fuit in usu. Immo alias non ærea solum, sed et scortea ex corio moneta fuit adhibita. Unde Donatus in illud Virgilii, 'Taurino quantum possent circumdare tergo:' tradit pecuniam ex corio bubulo priscis temporibus fuisse, hincque pecuniam dictam quod ex pecore traheret originem. Consule Notas ad cap. 8. lib. I.

[d] *Æditui*] Æditui dicebantur penes quos erat ædium sacrarum cura. De hac voce consule lib. XII. c. 6.

CAP. XI.

De Siccio Dentato egregio bellatore multa memoratu digna.

L. SICCIUM DENTATUM, qui tribunus plebi[a] fuit Sp. Tarpeio,[b] A. Aterio[14] Consulibus, scriptum est in libris annalibus, plus, quam credi debeat,[15] strenuum bellatorem fuisse: nomenque ei factum ob ingentem fortitudinem,[a] appellatumque esse Achillem Romanum.[c] Is pugnasse in hostem dicitur centum et XX. præliis; cicatricem aversam nullam,[b] adversas[c] quinque et XL. tulisse: coronis[d] esse donatus aureis octo, obsidionali una, muralibus tribus, civicis XIV. torquibus[e] tribus et LXXX. armillis[f] plus centum LX.[16] hastis[g] duodeviginti, phaleris[h] item donatus est quin-

[a] *Magnam gloriam acquisivisse.* [b] *Nullum vulnus a tergo.* [c] *In pectore.*

14 '*Haterio.* Stephano unde placuerit initialem aspirationem assumere, viderit. Non est certe in ullo codice Ms. et cum Parisiis notaverim *aternio*, tum Oxonii *A. Termo.* Vide Pighium ad annum U. C. CCXCIX.' *Jac. Gronovius.* *A. Hatterio* legit Sciopp. et ad oram exemplaris sui ascribit *Aternio.* '*Haterio.* Vulgo corrupte *A. Thermo.*' Thysius.—15 'Reg. *credi queat.*' J. F. Gronov. 'Si Regio codici ascribi debet, quod Lambecius ab se inventum in margine annotavit. Hinc enim deceptum patrem opinor. Nam nec Bourdelotius, nec Salmasius, nec frater, nec ego tale quid in Regio libro invenimus. Et litera l, quam solet Lambecius suspicionibus suis præponere, hic etiam præposita apparet, sed paulo obscurior. Unde pro nihilo id haberi decet.' *Jac. Gronov.*—16 Vid. Not. Var.—17 '*Populi militaria*

NOTÆ

[a] *Tribunus plebi*] Post expulsos reges, cum Romani continuis bellis premerentur, et plebs cogeretur æs alienum ad sumtus communes contrahere, ac deinde ab avaris fœneratoribus crudeliter tractaretur, creatus est tribunus plebis an. U. C. CCLIV. ante Christum D. qui vim omnem ab ea propulsaret.

[b] *Sp. Tarpeio*] Hic cum collega A. Haterio Consul creatus est anno U. C. CCC. ante Christum CCCCLIV.

[c] *Achillem Romanum*] Achilles Græcorum princeps fortissimus, poëtarum fabulis non minus quam præclare gestis celebratus.

[d] *Coronis*] De coronis fusius lib. VI. cap. 6.

[e] *Torquibus*] Torquis erat bellicæ fortitudinis præmium.

[f] *Armillis*] Strenui milites ab imperatoribus donabantur armillis, quæ proprie erant arma, sic appellata quod ab armis sive humeris penderent.

[g] *Hastis*] Præmium erat militare hasta, quæ ideo pura dicebatur, quod ferro non esset præfixa.

[h] *Phaleris*] Phaleræ aliud præmii genus quæ videntur fuisse equorum frontalia.

quies viciesque. Spolia (militaria dona) habuit[17] multijuga;[d] in his provocatoria[i] pleraque. Triumphavit cum imperatoribus suis triumphos novem.

[d] *Diversi generis.*

dona habuit. Nihili sunt illa *militaria dona populi.* Regius et Rot. ignorant τὸ *dona.* Vaticanus *spolia* pro *populi.* Forsan ergo: *Spolia militaria habuit multijuga.* Nec me fugit etiam τὸ *militaria* delere Salmasium. Sed cur non dixerit *spolia militaria*, quæ Valerius Maximus *spolia ex hostibus*, Solinus *ex hoste spolia?* Puto tam constare, licet additum non esset, *ex hostibus* ea fuisse spolia, quam constat bellica vel *militaria* fuisse.' *J. F. Gronov.* 'Eodem modo, quem adhibet Pater in sanando hoc loco, usus jam fuit Mercerus ad Fulgentii expositionem pag. 211. Interim satis secure creditur Vaticano, ut inde proferantur *spolia*, cum liber Regius aliique retineant *populi*, sicut et Brixiæ fuit editum: *Quinquies viciesque populi militaria habuit multijuga*, voce scilicet per notam scripta, unde in dubium venit. Mihi autem negotium facit copulativa *que* annexa τῷ *vicies*, nec intelligo cui bono, nec etiam opinor sic locutus nunc est, ut solet 'duo et vicesimus.' Prousteus retinet *populi militaria dona*, nec tamen exponit, qualia fuerint ista, quæ concedebantur iis, qui ex provocatione victores extiterant, quomodo describit 'provocatoria.' Hinc patet scripsisse Gellium *phaleris item donatus est quinquies, vexillis novies. Testimonia militaria habuit multijuga.* Scriptum erat *vexillis* 9. qui numerus degeneravit in literam *q*. Et 'vexilla' autem illustrat Lipsius libro v. dialog. 17. de militia Romana, et testimonia ista sunt cognita ex Suetonii Galba.' *Jac. Gronov.* *Spolia* ascripsit Sciopp. Vid. Not. Var.

NOTÆ

[i] *Provocatoria*] Quæ concedebantur iis qui ex provocatione victores extiterant.

CAP. XII.

Considerata perpensaque lex quædam Solonis, speciem habens primorem iniquæ injustæque legis, sed ad usum et emolumentum[18] salubritatis penitus reperta.

In legibus Solonis[a] illis antiquissimis, quæ Athenis[a] ax-

[a] *Tabulis.*

18 Non debuit hoc mutare Stephanus, certe nullam justam causam habuit in *ad usum emolumentumque:* quod præferunt editiones hodiernæ, cum istud

NOTÆ

[a] *Solonis*] Solon Salamine natus, Atheniensium legislator, unus e VII. Græciæ sapientibus: Prætor Athenis fuit anno III. Olympiadis XLVI. ante Christum DXCIV. Mortuus est anno ætatis LXXX. eodem quo Cyrus in Perside cœpit regnare. Plutarch. Diogen.

ibus ligneis [19] incisæ sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut sempiternæ manerent, pœnis et religionibus sanxerant,[b] legem esse Aristoteles [20] refert scriptam ad hanc sententiam: Si ob discordiam dissensionemque seditio atque discessio populi in duas partes fieret,[c] et ob eam causam irritatis animis utrimque arma capientur, pugnabiturque,[1] tum qui, in eo tempore in eoque casu civilis discordiæ, non alterutra[b] parte[2] sese adjunxerit, sed solitarius separatusque a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto: exul extorrisque[c] esto. 2. Cum hanc legem Solonis singulari sapientia præditi legissemus, tenuit nos gravis quædam in principio admiratio, requirens [3] quam ob causam dignos esse pœna existimave-

[b] *Quas descripsit Atheniensibus, qui suppliciis propositis et sacro jurejurando decreverunt, ut æternum florerent.*

[c] *Populus divideretur in duas factiones.*

sit in optimo Ms. Regio.' *Jac. Gronov.*—19 'In duobus libris Oxoniensibus legi *asseribus* et *axeribus*, quod ita placet Cl. Scheffero lib. II. de re vehic. cap. 7. ut cum ita legatur in antiquis libris testimonio doctissimorum virorum, non vero *axibus*, hoc sciolos substituisse censeat. Sane in codice Regio simpliciter extat *axibus*, qui palmam fidei omnino ceteris aufert.' *Idem.*—20 '*Legem esse Aristoteles.* Vereor, ne hinc aliquid exciderit. Nam fidus ille Regius habet *legem autem Aristot.* Quasi de legis illius notabili ratione jam aliquid ante protulisset, ut nunc eam citare cogeretur.' *Idem.* 'Fortassis *auctor*, quod idem peccatum commissum videtur supra lib. II. c. 6. ubi omnes fere Mss. exhibebant, *Sic in actionibus civilibus autem*, pro *sic in a. c. auctor*. Sententia hic esset, Aristoteles, quem ea in re auctorem sequimur.' *Otho.*—1 Vulg. *caperentur pugnareturque:* nostram tamen lect. ex quatuor codd. legit et defendit J. F. Gronov. Vulgatam dant Delph. Lugd. Bat.—2 '*Non alterutræ parti sese adjunxerit.* Hanc Carrionis esse conjecturam reor: nam et scripti et antehac editi *alterutra parte.* Quod vereor, ne fuerit olim, *ad alterutram partem*, quemadmodum et paulo post loquitur, et sæpe mavult Cicero. Ut Famil. I. Ep. 8. 'Ad ejus me rationes adjungo.' Ep. 9. 'Ad eorum causam me adjungerem.' *J. F. Gronov.* 'Lege *alterutræ parti*, quod prorsus Gellianum est, et alibi a me vindicatum.' *Falster.* Et ita habent J. F. Gronov. Delph. Lugd. Bat.—3 'Quatuor membranaceis credo Auctorem scripsisse *requirens.* Regius quoque *gravis admodum in principio admiratio.*' J. F. Gronov. 'In margine Gelliani codicis mei scriptum erat, *admodum.*' Thys. '*Gravis quædam.* In Ms. Regio erat *gravis quemadmodum*, sed ex his postremæ sex literæ sunt sane quam recentes et secundæ manus, cum prior sit erasa; solum illud *quea* vetus est.' *Jac. Gronov.* *Requirentes* Lugd. Bat.

NOTÆ

[b] *Alterutra* [*Alterutræ*] Sic Veteres dicebant pro alterutri, et ipse Cicero simile quid usurpavit.

[c] *Extorris*] Extorris, si credimus grammaticis, quasi ex terris, dictus est.

rit, qui se procul a seditione et civili pugna removissent. Tum, qui penitus atque alte usum ac sententiam [d] legis introspexerat,[4] non ad augendam, sed ad desinendam seditionem legem hanc esse dicebat: et res prorsum se sic habet. 3. Nam si boni omnes, qui in principio coërcendæ seditioni impares fuerint,[e] populumque partitum et amentem non deterruerint, ad alterutram partem divisi sese adjunxerint;[5] tum eveniet, ut cum socii partis seorsum utriusque fuerint, eæque partes ab iis,[6] ut majoris auctoritatis viris, temperari ac regi cœperint,[f] concordia per eos potissimum restitui conciliarique possit; dum et suos, apud quos sunt,

[d] *Vim.* [e] *Non potuerunt sedare turbas.*
[f] *Et homines gravioris auctoritatis inceperint præesse et moderari illis factionibus.*

Delph.—4 '*Usum ac sententiam legis inspexerat.* Rot. *introspexerat.* Regius, *introspexerant*, et mox *dicebant*. Satis placet.' *J. F. Gronov.* *Inspexerat* edd. eædem.—5 '*Populumque partitum et amentem non deterruerit, ad alterutram partem divisi.* Hic late gangræna serpsit. Primum Reg. Lincoln. Rott. *populum*, sine particula copulativa. Dein Rott. *percitum*, ut et Palat. apud Elmenhorstium in Appuleiano indice, et ante Carrionem editi. Super hæc pro *deterruerint* iidem *deruerint*, quod superest, ni fallor, de *deseruerint*. Post quod verbum excidit adversativa particula. Denique *dividi* tres pro *divisi*, significantes *dividui*: neque enim *dividus*, opinor, ut *promiscus*, dixerunt. *Nam*, inquit, *si boni omnes, qui in principio coërcendæ seditioni impares fuerunt, populum percitum et amentem non deseruerint, sed ad alterutram partem dividui sese adjunxerint.* Deserunt enim populum, qui sese medios gerunt, et ab ejus civili pugna procul removent. *Dividui* autem, eligentes alii hanc, alii alteram dissidentium partem. *Fuerunt* etiam, non *fuerint*, Rottendorfianus.' *J. F. Gronov.* 'Quæ satis lepide ad veterem scripturam restituta sunt, si discedas ab ista adversativa *sed* interposita, quæ nullam potest fidem habere, utpote rejecta ab Msstis libris: *deruerint* quoque non debet augeri, cum in illis literis lateat certe vera Gellii manus. Requiritur enim aliquid, ut boni se ad alterutram partem adjungant, illi præsertim qui in principio impares fuerunt coërcendæ seditioni. Si enim illorum aliqui id ita tentarunt, ut hanc aut illam partem vituperaverint, et tanquam seditiosos contumeliose traduxerint, illi certe fidem postea non reperient nec auctoritatem apud dissidentes. Et id facile fieri potest. Itaque hoc præmonuit Gellius dicendo, *populum percitum et amentem non deriserint, ad alterum.*' Jac. Gronov. 'Ne literam quidem velim mutari in illo *deruerint*: 'deruere' enim, ut verbum simplex 'ruere' sæpe, hic transitive accipitur. Omnis itaque locus mea quidem sententia ita legendus est: *Nam si boni omnes, qui in principio coërcendæ seditioni impares fuerint, populum percitum et amentem non deruerint, ad alterutram, etc.* Ut sententia sit: si cives boni statim in principio non repente oppresserint populum fervescentem ac tumentem, quod impares fuerint, si deinde ad alterutram, etc. Apage igitur te *deseruerint*, aut quod pejus est, *deriserint*, derisu omnino dignum. Ceterum pro *boni omnes* malim legere *boni cives*, ut infra lib. XVIII. c. 7. 'Civitatem dici et pro loco, et pro oppido, et pro jure quoque omnium:' loco *omnium*, malim *civium*.' Otho.—6 '*Eoque partes ab iis.* Mss. *æque*, vel *eque*. Scribe, *eæque partes*.' J. F. Gronov. *Eæque* ascripsit

regunt atque mitificant,[g] et adversarios sanatos magis cupiunt[7] quam perditos. 4. Hoc idem Favorinus philosophus inter fratres quoque aut amicos dissidentes oportere fieri censebat: ut, qui in medio sunt utriusque partis benevoli, si in concordia annitenda[h][8] parum auctoritatis quasi ambigui amici habuerint, tum alteri in alteram partem discedant; ac per id meritum viam sibi ad utriusque concordiam mœniant.[i] Nunc autem pleraque, inquit, pars utriusque amici,[9] quasi probe faciant, duo litigantes destituunt et relinquunt; deduntque eos advocatis malevolis aut avaris, qui lites animasque eorum inflamment, aut odii studio, aut lucri.

[g] *Leniunt.* [h] *Efficienda.*
[i] *Per id officium aperiant sibi iter ad firmandam concordiam.*

Sciopp.—7 '*Adversarios servatos magis cupiunt.* Mss. *sanatos*, ut edidit recte Carrio.' *J. F. Gronov.*—8 Ms. Regius legit *admittenda:* ubi etiam legitur *muniant.* Ascripsit Sciopp. *adnitenda.*—9 '*Pleraque, inquit, pars utriusque amici.* Conjecturam Carrionis esse censeo. Rot. certe ac Reg. ut olim editum: *plerique, inquit, partis utriusque amici.* Mox τὰ *et relinquunt* Rottendorfianus ignorat.' *J. F. Gronov.*

CAP. XIII.

Liberos in multitudinis numero etiam unum filium filiamve Veteres dixisse.

ANTIQUI oratores, historiæque aut carminum scriptores, etiam unum filium filiamve 'liberos' multitudinis numero appellarunt. Id quoque nos cum in complurium[10] Veterum libris scriptum aliquotiens adverterimus, nunc quoque in libro Sempronii Asellionis rerum gestarum quinto ita positum esse offendimus. Is Asellio[a] sub P. Scipione

10 'Scribe ex Reg. et Rot. *Idque nos cum in c.* Alioqui molesta τοῦ *quoque*

NOTÆ

[a] *Asellio*] C. Sempronius Asellio anno U. C. DCXIV. ante Christum CXL. et doctrinæ, et militiæ laude floruit

Africano [b] tribunus militum [c] ad Numantiam [d] fuit: resque eas, quibus gerendis ipse interfuit, conscripsit. Ejus verba de Tiberio Graccho [e] tribuno plebi, quo in tempore interfectus in Capitolio est, hæc sunt: 'Nam Gracchus domo cum proficiscebatur,[11] nunquam minus terna aut quaterna millia hominum sequebantur.' Atque inde infra [12] de eodem Graccho ita scripsit: 'Orare cœpit, ut se defenderent [13] liberosque suos: eum, quem virilis sexus tum in eo tempore habebat,[14] produci jussit, populoque commendavit prope flens.'

repetitio est.' *J. F. Gronov.* *Idque nos* ascripsit Sciopp.—11 Vulg. *proficisceretur.*—12 'In Oxoniensium uno legi *Atque idem infra.*' Jac. Gronov. 'Sed *idem* præfero: solenni enim errore hæc, 'inde' et 'idem,' commutari solent invicem a librariis. Sic apud Plaut. Amphitryo. I. 1. 273. ubi recte editur, 'Cadus erat vini, inde hirneam implevi,' in Ms. Biblioth. Cygne. quem contuli, disserte erat *idem.*' Otho.—13 'In Ms. R. erat, *Orare cœpit quid, ut se defenderent.* Legendum censeo: *Orare cœpit Quirites, ut se d.*' Lambecius. Ascripsit Sciopp. *Orare quidem cœpit id ut.* 'Ant. Augustinus: *Orare quidem cœpit id, ut se defenderent.* Non temere: nam reperit aliquid in Mss. quod sic reddendum esse censeret, quanquam haud attigerit scopum. Reg. et Rot. *Orare cœpit id quidem, ut se def.* Uterque *quid* cum κεραίᾳ super τῷ *D*, ut solent τὸ *quidem* significare. Ne putes solum *quid*, unde fingi *Quirites* possit, in Regio reperiri. Credibile est autem scripsisse Gellium *orare cœpit, inquit, ut se defenderent liberosque suos.* Neque offendat quenquam, quod τὸ *inquit* supervacuum videtur, quia statim ante præcedit τὸ *scripsit.* Nam sic passim Noster. Inter alia lib. X. 23. et lib. XI. 12. et lib. XIII. 12.' *J. F. Gronov.* 'Profecto astutus voluit esse Lambecius ultra decorum. Sed ex vera vetere scriptura quam bene existit *orare cœpit identidem!* cum interim nihil vetet retinere scripturam veterem *orare cœpit id quidem*, quippe cujus intelligentia videtur pendere ex sequentibus, quæ non habemus. In illis autem potuerunt sequi nonnulla ab his diversa, ut sic quidem oraverit, ceterum addiderit mox nonnulla, in quibus non perrexerit orare.' *Jac. Gronov.*—14 '*Quem virilis*

NOTÆ

[b] *P. Scipione Africano*] P. Cornelius Scipio Minor, excisa Carthagine celeberrimus, Numantiam evertit anno U. C. DCXXI. ante Christum CXXXIII. Consule caput 4. lib. III.

[c] *Tribunus militum*] Tribuni militum qui primi a summo exercitus duce rem militarem administrabant, dicti sunt quod ab initio terni essent, cum legio scilicet ex tribus millibus externis conficiebatur. Nunquam numerus tribunorum ultra sex excrevit.

[d] *Numantiam*] Numantia urbs Hispaniæ Tarraconensis, post longam a Romanis obsidionem illustri civium desperatione et ferali ruina nobilis. Locus ubi sita fuit, nunc pagus est, teste Morali, dictus *Garray* ab urbe Soria vix leuca distans.

[e] *Tiberio Graccho*] Hic Attali Regis pecuniam cum in populum distribui vellet, et in annum sequentem tribunatum ambiret, adeo Senatum commovit, ut in Capitolio, quo se receperat, eum occidi jusserit anno U. C. DCXXI. ante Christum CXXXIII.

secus tum in eo tempore. Reg. et Rot. *virile secus.* Quæ non modo antiqui moris ac certæ veritatis lectio est, sed etiam nota bonitatis horum exemplarium: non enim nisi præstantissima et ex talibus translata eam scripturam vocabuli hujus servant. Vide ad Livium. Dein Fulvius Ursinus τὰ *in eo tempore* censet inducenda, credo quod nihil significent aliud quam *tum* præcedens. Suspicabar: *eumque, quem virile secus unum in eo tempore habebat, produci jussit.* Vel *unum eo tempore.*' J. F. Gronov. 'Nisi fuerit, *eum, quem virile secus secum in eo tempore.*' Jac. Gronov.

CAP. XIV.

Quod M. Cato in libro, qui inscriptus est, CONTRA TIBERIUM EXULEM, stitisses vadimonium, *per* i, *literam dicit, non* stetisses: *ejusque verbi ratio reddita.*

IN libro vetere M. Catonis, qui inscribitur, CONTRA TIBERIUM EXULEM, scriptum sic erat,[15] 'Quid si vadimonium[a] capite obvoluto stitisses?' Recte ille quidem 'stitisses' scripsit: sed falsi et audaces emendatores, *e* scripto per libros, 'stetisses' fecerunt, tanquam 'stitisses' vanum et nihili verbum esset. Quin potius ipsi nequam et nihili sunt, qui ignorant, 'stitisses,' dictum a Catone, quoniam 'sisteretur vadimonium,' non 'staretur.'

15 '*Scriptum quidem sic erat.* Nullus hic usus τῷ *quidem.* Transmove igitur auctoribus membranis: *scriptum sic erat, Quid si vadimonium capite obvoluto stitisses? Recte ille quidem stitisses.*' J. F. Gronov. 'Hinc igitur apparet temerariam esse mutationem loci, ubi ponitur τὸ *quidem* in editione anni 1651. ut edant *recte quidem ille,* quod per imprudentiam secuti alii, sane contra Msstos: et ideo vetui, ne nunc propagaretur.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *Recte quidem ille. Scriptum quidem .... Recte ille stitisses* Delph. *Scriptum quidem .... Recte quidem* Lugd. Bat.

NOTÆ

[a] *Vadimonium*] Est obligatio sistendi in jure ex sua et vadum sponsione: vadimonium sistit qui comparet in judicio ad diem statutam: qui secus facit dicitur vadimonium deserere.

CAP. XV.

Quod antiquitus ætati senectæ potissimum habiti sunt ampli honores; et cur postea ad maritos et ad patres[16] *iidem isti honores delati sint: atque ibi quædam de capite legis Juliæ septimo.*

Apud antiquissimos Romanorum neque generi neque pecuniæ præstantior honos tribui quam ætati solitus: majoresque natu a minoribus colebantur ad Deum prope et parentum[a] vicem; atque omni in loco,[17] inque omni specie honoris, priores potioresque habiti. A convivio[b] quoque, ut scriptum est in antiquitatibus, seniores a junioribus[c][18] domum deducebantur, eumque morem accepisse Romanos a Lacedæmoniis traditum est: apud quos, Lycurgi legibus,[α] major rerum omnium honos majori ætati[19] habebatur. Sed postquam suboles civitati necessaria visa est, et ad prolem populi frequentandam[d] præmiis atque invitamentis usus fuit; tum antelati quibusdam in rebus, qui uxorem quique liberos haberent, senioribus neque liberos neque uxores ha-

[a] *Instar Deorum et parentum.* [b] *Post epulas.* [c] *Junioribus.*
[d] *Ad multiplicandos populi liberos, &c.*

16 '*Ad maritos et ad patres.* Ita legitur in codice Regio, unde supplere posterius *ad* non dubitavi, quod vulgo omittitur.' *Jac. Gronov.*—17 '*Colebantur ad Deum prope et parentum vicem: atque in omni.* Haud scio, ubi Carrio ediderit *celebrabantur*, quo delectatur Gebhardus I. Antiq. 10. Scripti omnes *colebantur*, et tentandum non est. At iidem *atque omni in loco.*' J. F. Gronov. —18 'Vulg. *a minoribus.* Vat. Reg. Rott. *a junioribus.* Et placet, quia altero jam abusus est.' *Idem.* *A junioribus* ascripsit Sciopp. *A minoribus* Delph. Lugd. Bat.—19 'Reg. et Rot. *major omnium rerum honos ætati majori*, non sine quodam auctu dignitatis in oratione. Lincoln. *major omni rerum.*' J. F.

NOTÆ

[α] *Lycurgi legibus*] Lycurgus Eunomi filius Lacedæmoniorum legislator, Polydectæ fratris Spartanorum regis Posthumum filium Charilaum, cujus pueri regnum tutoris nomine administratum usurpare poterat, solio restituit. Peregre deinde profectus ex collectis diversarum rerumpublicarum institutis leges scripsit sapientissimas, quibus Lacedæmonios astrinxit. *Plutarch. Justin.* Quo potissimum anno floruerit incertum: alii ad Olympiadem primam ejus tempora referunt, contendunt alii centum annis, eoque amplius antecessisse.

bentibus. Sic capite septimo legis Juliæ[20 b] priori ex Consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui pluris annos natus est, sed qui pluris liberos, quam collega, aut in sua potestate habet, aut bello amisit. 2. Sed si par[1] utrique numerus liberorum est, maritus, aut qui in numero maritorum est, præfertur. Si vero ambo et mariti et patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratur; et qui major natu est, prior fasces sumit. Super his autem, qui aut cælibes ambo sunt,[e] aut parem numerum filiorum habent, aut mariti sunt et liberos non habent, nihil scriptum in lege de ætate[2] est. Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primi mensis collegis concedere aut longe ætate prioribus, aut nobilioribus multo, aut secundum consulatum ineuntibus.

[e] *Qui non duxerunt uxores.*

Gronov. *Omnium rerum* probat Otho.—20 Reg. Rot. Lincoln. *Sicuti Kap.* VII. *legis Juliæ:* ut plane Michaëlis Vascosani editio anni 1585. et aliis.—1 Quidam manu exaratus, *Quod si par.*—2 ‘ Reg. et Rott. retinent *de ea ætate*, quod jam est in olim editis.’ *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[b] *Legis Juliæ*] Legem Juliam tulit Augustus an. ante Christi ortum XVIII.

CAP. XVI.

Quod Cæsellius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus Virgiliani enarratione.

VIRGILII versus sunt e libro sexto,

‘ Ille, vides,[a] pura juvenis qui nititur hasta,
Proxima sorte tenet lucis loca : primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget
Sylvius[a] Albanum nomen, tua posthuma proles;

[a] *Videsne? ille juvenis, qui insistit hastæ incruentæ, debet primus sorte nasci, primus prodibit in luminis auras Sylvius, homo Albanus, posthuma tua soboles, quem*

NOTÆ

[a] *Sylvius*] Hic Sylvius Posthumus tertius ab Ænea Trojano Latinorum

Quem tibi longævo serum Lavinia[b] conjux
Educet sylvis regem regumque parentem.
Unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.'[c]

2. Videbantur hæc nequaquam convenire;
'Tua postuma proles,'

et

'Quem tibi longævo serum Lavinia conjux
Educet sylvis regem.'

Nam si hic Sylvius, ita ut in omnium[3] ferme annalium monumentis scriptum est, post mortem patris natus est, ob eamque causam prænomen ei Postumo fuit;[4] qua ratione subjectum est?

'Quem tibi longævo serum Lavinia conjux
Educet sylvis.'

Hæc enim verba significare videri possunt, Ænea vivo ac jam sene,[d] natum ei Sylvium et educatum. 3. Itaque hanc sententiam esse verborum istorum Cæsellius opinatus in commentario lectionum antiquarum, 'Postuma,' inquit, 'proles non eum significat, qui patre mortuo, sed qui postremo loco natus est: sicuti Sylvius; qui Ænea jam sene, tardo seroque partu est editus.' Sed hujus historiæ auctorem nullum idoneum nominat.[5] Sylvium autem post Æneæ

uxor Lavinia in sylvis pariet tibi seniori futurum regem, et patrem regum, a quo nostri nepotes regnabunt Albæ Longæ.

3 Ita Fulv. Reg. Rot. Vulgo *Sylvius, ut in o.*—4 '*Postumo, &c.* In vulgatis codicibus *ob eamque causam prænomen ei impositum hoc fuit*, legitur. At cum Lambecio ex vetere manuscripto bibliothecæ Regiæ locum correximus.' *Prousteus.* Alii legunt *Posthumo.* Vide Not. Var.—5 Reg. et Rot. *auctorem*

NOTÆ

regnum annos triginta administravit. Dictus est Sylvius quod in sylva, Posthumus quod post humatum patrem natus fuerit. Obiit anno ante Christum MCXXXII.

[b] *Lavinia*] Hæc Latini regis filia, licet desponsa Turno Rutulorum principi, data est Æneæ in uxorem.

[c] *Longa Alba*] Urbs in Campania Italiæ ab Ascanio Æneæ filio fundata. A situ, quod in dorso montis porrecta sit, dicta est Longa; Alba vero ab omine suis albæ ibidem repertæ nominata est.

[d] *Ænea vivo ac jam sene*] Id minime verum esse potest, cum Ænean constet quarto quam in Italiam venerat anno e vivis excessisse.

mortem, sicuti diximus, natum esse[6] multi tradiderunt. 4. Idcirco Apollinaris Sulpicius inter cetera, in quibus Cæsellium reprehendit, hoc quoque ejus quasi erratum animadvertit; erroris que istius hanc esse causam dixit, quod scriptum ita sit: 'Quem tibi longævo,' inquit, non 'seni' (significatio enim est contra historiæ fidem) sed in longum jam ævum et perpetuum recepto immortalique facto. Anchises[e] enim, qui hæc dicit ad filium,[f] sciebat eum, cum hominum vita discessisset, immortalem atque indigetem[g] futurum, et longo perpetuoque ævo potiturum. Hoc sane Apollinaris argute. Sed aliud tamen est longum ævum, aliud perpetuum. Neque Dii longævi appellantur, sed immortales.

idoneum nullum nominat. Et mox: *in quis Cæsellium r.* non *in quibus.*—6 'His adjeci verbum *esse* quod editiones negligunt ex Ms. Reg. et Rottend. Invitis eisdem videas edi *tibi longævo: longævo, inquit, non s.* item *significatio enim esset:* item *longum jam ævum perpetuum.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

[e] *Anchises*] Quem senem filius Æneas ex ardente Troja humeris sublatum eripuit.

[f] *Qui hæc dicit ad filium*] Nimirum fingit Virgilius Æneam, ut patris Anchisæ colloquio frueretur, petiisse Inferos, et ab eo cum alia multa de suis nepotibus, tum vero de Sylvio ista audiisse, 'Ille, vides?' &c.

[g] *Indigetem*] Qui post mortem Deorum in numerum referebantur, appellabantur indigetes, vel quod in Diis agerent, vel quod nullius rei indigerent.

CAP. XVII.

Cujusmodi naturam esse quarundam præpositionum M. Cicero animadverterit: disceptatumque ibi super eo ipso quod Cicero observaverat.

Observate[a] curioseque animadvertit M. Tullius 'in' et 'con' præpositiones verbis aut vocabulis præpositas tunc produci[b] atque protendi, cum literæ sequerentur, quæ primæ sunt in 'sapiente' atque 'felice:' in aliis autem omni-

[a] *Accurate.* [b] *Effici longas.*

bus correpte[c] pronuntiari. Verba Ciceronis hæc sunt: 'Quid vero hoc elegantius quod non fit natura, sed quodam instituto? indoctus[7] dicimus brevi prima litera:[a] insanus producta: inhumanus brevi, infelix longa, et, ne multis,[d] quibus in verbis[e] eæ primæ literæ sunt, quæ in sapiente atque felice, producte dicuntur;[f] in ceteris vero omnibus breviter. Itemque composuit,[g] concrepuit,[8] confecit: consule veritatem: reprehendet. Refer ad auris:[h] probabunt. Quære cur ita? se dicent juvari.[9] Voluptati autem aurium morigerari[i] debet oratio.' 2. Manifesta quidem ratio suavitatis est in his vocibus, de quibus Cicero locutus est. Sed quid dicemus de præpositione, 'pro?' quæ, cum produci et corripi soleat, observationem hanc tamen M. Tullii aspernata est. Non enim semper producitur cum sequitur ea litera, quæ prima est in verbo 'felix:'[10] quam Cicero hanc habere vim significat, ut propter eam rem, 'in' et 'con' præpositiones producantur. Nam 'proficisci' et 'profundere,' et 'profugere,' et 'profanum,' et 'profestum' correpte dicimus; 'proferre' autem, et 'profligare,' et 'proficere' producte. 3. Cur igitur ea litera, quam Cicero productionis causam facere observavit, non in omnibus consimilibus eandem vim aut rationis aut suavitatis tenet; sed aliam vo-

c *Breves.* d *Ne pluribus dicam.*
e *Vocabula in quibus.* f *Pronuntiantur longæ.*
g *Hæc verba pronuntiantur prima brevi litera, composuit, &c.*
h *Consule aures tuas.* i *Servire.*

7 '*Indoctus dicimus brevi.* Sic et in Rot. conspicio, estque in Regio. At apud Ciceronem exhibetur *inclytus*.' J. F. Gronov. *Inclytus* etiam vet. ed. ap. Thysium.—8 'Vulgo præponitur *consuevit*, sed contra regulam ipsius Gellii.' *Thys.* 'Et scripti et editi antehac auctius, *composuit*, *consuevit*, *concrepuit*, *confecit*: ut et ipsum apud Tullium legere est. Et merito; duo enim utriusque generis exempla posuit, breviter pronuntiari, *composuit* et *concrepuit*, producte *consuevit* et *confecit*.' J. F. Gronov.—9 Vetus ed. ap. Thys. *cur ita sit, dicent se probe juvari.* '*Quære cur ita. se dicent juvari.* Scripti cum prius vulgatis: *quære cur ita sit? dicent juvare.* At ap. Cic. datur: *quære, cur? ita se dicent juvari.*' J. F. Gron. *Quære cur ita se* Sciopp. qui tamen ascripsit *quære cur? ita se.*—10 'Mss. cum editis antehac: *in verbo fecit.*' J. F. Gron. Probat

NOTÆ

a *Brevi prima litera*] Brevi, non quantitatis, sed pronuntiationis habita ratione.

cem produci facit, aliam corripi? neque vero, 'con,' particula tum solum producitur, cum ea litera, de qua Cicero dicit, insequitur. Nam et Cato et Sallustius, 'fœnoribus,'[11] inquiunt, 'coopertus est.' Præterea 'coligatus' et 'conexus' producte dicuntur.[12] Sed tamen videri potest in iis, quæ posui, ob eam causam particula hæc produci, quoniam eliditur ex ea *n* litera: nam detrimentum literæ productione syllabæ compensatur. Quod quidem etiam in eo servatur quod est, 'cogo.' Neque repugnat quod, 'coëgi,' correpte dicimus; non enim salva id ἀναλογίᾳ[k] [13] dicitur a verbo, quod est, 'cogo.'

[k] *Complexione.*

Otho.—11 Legendum monet Falster. *facinoribus.*—12 'In Reg. est *dicitur*: in quo etiam paulo ante legitur *cum a litera, de qua Cic. dixit*: unde Lambecius *cum eam litera, &c.*' Jac. Gronov.—13 '*Non enim salva συναιρέσει.* Fulvian. Rot. Reg. *salva id ἀναλογίᾳ dicitur a verbo, quod est cogo.*' J. F. Gronov. 'Itaque et in codice Oxoniensi legebam *salva id gs dicitur.*' Jac. Gronov. 'Αναλογίᾳ ascripsit Sciopp. Συναιρέσει habent Lugd. Bat. Delph.

CAP. XVIII.

Quod Phædon Socraticus servus fuit, quodque item alii complusculi servitutem servierunt.[a]

PHÆDON[a] Elidensis[b] ex cohorte illa Socratica fuit;[b] Socratique et Platoni per fuit familiaris.[c] Ejus nomini Plato illum librum divinum de immortalitate animæ dedit.[d] Is

[a] *Satis multi fuerunt servi.* [b] *Secutus est scholam Socratis.*
[c] *Fuit amicissimus.*
[d] *Plato libro divino de immortalitate animæ loco tituli præposuit nomen ipsius.*

NOTÆ

[a] *Phædon*] Hic ex Elide oriundus discipulus fuit Socratis, et sectæ Eliacæ conditor. Vivebat annis ante Christum circiter CCCC. *Strabo, Diogenes, &c.*

[b] *Elidensis*] Elis oppidum Elidis, quæ regio est Peloponnesi in Græcia: a Nardo dicitur *Belvedere.*

Phædon servus fuit forma atque ingenio liberali,[e] et, ut quidam scripserunt, a lenone domino puer ad merendum coactus.[f] Eum Cebes[c] Socraticus hortante Socrate emisse dicitur, habuisseque in philosophiæ disciplinis.[g] [14] Atque is postea Philosophus illustris fuit; sermonesque ejus de Socrate admodum elegantes leguntur. Alii quoque non pauci servi fuerunt,[15] qui post philosophi clari extiterunt. 2. Ex quibus ille Menippus[d] fuit, cujus libros M. Varro in Satiris æmulatus est:[h] quas alii Cynicas, ipse appellat Menippeas. Sed et Theophrasti[16] Peripatetici servus Pompylus,[17] et Zenonis Stoici servus, qui Persæus vocatus est, et Epicuri, cui nomen Mys[18] fuit, philosophi non incelebres vixerunt.[i] Diogenes etiam Cynicus servitutem servivit: sed is ex libertate in servitutem venum ierat:[k] [19] quem cum emere vellet Xeniades Corinthius,[20] et quid is

[e] *Nobili.* [f] *Ab hero coactus obscœnis libidinibus servire.*
[g] *Excoluisse doctrinis philosophiæ.* [h] *Imitatus est.*
[i] *Qui appellatus est Persæus servus Zenonis Stoici, et qui dictus est Mys Epicuri servus fuerunt philosophi non ignobiles.*
[k] *Is cum esset liber, venditus fuerat ut serviret.*

14 'Suavius in Regio, *aluisseque in philosophiæ disciplinis.*' J. F. Gronov. 'Forsan *discipulis* Thys. Perperam et contra fidem antiquæ scripturæ.' *Jac. Gronov.* At *discipulis* præfert tamen Otho.—15 '*Alii quoque non pauci servi fuerunt.* Scire oportet vocem *servi* in Ms. Regio non extare. Et sane cum hæc verba referri debeant ad præcedentia, 'Is Phædon servus fuit,' ut clare pateat pergere Gellium in eadem tela, posset videri ea vox, ascripta primo expositionis ergo, transisse vitiose in contextum.' *Jac. Gronov.*—16 'Male apud Macrob. *Philostrati.*' Thys.—17 Vulgo *Pompilius.* Al. *Pompolus.*—18 Vulgo in quibusdam edd. *Irus.*—19 Antiqua Veneta ed. *venierat*, aliter quoque in Ms. *veniebat.*—20 'Membrana Regia id vult ab Gellio scriptum Græce, dum exhibet ΞΕΝΙΑΔΗC ΚΟΡΙΝΘΙΟC: itaque etiam mox iterum ΞΕΝΙΑΔΗC. Etiam in Lincolniensi extabat *emere vellet gs et quid*, quæ solet illic interponi nota Græcarum literarum, ut statim post *tum gs responsum*, ut omnino inde colligi oporteat codices Gellii vetustissimos Græce hæc exhibuisse, forsan ab Gellii manu sic excipientes; dum putavit pronuntiationem quoque in illa voce Græcam habere aliquid dulcedinis vel excellentiæ præ Latina. Ceterum major molestia hæret in verbis *et quid is artificii novisset*

NOTÆ

[c] *Cebes*] Hic auditor Socratis patria Thebanus fuit: floruit anno ante Christum circiter cccc.

[d] *Menippus*] Is e Phœnicia oriundus cynica mordacitate celebris fuit. Eum ferunt ita fuisse avarum, ut, pecuniam diuturno fœnore collectam cum sibi surreptam vidisset, laqueo fauces eliserit. *Laërt.*

artificii novisset[1] percunctatus; Novi, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Tum Xeniades responsum ejus demiratus emit et manumisit;[m] [1] [e] filiosque suos ei tradens, Accipe, inquit, liberos meos, quibus imperes. 3. De Epicteto autem philosopho nobili, quod is quoque servus fuit, recentior est memoria, quam ut scribi quasi oblitteratum debuerit. Ejus Epicteti etiam de se[2] scripti duo versus feruntur: ex quibus latenter intelligas non omnes omnimodis Diis exosos esse,[n] qui in hac vita cum ærumna-

[l] *Quam artem nosset.* [m] *Libertate donavit.*
[n] *Esse invisos omnibus Diis.*

---

percunctatus: Novi, inquit Diogenes, &c. Nam priora sunt manca, nec cum præcedentibus bene cohærent, et participium non habet, unde sustentetur, unde priores editiones adjecerant verbum *foret*, quod expulit rursum Stephanus; et jure, cum id non habeatur in exemplaribus vetustis; sed debuit melius incumbere sanando. Etiam particula *is* non habetur in libro Regio. Omnia præclare cedunt, si legas; *Quem cum emere vellet* Ξενιάδης Κορίνθιος, *ecquid artificii novisset, percunctatus; Novi, inquit Diogenes, &c.* Vides id prorsus exigere veteres libros.' *Jac. Gronov.* 'Sed *et quid* non erat mutandum: nam sæpe 'et' sic eleganter abundat, ut in 'etenim.'' *Otho.*—1 'Rottend. et Regius, *manu emisit.* Sed deest pronomen. Scribe: *Eum Xeniades responsum ejusdem miratus emit et manu emisit.* Sic enim et Rott. ut edebatur olim, non *ejus demiratus.*' J. F. Gronov. *Ejusdem miratus* antiqua ed. ap. Thys.—2 '*Ejus Epicteti etiam de se.* Tota hæc περικοπὴ una cum duobus distichis, neque in Regio neque in Rottendorfiano neque in Lincolniensi neque Schefferiano comparet. Itaque Salmasius omnino eam spuriam et ab homine inepto attextam et donatam nostro judicat, in Epictetum et Simplicium. Quod si tamen Auctoris est, haud dubie scribendum: *non omnimodo Deos exosos esse.* Editiones superiores, *non omnes modo Diis.* Apud Macrobium, *non omnimodo Diis:* et sic Guilhelmius 3. veris. 13. *Omnes omnimodis Diis* Carrionis est.' *J. F. Gronov.* 'Sed et Pricæus ad Apuleii Miles. lib. VII. pag. 373. scribit sibi perplacere hoc loco reponi *non omnibus modis Diis, &c.* esse et *omnibus* in Oxon. Codice τῷ *modis* negligenter omisso. Non aliter ac si ita lectorem inducere in fidem vellet, tanquam Oxonii codex esset, in quo hæc postrema pars Gelliani hujus capitis legeretur. Ego inspexi illic codicem Collegii Lincolniensis universum, et alterum usque ad libri III. caput quartum; sed in neutro hæc extrema reperiebantur, ut videatur Pricæus loqui de collatione Macrobii, apud quem sunt hæc verba, ubi videbimus. Jam diu autem G. J. Vossius notavit hos versus esse Leonidæ sub persona Epicteti, sed ita deceptum Gellium eos Epicteti ipsius esse putavisse, libro I. Instit. Orator. cap. 4.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[e] *Manumisit*] Apud Romanos qui servum asserebat in libertatem dominus, ejus caput aut aliud membrum manu tenens, ad Prætorem ita dicebat: Hunc hominem liberum esse volo: et emittebat eum manu. Atque ex hac consuetudine, qui e servo liberum efficiebat, dicebatur eum manumittere.

rum varietate luctantur;[o] sed esse arcanas causas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σώματι πηρὸς,
Καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.[p]

[o] *Qui in miseriis variis hanc vitam trahunt.*
[p] *Servus Epictetus natus sum corpore claudus, Et paupertate Irus, et amabilis immortalibus.*

CAP. XIX.

Rescire *verbum quid sit, et quam habeat veram atque propriam significationem.*

Verbum 'rescire' observavimus vim habere propriam quandam, non ex communi significatione ceterorum verborum, quibus eadem præpositio, 're,' imponitur:[3] neque ut, 'rescribere,' 'relegere,' 'restituere,' dicimus; itidem, 'rescire.'[4] Nam qui factum aliquod occultius[5] aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie 'rescire.' Cur autem in hoc uno verbo, 're,' particula hujus sententiæ vim habeat, equidem adhuc quæro. Aliter enim dictum esse, 'rescivi,' aut 'rescire,' apud eos, qui diligenter locuti sunt, nondum invenimus, quam super his rebus, quæ aut occulto consilio latuerint,[6] aut contra spem opinionemve usu venerint. 2. Quanquam ipsum 'scire' de omnibus communiter rebus dicatur vel adversis vel prosperis vel expectatis.[7] Nævius in Triphallo[8] [a] ita scripsit:

3 Rott. *quibus eadem præpositio præponitur.*—4 'Reg. Rott. et Lincoln. *neque ut rescribere, relegere, substituere dicimus, itidem dicimus rescire.* In τῷ *substituere*, quod et Lincoln. habet, manifestus librariorum error.' *J. F. Gronov.* —5 '*Aliquod occultius.* At Ms. Regius habet *occius.* Quod si utique tanti non est, ut reddendum Gellio videatur; certe meretur publice nosci et non huc usque supprimi.' *Jac. Gronov.*—6 'Rot. et Regius, Romana, Venetaque editiones, *consulto consilio*, id est, de industria, studiose id agentibus, quorum interest.' *J. F. Gronov.*—7 'Multis libris abesse se videre verbum *expectatis*, et pro eo substitutum *insperatis*, injuria et vi, queritur Chr. Celerus Parerg.

NOTÆ

[a] *In Triphallo*] Triphallus inscribitur comœdia, quam Cn. Nævius com-

'Si unquam quicquam[9] filium rescivero
Argentum[10] amoris causa sumse[11] mutuum;
Extemplo illo te ducam, ubi non despuas.'[a] [b]

Claudius Quadrigarius in primo annali: 'Ea Lucani[c] ubi resciverunt, sibi per fallacias verba data esse.'[b] Idem Quadrigarius in eodem libro in re tristi et inopinata verbo isto ita utitur: 'Id ubi resciverunt propinqui[12] obsidum, quos Pontio traditos supra demonstravimus; eorum parentes cum propinquis capillo passo in viam provolarunt.' M. Cato in quarto Originum: 'Deinde dictator jubet postridie magistrum equitum[d] arcessi.[13] Mittam te, si vis, cum

[a] *Si resciam aliquando mutuatum esse aliquam pecuniam amoris causa; statim te traham in eum locum ubi non despuas.* [b] *Se deceptos fuisse per fraudem.*

cap. 20. Ego nullum librum tractavi; cui deesset *expectatis:* sed post Carrionem ubique desidero *vel insperatis:* quod antea et editiones habebant et confirmant scripti, hoc modo: *vel adversis vel prosperis vel insperatis vel expectatis.* Nempe τὸ *insperatis* refertur ad τὸ *adversis*, sicut τὸ *expectatis* ad τὸ *prosperis.*' Idem.—8 '*Nævius in Tryphallo.* Ms. *in Tiphallo.* Quare omnino legendum censeo cum Baptista Pio, et vetustis aliquot codicibus excusis: *Nævius in Ithyphallo.* Nec tam auctoritas id mihi et Ms. fides persuasit, quam quod consimilem prorsus, quamvis paulo manifestiorem, errorem in Nonio deprehenderim.' *Lambecius.* '*Nævius in Triphallo.* Ita Mss. Sicubi *tiphallo* illusit oculis, inde factum, quod κεραία supra *T* literam significans *R*, disparuerat, aut non animadversa est. Romana, Veneta, Aldus, *in tryphalo.* Ascensius *in Ithyphallo*, secutus Baptistæ Pii conjecturam, quæ et Stephano in fragmentis veterum poëtarum placuit.' *J. F. Gronov.*—9 Carrio legit *Unquam si quicquam:* ut est in Vat.—10 'Melius *Argenti.*' Thys. Ascripsit Sciopp. *Argent' amoris.*—11 Vulgo, *sumsisse*, sed ita versus non constat superflua syllaba.' *Thys.*—12 'Ms. Reg. *rescierunt.* Etiam ex Rott. notatum video *rescierint:* unde haud dubie firmatur codex Regius. Quod licet parvi momenti sit, tamen videtur Gellius varietatem in exemplis captavisse, ut sicut ex Catone habet *rescivere*, sic ex Quadrigario locum elegit, ut illud tempus aliter terminaretur, ac præterea in uno retineretur litera v, in altero evanuisset, ut in Cicerone 'resciit' et 'rescierit.'' *Jac. Gronov.*—13 Antiq. Ven. ed. *accersi.*

NOTÆ

posuit: legunt alii *Itiphalo.* De Nævio autem supra diximus in Notis ad cap. 24. lib. I.

[b] *Ubi non despuas*] Quis sit ille locus, ubi quis non possit spuere, aliter alii explicant; nonnulli majore reconditioris doctrinæ apparatu, quam ut verisimile sit rudem servum, cui minæ intentantur, potuisse domini mentem percipere. Nos furcam intelligimus, ad quam flagellis cædendi ad mortem rei collo alligati, arcte compressis faucibus, vix poterant respirare, nedum exspuere.

[c] *Lucani*] Populi Italiæ dicti deinde Brutii. Respondent jam illi parti Italiæ, quæ dicitur Calabria.

[d] *Magistrum equitum*] Magister equitum, cui summum erat in equites imperium, a dictatore eligebatur:

equitibus. Sero est, inquit magister equitum: jam rescivere.'

NOTÆ

erat autem ut plurimum consularis, aut cum exigebat necessitas vir solers, consulatu non functus.

CAP. XX.

Quæ vulgo dicuntur vivaria, *id vocabulum Veteres non dixisse: et quid pro eo P. Scipio in oratione ad populum, quid postea M. Varro in libris de re rustica dixerit usurpatum.*

VIVARIA quæ nunc dicuntur septa[a] quædam loca, in quibus feræ vivæ pascuntur, M. Varro in libro de re rustica tertio dicit 'leporaria' appellari. Verba Varronis[14] subjeci:[b] 'Villaticæ pastionis[a] genera sunt tria, ornithones,[c] leporaria, piscinæ. Nunc ornithones dico omnium alitum, quæ intra parietes villæ solent pasci. Leporaria te accipere volo, non ea quæ tritavi nostri dicebant, ubi soli[15] lepores sint; sed omnia septa ædificia villæ quæ sunt,[16] et habent inclusa animalia quæ pascuntur.'[d] Is item infra in eodem libro ita scribit: 'Cum emisti fundum Tusculanum[b]

[a] *Clausa.* [b] *Apposui.* [c] *Aviaria.*
[d] *Sed ædificia omnia vallata adjuncta villæ, quæ sunt inclusa, et habent, &c.*

14 '*Varronis.* Paulo aliter apud Varronem lib. III. de Re Rustica cap. 3. hæc verba leguntur. *Ejus disciplinæ genera sunt tria*, pro eo, quod hic habetur, *villaticæ pastionis genera sunt tria.* Quod inde profluxisse videtur, quia apud Varronem initio capitis scriptum fuerat: 'Primum dominum scientem esse oportet earum rerum, quæ in villis, circumve eam ali ac pasci possunt.' Et tamen Gellius hæc esse verba Varron. testatur.' *Thysius.*—15 Apud Varronem *soliti.*—16 '*Omnia septa afficta ædificia villæ quæ sunt.* Sic in Stephanica Carrio. Priores cum Mss. *omnia septa ædificia villæ.* Apud Varronem lib. III. cap. 2. *omnia septa afficta villæ quæ sunt.*' J. F. Gronov. *Septa afficta*

NOTÆ

[a] *Villaticæ pastionis*] Villatica pastio est alimentum quo animalia pascuntur in villis.

[b] *Tusculanum*] Quod aliquot post annis Ciceronis prædium fuit; nunc est insigne monachorum cœnobium, diciturque *Grotta ferrata.* Tusculum est *Frascati.*

a M. Pisone, in leporario apri fuere multi.' 'Vivaria' quæ nunc vulgus dicit, sunt quos παραδείσους[e] Græci appellant: quæ 'leporaria' Varro dicit,[17] haud usquam memini apud vetustiores scriptum. 2. Sed quod apud Scipionem[c] omnium ætatis suæ purissime locutum legimus 'roboraria,' aliquot Romæ doctos viros dicere audivi id significare, quod nos 'vivaria' dicimus; appellataque esse a tabulis roboreis,[f] quibus septa essent: quod genus septorum vidimus in Italia locis plerisque. Verba ex oratione ejus contra Claudium Asellum quinta hæc sunt: 'Ubi agros optime cultos atque villas expolitissimas[18] vidisset, in his regionibus excelsissimo locorum murum statuere aiebat: inde corrigere viam,[g] aliis per vineas medias,[h] aliis per roborarium atque piscinam, aliis per villam.' Lacus vero aut stagna, quæ piscibus[19] vivis coërcentur clausa,[i] suo atque proprio nomine 'piscinas' nominaverunt. 3. 'Api-

[e] *Viridaria.* [f] *E quercu fabricatis.* [g] *Rectam reddere.*
[h] *Constructis itineribus.* [i] *Quæ clausa continent vivos pisces.*

ædificia villæ Lugd. Bat. Delph.—17 '*Quæ autem leporaria Varro dicit.* Particulam *autem* jam Aldus Badiusque admiserunt; non Romana, non Veneta, quemadmodum nec scripti. Sed majori laborat incommodo locus: non enim videtur facturus fuisse Gellius, ut vocem, quam non modo usurpaverit Varro, sed et tritavis notam fuisse pronuntiarit, in dubium vocaret, eamque apud vetustiores extare palam negaret. Augent suspicionem membranæ, in quibus specto: *Vivaria a. quæ nunc vulgus quos Græci appellant gr. quæ leporaria Varro dicit, haud usquam m. ap. antiquiores scriptum.* Unde conjicio: *Vivaria autem, quæ nunc vulgus, quos Græci appellant παραδείσους, quæque leporaria Varro, dici haud usquam memini, &c.* Ita in vulgus, quemadmodum inceperat, stringitur hæc censura, non in Varronem.' *J. F. Gronov.*—18 '*Cultos et villas expolitissimas.* Reg. et Rot. *cultos atque villas.* Deinde, *excelsissimo locorum mu statuere.* Ita prorsus, *non locorum murum.* Putes librarium, quem secuti sunt, qui utrumque exemplar effecerunt, cum per errorem tres posteriores literas vocis *murum* ante tempus scripsisset, reliquas, quas prætermiserat, deinde tamen subjecisse: ut fuerit, *excelsissimo loco murum*, quemadmodum Romæ et Venetiis jam ediderunt. Nisi malis *turrim*, ut speculam significet. Lincoln. *locorum muro statuere.*' Idem. *Cultos atque villas* ascripsit Scioppo. *Cultos et v.* habent Lugd. Bat. Delph.—19 '*Lacus vero et stagna quæ piscibus.* Reg. Rot. Lincoln. *Lacus vero aut stagna piscibus:* sine τῷ *quæ*. Forte, *stagna*

NOTÆ

[c] *Scipionem*] Hic ille Scipio est cujus eloquentia et ingenium mirum in modum extollitur a Tullio, et quem Terentii comœdiis extremam manum apposuisse cum Lælio nonnulli suspicati sunt. Consule Notas in cap. 4. lib. III.

aria' quoque vulgus dicit loca, in quibus siti sint alvei[20] apum:[k] sed neminem eorum ferme, qui incorrupte[l] locuti sunt, aut scripsisse memini aut dixisse. Marcus autem Varro de re rustica tertio, 'μελισσῶνας,'[m] inquit,[1] 'ita facere oportet, quæ quidam mellaria appellant.' Sed hoc verbum, quo Varro usus est, Græcum est: nam μελισσῶνες ita dicuntur, ut ἀμπελῶνες et δαφνῶνες.[n]

[k] *Collocata sint alvearia apum.* [l] *Pure.* [m] *Apiaria.*
[n] *Vineta, et laureta.*

piscibus coërcendis clausa.' J. F. Gronov. 'Omittit pater vocem *vivis*, nescio an quia displicebat ita, ut vel apponere detrectaret. Et sane quis aliter intelligit, aut de talibus agi dubitat, etsi non describantur, nequaquam mortuis? etsi interdum apponantur quædam talia, non utique ad differentiam, et jam ante sic dixit 'in quibus feræ vivæ pascuntur.' Supervacua tamen penitus est, et non etiam illam adhibuit de alitibus; nec ipse Varro, dum ait: 'Piscinas dico eas, quæ in aqua dulci aut salsa inclusos habent pisces ad villam,' cum præmisisset ridens 'pisces nisi mortuos estis nunquam:' et vide an non ex indicio librorum veterum pateat in ea hærere vitium. Videtur enim dedisse Gellius: *Lacus vero aut stagna, pisces quibus continentur, clausa.*' Jac. Gronov. *Lacus vero et stagna, quæ* Lugd. Bat. Delph.—20 '*Siti sint alvei.* Sic ab Stephano venit, cum priores editi omitterent verbum, ut facit quoque grex vulgarium codicum; at Msti tam Reg. quam Rott. *siti sunt alv.* quod non debuit mutari. Regius quidem mox etiam ignorat vocem *eorum*.' Jac. Gronov.—1 '*Μελισσῶνες inquit.* Sic et Ms. sed paulo inferius *melissones*, pro *μελισσῶνες*.' Sciopp. Vid. Not. Var.

CAP. XXI.

Super eo sidere, quod Græci ἄμαξαν, nos septemtriones *vocamus: ac de utriusque vocabuli ratione et origine.*

AB Ægina[a] in Piræum[b] complusculi[a] earundem disciplinarum sectatores[b] Græci Romanique homines eadem in navi tramittebamus.[c 2] Nox fuit, et clemens mare, et anni

[a] *Satis multi.* [b] *Doctrinarum studiosi.* [c] *Trajiciebamus mare.*

2 '*Tramittebamus.* Hoc etiam Stephani est. Priores editi *transmittebamus*,

NOTÆ

[a] *Ægina*] Insula prope Peloponnesum, alias Œnone dicta. Hodie *Engia* nominatur.

[b] *Piræum*] Portus fuit Athenarum

æstas, cœlumque liquide serenum. Sedebamus ergo in puppi simul universi, et lucentia sidera considerabamus. Tum qui eodem in numero [3] Græcas res eruditi erant,[d] quid ἅμαξα [e] esset, quid ἄρκτος,[e 4] quid βοώτης,[f e] et quænam major ἄρκτος, et quæ minor, cur ita appellata, et quam in partem procedentis noctis spatio moverentur: et quamobrem Homerus solam eam non occidere dicat, cum et quædam alia non occidant: scite [g] ista omnia ac perite disserebat. 2. Hic ego ad nostros juvenes convertor, et, Quid, inquam, vos opici [h 4 f] dicitis mihi? quare quod ἅμαξαν Græci vo-

[d] *In Græcis artibus periti.* [e] *Ursa.* [f] *Bootes.* [g] *Eleganter.* [h] *Imperiti.*

quod sicut in Regio, ita in duobus Oxoniensibus legi, nisi quod in terminando discrepabant *transmittebamur* aut *transmittebantur*.' Jac. Gronov.—3 '*Tum quispiam ex iis qui eodem in numero*. Magnum vitium huic loco additum Carrio, dum demere laborat, aggravavit. Tres voculæ, *quispiam ex iis*, etsi extent omnibus in editis, tamen nec in Regio nec in Rot. nec in Lincoln. sunt conspicuæ. At τὰ *non occidant* allevit Carrio, ubi editi habebant: *cum et quædam alia scite tum ista omnia ac perite disserebat*. In quibus τὸ *tum* jam a male curiosa manu est, nec apparet in scriptis. Nunc cognoscas licet, quam levi brachio reddatur Auctori suum, qui scripserat: *Tum qui eodem in numero Græcas res eruditi erant, quid ἅμαξα esset, &c. quamobrem Homerus solam eam non occidere dicat, tum et quædam alia; scite ista omnia ac perite disserebant.* Nihil hic quod non sit membranarum: præterquam quod *cum* in *tum* vertimus, et unicam literam adjecimus, *disserebant* pro *disserebat* exhibendo: quod qui non animadverterant necessarium esse, totum illud, *quispiam ex iis*, interposuerunt: quasi non sit satis paulo post id legi.' *J. F. Gronov.* 'Quæ sane peregregia. Et omnino illud *quispiam ex iis* iteravit temere Carrio ex sequentibus, unde jure illud expuli. Ceterum nosse oportet in Mss. ut ipso Regio, Rottendorff. Lincoln. non extare *quid ἄρκτος*, ut nec statim vocem ἄρκτος. Et certe, cum perspicue Homerus ἄρκτον et ἅμαξαν dicat non nisi vocabulo differre, cum res sit eadem, vix videtur aliter egisse Gellius, quam ut manuscripti indicant.' *Jac. Gronovius.* Ascripsit Scioppius '*quispiam ex iis* absunt.' Dant tamen Lugd. Bat. Delph.—4 'In manuscriptis et Regio et Rott. legitur *opicii*, in Lincoln. *opidici*, unde videtur extitisse vulgatum *opifici*: ut fortasse luserint in quodam Opicio.' *Jac. Gronov.*—

NOTÆ

celeberrimus, quadringentarum navium capax.

[c] Ἅμαξα] Sive plaustrum, sidus ad septemtrionem vergens.

[d] Ἄρκτος] Proprie significat ursam; accipitur tamen pro signo septemtrionali. Huic appellationi dedit occasionem fabula Callistus, quæ fuit Lycaonis Arcadiæ regis filia, quam violatam a Jove indignans Juno mutavit in Ursam: hanc deinde Jupiter inter sidera transtulit.

[e] Βοώτης] Bootes, Jovis ex Callisto filius, una cum matre in cœlum est translatus.

[f] Opici] Rudes ita dictos aliqui volunt ab Opicis antiquissimis Italiæ populis, qui litus Etruscum incoluere.

cant, nos 'septemtriones' vocamus? Non enim satis est, quod septem stellas videmus; sed quid hoc[5] totum, quod 'septemtriones' dicimus, significet, scire, inquam, id prolixius volo. Tum quispiam ex iis, qui se ad literas memoriasque veteres dediderat,[i6] Vulgus, inquit, grammaticorum 'septemtriones' a solo numero stellarum dictum putat. 'Triones' enim per sese nihil significare aiunt, sed vocabuli esse supplementum: sicut in eo quod 'quinquatrus'[g] dicimus,[7] quod quinque ab idibus[h] dierum numerus sit; 'atrus' nihil significet. 3. Sed ego quidem cum L. Ælio et M. Varrone sentio,[k] qui 'triones' rustico certo vocabulo[8] boves appellatos scribunt, quasi quosdam 'terriones,'[9] hoc est, arandæ colendæque terræ idoneos. Itaque hoc sidus, quod a figura posituraque ipsa, quia simile plaustri videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν[l] dixerunt, nostri quoque veteres a bubus junctis 'septemtriones' appellarunt; id est, a septem[10] stellis, ex quibus quasi juncti 'triones' figurantur.[m] 4. Præter hanc, inquit, opinionem,

[i] *Qui animum appulerant ad doctrinas et monumenta veterum.*
[k] *Assentior L. Ælio.* [l] *Plaustrum.* [m] *Repræsentantur.*

5 Vat. *quid etiam hoc.* Ita et ascripsit Sciopp.—6 '*Qui se ad literas memoriasque veteres dediderant.* Et hoc parum prudenter Carrio. Scripti cum prius editis, *dediderat.* Ex iis puta Romanis quos Opicos vocaverat, nonnemo, qui se dediderat illis studiis.' *J. F. Gronov.* *Dediderant* Lugd. Bat. Delph.—7 Scripti, ut antea editum, *dicamus.*—8 'Fulvianus, Lincoln. Reg. et Rot. *rustico cetero vocabulo.* Forte *cetera*, vel *ceteroqui:* aut τὸ *cetero* ea significatione, qua ista, accipiendum est.' *J. F. Gronov.*—9 '*Terriones.* Vel potius *teriones*, quod terram terant. Scaliger in Varronem *Striones* prius dictos autumat, a stria, quam terram sulcando efficiunt.' *Thys.*—10 '*Id est, a septem.* Præpositio non agnoscitur ab ullo Msto, et plane vacat.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[g] *Quinquatrus*] Quinquatria fuere apud Romanos festa Minervæ seu Palladi consecrata. Primis temporibus unus tantum in hoc festum dies insumebatur, qui, quod incideret post v. idus Martias, quinquatrus vocatus est, eo modo quo dies post vi. idus, sexatrus, post vii. septimatrus dicebatur. Deinde vero cum per quinque dies solidos ea festa celebrata sunt, Quinquatria sunt appellata. *Varro, Festus, Ovidius.*

[h] *Idibus*] Martio, Maio, Junio, et Octobri mense dies erat xv. reliquis mensibus xiii.

id quoque Varro addit, dubitare sese, an propterea magis hæ septem stellæ 'triones' appellatæ sint,[11] quia ita sunt sitæ, ut ternæ stellæ proximæ quæque inter sese faciant trigona,[n] id est, triquetras[o] figuras. Ex his duabus rationibus, quas ille dixit, quod posterius est, subtilius elegantiusque visum est.[12] Intuentibus enim nobis in illud, ita propemodum res erat, ut ea forma esse triquetra videretur.[13]

[n] *Triangulum.* [o] *Triangulares.*

—11 'Reg. *appellativæ sint.* Numquid *appellitatæ?* ut cap. sequenti.' *J. F. Gronov.*—12 Fulv. Reg. Rott. *elegantiusque esse visum.*—13 '*Ut ea forma esse triquetra viderentur.* Edebatur: *ut ea forma esset, ut triquetra videretur.* Rot. *ut forma esset ut triquetra v.* Regius, *ut forma esset ut triquetra viderentur.* Fortassis, *ut forma esset, quæ triquetra videretur.*' J. F. Gronov. 'Nisi tantopere appareat illud *viderentur* confirmatum, ut omnino Gellianum haberi debeat. Nam et Lincolniensis habet. Hinc ita disputo, cum vocula *vel* soleat exprimi modo + modo v+, literæ autem *ut* residuæ ex verbo *essent*, (prout ex Regio codice notavit Salmasius) speciem habeant ternarii numeri III. videri scripsisse Auctorem *forma esse trigona vel triquetra viderentur.*' Jac. Gronov. *Esset et triquetra* ascripsit Sciopp.

CAP. XXII.

De vento Iapyge, deque aliorum ventorum vocabulis regionibusque, accepta e Favorini sermonibus.

Apud mensam Favorini in convivio familiari legi solitum erat aut vetus carmen melici[14] poëtæ,[a] aut historia partim Græcæ linguæ, alias Latinæ. Legebatur ergo tunc ibi in carmine Latino ἰάπυξ ventus; quæsitumque est, quis hic ventus,'[15] et quibus ex locis spiraret, et quæ tam infre-

14 Vulgo *meliti.*—15 '*Quæsitum est quis hic ventus.* Scripti, ut editi antea, *quæsitumque est*: neque aut necessitati aut ornatui servit ablata copula.' *J. F. Gronov.* 'Itaque cum contra fidem codicum veterum ediderit Stephanus *quæsitum est*, omissa copulativa, idque post eum secutæ sint temere editiones,

NOTÆ

[a] *Melici poëtæ*] Id est, lyrici: melicus idem sonat quod musicus, a Græco nomine μέλος, quod cantum significat. Unde et Lyrici poëtæ melici dicti sunt vel ab ipso Cicerone.

quentis vocabuli ratio esset: atque etiam petebamus, ut super ceterorum nominibus regionibusque ipse nos docere vellet, quia vulgo neque de appellationibus eorum, neque de finibus,[a] neque de numero conveniret. 2. Tum Favorinus ita fabulatus est:[b] Satis, inquit, notum est, limites regionesque esse cœli quatuor, 'exortum, occasum, meridiem, septemtriones.'[16] 'Exortus' et 'occasus' mobilia[b] et varia sunt; 'meridies septemtrionesque' statu perpetuo stant et manent. Oritur enim Sol non indidem semper; sed aut 'æquinoctialis oriens'[c] dicitur, cum in circulo currit, qui appellatur ἰσημερινὸς,[17] aut 'solstitialis'[d] aut 'brumalis,'[c] quæ sunt θερινα̂ι τροπαὶ καὶ χειμεριναί.[d][18] Item cadit Sol non in eundem semper locum. Fit enim similiter 'occasus' ejus aut 'æquinoctialis,' aut 'solstitialis,' aut 'brumalis.' Qui ventus igitur ab oriente verno, id est, æquinoctiali venit, nominatur 'Eurus,' ficto vocabulo, ut isti

[a] *De regionibus qua spirant.* [b] *Sic disseruit.*
[c] *Æquidialis, aut æstivus aut hybernus.* [d] *Æstivæ conversiones aut hybernæ.*

correxi.' *Jac. Gronov.*—16 Vulg. *septemtrionem.*—17 '*Qui appellatur ἰσονύκτιος aut ἰσημερινός.* Regius ignorat τὰ *ἰσονύκτιος aut.* Et ea certum habeo inculcasse aliquem male ἑλληνίζοντα. Ut enim Græci 'æquinoctium' voce non ἀπὸ τοῦ νὺξ declinata sed *ἰσημερίαν* appellant, ita et satis habuerunt 'æquinoctialem circulum *ἰσημερινὸν κύκλον*' dicere.' *J. F. Gronov.* *'Ισονύκτιος aut* dant Lugd. Bat. Delph.—18 'Regius: *quæ sunt χειμεριναὶ τροπαὶ item cadit:* sine *τοῖς θεριναὶ καί.* Unde suspicor ea vocabula interposuisse istic, qui alia parte excidisse ea non animadverterant; et scripsisse Auctorem: *aut solstitialis, quæ θεριναὶ, aut brumalis, quæ sunt χειμεριναὶ τροπαί.*' *J. F. Gronov.*—

NOTÆ

[b] *Exortus et occasus mobilia*] Id quotidie oculis deprehendere licet, Solem nec oriri nec occidere semper eadem cœli regione.

[c] *Æquinoctialis oriens*] Tum censetur oriens æquinoctialis, cum Sol toto terrarum orbe noctes et dies æquales efficit: id autem bis in anno contingit, in principio Arietis, XXI. Martii, tumque vernum tempus est; et in principio Libræ XXIII. Septemb. quo tempore autumnus incipit.

[d] *Solstitialis*] Solstitium dicitur cum Sol ultra non progreditur, sed incipit retrogredi. Quanquam autem duo sunt solstitia, hybernum alterum ex quo solent dies ire longiores; alterum æstivum ex quo Sol ad inferiores incipit circulos reverti; tamen nescio quo jure nomen commune solstitium æstivum ut proprium sibi vindicavit.

ἐτυμολογικοὶ[e] aiunt, ἀπὸ τῆς ἕω ῥέων.[f] 19 Is alio quoque a Græcis nomine ἀπηλιώτης,[20] a Romanis nauticis 'Subsolanus' cognominatur. Sed qui ab æstiva et solstitiali orientis meta venit, Latine 'Aquilo,' 'Boreas' Græce dicitur; eumque propterea quidam dicunt ab Homero αἰθρηγενέτην[g] appellatum: Boream autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς,[h] quoniam sit violenti flatus et sonori. 3. Tertius ventus, qui ab oriente hyberno spirat, 'Vulturnum'[1] Romani vocant: eum plerique Græci mixto nomine, quod inter 'Notum' et 'Eurum' sit, εὐρόνοτον appellant. Hi sunt igitur tres venti orientales, 'Aquilo,' 'Vulturnus,' 'Eurus;' quorum medius 'Eurus' est. His oppositi et contrarii sunt alii tres occidui; 'Caurus,' quem solent Græci ἀργέστην[i] vocare; is adversus Aquilonem flat: item alter 'Favonius,' qui Græce vocatur ζέφυρος; is adversus 'Eurum' flat: tertius Africus, qui Græce vocatur λὶψ; is adversus 'Vulturnum' flat.[2] Eæ duæ regiones cœli 'orientis occidentisque' inter sese adversæ[k] sex habere ventos videntur. 4. Meridies autem, quoniam certo atque fixo limite est, unum meridialem[3] ventum habet: is Latine 'Auster,' Græce νότος nominatur, quoniam est nebulosus atque humectus:[l] νοτὶς enim Græce 'humor' nominatur. 'Septemtriones' autem

[e] *Originem vocabuli indagantes.*
[f] *Ab aurora fluens.* [g] *Serenum.* [h] *A boatu.*
[i] *Procellosum.* [k] *Sibi oppositæ.* [l] *Humidus.*

19 'Reg. 'Ετυμόλογκι. deinde, ut et Fulvianus: τῆς ἠοῦς. Scribe: *ut isti ἐτυμολόγοι aiunt ἀπὸ τῆς ἠοῦς ῥέων.*' *J. F. Gronov.* 'Sed præterea ex Regio notavi *aiunt ο απο της,* unde patet integrum Gellii fuisse *aiunt ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς,* sicut mox ab eodem dicitur *Romanis nauticis* absque præpositione *a.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *ὁ ἀπὸ τῆς ἠοῦς.*—20 'Reg. ἀφηλιώτης. et utrovis modo scribi volunt.' *J. F. Gronov.*—1 '*Tertius ventus, qui ab Oriente hyberno spirat: Vulturnum.* Sic et scripti, nisi quod *Volturnum:* ut et mox, *aquilo, volturnus, eurus.*' J. F. Gronov. 'Unde igitur est, quod in postremis editionibus, etiam Parisina Proustei, exhibeatur *tertium ventum?* quod sane habent nonnulli ex prioribus, verum jam nominativus fuerat prælatus ab Stephano, cui cur non placuit parere? Jam simile occurrit c. 13. 'Nam Gracchus domo cum proficiscebatur, nunquam minus terna aut quaterna millia hominum sequebantur. Brixiæ editum: *Tertius ventus est, qui.*' Jac. Gronov.—2 'Scripti *is adversus Volturnum facit:* notissima et Ciceroni quoque usitatissima loquendi suavitate.' *J. F. Gronov.* 'Ceterum Reg. habet: *tertius Africus, qui Græce Λεὶψ, adversus Vulturnum facit.*' Jac. Gronov.—3 'Vulgo *meridionalem,* quod vix Latinum, nec enim meridies dicitur, ut Septemtrio. Optimus liber legit, *meridia-*

habent ob eandem causam unum. Is objectus[m] directusque in Austrum, Latine 'Septentrionarius,' Græce ἀπαρκτίας[n] appellatus. Ex his octo ventis alii quatuor detrahunt ventos; atque id facere se dicunt Homero auctore, qui solos quatuor ventos noverit, 'Eurum,' 'Austrum,' 'Aquilonem,' 'Favonium.' Versus Homeri sunt:

Σὺν δ' εὖρός[4] τ' ἔπεσε, ζέφυρός τε, νότος τε δυσαὴς,
Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.[o]

a quatuor coeli partibus, quas quasi primas nominavimus,[5] oriente scilicet atque occidente latioribus atque simplicibus, non tripertitis:[p] partim[q] autem sunt, qui pro octo duodecim faciunt: tertios quatuor in media loca[6] inserentes,

[m] *Oppositus.* [n] *Septentrio.*
[o] *Simul vero Eurusque incidit, Zephyrusque, Notusque violentus, et Boreas serenus magnum fluctum volvens.* [p] *Tripliciter divisis.* [q] *Aliqui.*

lem.' Salmas. *Meridialem* quoque Reg. Rott. *Meridionalem* Delph.—4 '*Versus Homeri sunt: Σὺν δ' εὖρος.* Vix credi potest ab Gellio has Latinas voces cum duobus versibus Homericis venisse; adeo ignorantur omnes ab Mss. Regio, Rottend. duobus Oxoniensibus. Et si in hoc capite eos posuisset, non alterum mox repeteret in capite ultimo hujus libri: et quantopere turbaverunt sensum? Id docet vehementia Philip. Caroli ex hoc loco cum Budæo congredientis, tanquam ubi particula *partim* non geminata occurrat, cum prius *partim* intelligatur in voce *alii*, quæ antecessit, ut sæpe.' *Jac. Gronov.*—5 'Emendat Salmasius, *quos quasi primos nominavimus*, ita ut ad ventos referatur.' *Thys.* 'Regius, *nominabimus.* Scribe igitur: *quos quasi primos nominabimus*, ut voluit et Salmasius. Nam de ventis loquitur, non de partibus cœli: et illa, *Versus Homeri sunt*, cum duobus subjectis versibus includenda sunt parenthesi.' *J. F. Gronov.* 'Verba, *Versus Homeri sunt*, cum sequentibus versibus duobus Græcis, omnino interrumpunt contextum, quare ea, nisi ejicere audes, uncinis cum Gronovio includenda esse censeo, ut verba, 'a quatuor cœli partibus,' et quæ sequuntur cum superioribus cohæreant. Sed quid verba hæc sibi velint, *quas quasi primas nominavimus*, equidem non video. Puto igitur legendum esse, *quas in principio nominavimus.* Nominavit scilicet Phavorinus illico in principio orationis quatuor regiones cœli, 'exortum, occasum, meridiem, septemtrionem.' His itaque Salmasii illius ac Gronovii infirmatur et convellitur conjectura, quasi legendum esset, *quos quasi primos nominabimus.* Idem fere peccatum detexerunt Gronovii supra lib. II. c. 1. ubi recte ab ipsis editum est, *in belli Peloponnesiaci principiis*, cum antea vulgaretur, *in bello Peloponnesiaco imprime*, vel *inprimis.*' Otho.—6 '*Inter hos quatuor in media loca.* Verba in vulgatis editionibus corruptissima corrigere sese atque ex vestigiis antiquæ lectionis reponere *tertios quatuor* præfatur ὁ πάνυ ad Solinum p. 1248. Recte ille quidem: sed ostentationis minus esse poterat: neque enim opus fuit difficili et moroso examine vestigiorum priscæ lectionis, cum Regius plane atque aperte, ut et Rottend. Fulvianusque, quod jam Mureto indicatum, præferant *tertios*: Lincoln. *faciant ternos quatuor.* Sed quid est *cum meridie septemtriones?* nam hic quidem quo sensu hæc ponantur, haud facile quemquam demonstraturum puto.

cum meridie septemtriones:[r] eadem ratione, qua secundi quatuor intersiti sunt inter primores duos apud orientem occidentemque.[s] 5. Sunt porro alia quædam nomina quasi peculiarium ventorum, quæ incolæ in suis quisque regionibus fecerunt, aut ex locorum vocabulis in quibus colunt,[t] aut ex aliqua causa,[7] quæ ad faciendum vocabulum acciderat. Nostri namque Galli[e] ventum ex sua terra flantem, quem sævissimum patiuntur, 'Circium' appellant, a turbine, opinor, ejus ac vertigine. Iapygiæ ipsius ore proficiscentem quasi finibus Apuli eodem, quo ipsi sunt,[8] no-

[r] *Inter ventos a septemtrione et meridie interponentes in mediis locis quatuor alios ventos.*

[s] *Quatuor illi adjacentes venti sunt a latere duorum primorum ventorum in partibus orientis et occidentis.* [t] *Habitant.*

Hæc ergo parte aliquid e vestigiis priscæ scripturæ eruendum est: nam Fulvianus, Reg. Rott. *cur meridie.* Scribe: *Partim autem sunt, qui pro octo duodecim faciant; tertios quatuor in media loca inserentes circa meridiem et septemtriones.* Duos scilicet circa austrum, et duos ab dextro et sinistro aquilonis latere. *Faciant* autem scripti, melius quam *faciunt.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *faciant ternos.* Et post, *cur meridie,* pro *cum meridie.* *Inter hos, quatuor* Lugd. Bat. Delph.—7 '*Pollent,* quod e Pal. refert Gebhardus I. Antiq. 10. erat vulgatarum ante Carrionem: sed scripti meliores affirmant τὸ *colunt.* At non male Regius: *aut ex alia qua causa.*' J. F. Gronov.—8 '*Iapyga ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem eodem et ipsi nomine.* Hæc sine dubio contaminatissima sunt. Superiores editiones post τὸ *proficiscentem* additum habebant *quasi finibus:* id sustulit Carrio. Regius *Iapigia ipsius ore proficiscente quasi finibus. Apulia eodem quo ipsi sunt nomine.* Neque aliter Rottendorfianus, nisi quod *Iapiga ipsius.* Ex Fulviano *Apuli eodem quo ipsi sunt nomine* produxit et Muretus. Lincoln. *ipsius ore proficiscente apulia eodem quo ipsi.* Salmasius conjectat: *Iapygiæ sinus ore proficiscentem, qui est Garganus, Apuli eodem:* quandoquidem apud Apuleium (ubi propemodum describit hunc locum) legitur in libello de mundo: *Appuli Iapygem vero ex Iapygè sinu, id est, ex ipso Gargano venientem.* Sed tamen prodigiosum hoc ulcus est, nec potest a nimium solicita manu curari. Vide an accipere possis: *Iapygiæ pro terræ prætendentem quasi finibus Appuli eodem, quo ipsi sunt, nomine Iapygem dicunt.*' J. F. Gronov. 'Eleganter Gellius eum considerat *proficiscentem quasi finibus,* cum Circius non nisi in illa parte Galliæ audiatur, assidue illic quasi remanens et non proficiscens; et hinc vide, an non scrip-

NOTÆ

[e] *Nostri Galli*] Gallos Favorinus dicit nostros, quia ipse oriundus erat Arelate in Gallia, ut memini me dicere in libro I. Unde videas quam crassus sit eorum error, qui cum non attenderent hic loqui Favorinum, inde asseruerint Gellium esse Gallum.

[f] *Apuli*] Apulia, quam vernacule dicimus *la Pouille,* Italiæ regio nunc in regno Neapolitano: alias dicta quoque est Iapygia ab Iapyge Dædali filio.

nomine Iapygem dicunt. Eum esse propemodum 'Caurum' existimo: nam est occidentalis,[9] et videtur adversus 'Eurum' flare.[10] 6. Itaque Virgilius Cleopatram[f] e navali prœlio in Ægyptum fugientem vento Iapyge ferri ait. Equum quoque Apulum, eodem quo ventum vocabulo, 'Iapygem' appellavit. Est etiam ventus nomine 'Cæcias,' quem Aristoteles ita flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ut ad sese vocet, ex quo versum istum proverbialem factum ait:

κακὰ

Ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων[11] ὡς ὁ Καικίας νέφος.[a]

Præter hos autem, quos dixi, sunt alii plurifariam venti commenticii suæ quisque regionis indigenæ;[b 12] ut est Horatianus[h] quoque ille 'Atabulus;'[i] quos ipse quoque exsecu-

[a] *Mala ad se ipsum trahens, ut Cæcias nubem.*

[b] *Variis nominibus sunt venti, appellati ad arbitrium incolarum ejus regionis in qua spirant.*

tura vetustissimorum codicum salva et sancta haberi debeat. Ceterum olim edebatur *Iapyga ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem quasi finibus Apuli eodem et ipsi nomine iapigem dicunt*, nescio unde. Et tamen aliter hæc constituentem videre potes Torrentium ad Horatii Oden 3. libri I. quod miror sine ulla cura codicis antiqui.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'Ἰαπυγία *ipsius Apuliæ ore proficiscentem quasi finib. Apuliæ eodem quo ipsi sunt.* Sed et vocem *Apuliæ* subnotavit, quasi ignorarent eam Msti.' *Iapyga ex ipsius Apuliæ ora proficiscentem* Delph. Ascensius *ex ipsius Apuliæ oræ proficiscentem* H. Stephanus *ex ipsius Apuliæ ore proficiscentem.*—9 *Nam et est o.* Delph.—10 'Reg. *et videtur exadversum eurum flare.* Sic et ipsi in Mss. deprehendimus.' *J. F. Gronov.* —11 'Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἕλκων. Regius Ελκων εφ εαυτον ως καικιας. Scribe: Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὡς ὁ Καικίας νέφος. Et sic quoque apud Apuleium et Aristotelem meteoret. II. 6. scribendum. Quod si placet retineri τὸ κακὰ, is finis erit versus præcedentis. Idem Mureto visum in Fulviano cum legisset: λέκων φεαυτον ως οκαικιας νέφος.' *J. F. Gronov.* ἐφ' αὑτὸν ascripsit Sciopp.—12 'Lege

NOTÆ

[f] *Cleopatram*] Cleopatram Ptolemæi Auletæ filiam, Ægypti reginam M. Antonius, Octavia sorore Cæsaris repudiata, duxit uxorem. Eum Cæsar qui fuit Octavius Augustus bello aggreditur, et apud Actium navali prælio debellatum fugere in Ægyptum compulit. Hic rebus desperatis Antonius ferro, Cleopatra admota sibi aspide, expers muliebris metus, vitam finivit. An. U. C. DCCXXIII. ante Christum XXXI. *Velleius, &c.*

[h] *Horatianus*] Id est, adhibitus ab Horatio, qui poëtarum lyricorum inter Latinos princeps, patre libertino Venusiæ, quæ urbs est in Apulia, natus, Mæcenati primum, deinde Augusto carissimus fuit. Quinquagenarius obiit anno ante Christum XI.

[i] *Atabulus*] Ventus est in Apulia infestissimus, Græca appellatione, quasi τὴν ἄτην βάλλῃ, id est, detrimentum injiceret.

turus fui :[y] addidissemque eos, qui 'Etesiæ'[k] et 'Prodromi'[l] appellitantur,[13] qui certo tempore anni, cum canis[z] oritur,[m] ex alia atque alia parte cœli spirant:[14] rationesque omnium vocabulorum, quia plus paulo adbibi,[a] effudissem,[15] nisi multa jam prorsus omnibus vobis reticentibus verba fecissem, quasi fieret a me ἀκρόασις ἐπιδεικτική.[b] [16] 7. In convivio autem frequenti loqui solum unum neque honestum est, inquit, neque commodum. Hæc nobis Favorinus in eo, quo dixi, tempore apud mensam suam summa cum elegantia verborum, totiusque sermonis comitate atque gratia denarravit. Sed quod ait ventum, qui ex terra Gallia flaret, 'Circium' appellari, M. Cato tertio libro[17] Originum eum ventum 'Cercium' dicit, non 'Circium.' Nam cum de Hispanis scriberet, qui citra Hiberum[n] colunt, verba hæc posuit: 'Sunt in his regionibus ferrariæ,[c] [18] argenti fodinæ pulcherrimæ, mons ex sale mero magnus; quantum demas,

[y] *Recensuissem.* [z] *Canicula sidus.* [a] *Indagavi.*
[b] *Audientia ad ostentationem parata.* [c] *Fodinæ ferri.*

---

cum Regio: *venti commenticii et suæ q. r. i.*' J. F. Gronov.—13 Ita ex Reg. et Rott. vulg. *appellantur.*—14 'Nonnemo e scriptis: *prospirant.* Neque enim sine auctore. Apuleius in Apologia: 'Ea namque tabes si foras corporis prospiravit.'' *J. F. Gronov.*—15 'Reg. *effusissem.* Rot. *effussissem.* Recte Gebhardus *effutiissem,* I. Antiq. 15. quo verbo noster et lib. v. cap. 1. utitur.' *J. F. Gronov.* 'Sed et in Reg. et Rott. videtur esse *quoniam,* in solita nota *q̄m.* Certe Salmasius in collatione vocem eam explanatam ascripsit mox pro vulgata *quasi,* ubi etiam extant duæ istæ literæ in Ms.' *Jac. Gronov.*—16 'Ms. Regius ἐπιδεικτιαστικα, quod præclarum, si restitueris ἐπιδεικτιαστική, nempe ab verbo ἐπιδεικτιᾷν, quod etiam dixerunt præter ἐπιδεικνύειν, etsi istud derivativum huc usque sit ignotum, et citetur hic locus ab Cresollio libro III. Theatri Rhet. cap. 5. in quo eodem est etiam memoria verbi ἐπιδεικτιᾷν. *Idem.*—17 Ascripsit Sciopp. *in libris.*—18 'Reg. Rot. Lincoln. *sed* pro *sunt.* An fuit? *Stricturæ in regionibus ferrariæ.* Idem enim

NOTÆ

[k] *Etesiæ*] Venti sunt qui quod certa anni tempestate spirent, ἐτήσιοι, id est, annui dicti sunt.

[l] *Prodromi*] Prodromos quasi præcursores dixere Græci ventos Aquilones, quorum flatus ortum caniculæ diebus octo præcedit, ut notat Plinius.

[m] *Canis oritur*] Canicula sidus ardentissimum die XXII. Julii oritur, nec nisi post XXII. Augusti occidit.

[n] *Hiberum*] Hiberus vel Iberus Hispaniæ fluvius aureis arenis celeberrimus, oritur apud Cantabros, et in mare Balearicum evolvitur. *Ebro* nunc appellatur.

tantum accrescit.[19] Ventus Cercius, cum loquare, buccam implet: armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.'[d] 8. Quod supra autem dixi,[20] Etesias ex alia atque alia cœli parte flare, haud scio an secutus opinionem multorum temere dixerim. P. Nigidii[o] in secundo librorum, quos de vento composuit, verba hæc sunt: 'Etesiæ et Austri[1] anniversarii secundo Sole[p] flant.' Considerandum igitur est quid sit 'secundo Sole.'

[d] *Dejicit in terram.*

verbum ei rei proprium. Vide infra.' *J. F. Gronov.*—19 'Rott. *adorrescit.* Reg. *adorescit.* Videtur velle *adolescit.*' Idem.—20. 'Non ipse dixerat, sed Favorinus. Numquid igitur? *Quod supra autem dixit etesias ex alia atque alia parte cœli flare, haud scio an secutus opinionem multorum temere dixerit.* An vero, *dixi?* nempe in persona Favorini.' *J. F. Gronov.* 'In eodem autem Regio legitur *Publii enim Nigidii.*' Jac. Gronov.—1 'Lege ex Reg. et Rot. *Et etesiæ et austri.*' J. F. Gronov. 'Porro Regius vocem secundam scribit ΕΤΗΣΙΑΙ, et Lincolniensis habet *hec sunt gs et austri*, ut Nigidius Græce illos appellaverit.' *Jac. Gronov.* '*Etesiæ.* Abest hæc vox.' *Sciopp.*

NOTÆ

[o] *P. Nigidii*] P. Nigidius Figulus secundum Varronem Romanorum doctissimus, ex eo Figuli cognomentum habuit, quod interroganti cur gemini eodem tempore in lucem editi diversa conditione nascerentur, exemplum rotæ a figulo maxima rapiditate revolutæ attulerit, ut diversam eodem propemodum temporis puncto cœli affectionem ex celerrima conversione et incredibili motu probaret. Familiaris admodum fuit Ciceroni a quo dicitur in Epistolarum lib. IV. unus omnium doctissimus et sanctissimus et amicissimus. Eum in Chronico refert Eusebius Pythagoricum et magnum fuisse, et in exilio mortuum Olymp. CLXXXIV. annis ante Christum XLIV.

[p] *Secundo Sole*] Ut navis quæ cursum fluvii sequitur, ferri dicitur secundo flumine; sic ventus non spirans adversus cursum Solis censetur flare secundo Sole.

CAP. XXIII.

Consultatio dijudicatioque locorum facta ex comœdia Menandri et Cæcilii, quæ Plocium *inscripta est.*

COMŒDIAS lectitamus nostrorum poëtarum sumtas ac versas de Græcis, Menandro[q] ac Posidippo[r 2] aut Apollodo-

ro[c] aut Alexide,[d] et quibusdam item aliis comicis. Neque cum legimus eas, nimium sane displicent,[3] quin lepide quoque et venuste scriptæ videantur,[a4] prorsus ut melius posse fieri nihil censeas. At enim[5] si conferas et componas Græca ipsa, unde illa venerunt, ac singula considerate atque apte junctis et alternis lectionibus committas,[b] oppido[c] quam jacere atque sordere incipiunt, quæ Latina sunt: ita Græcarum, quas æmulari nequiverunt, facetiis atque luminibus obsolescunt.[d] Nuper adeo usus hujus rei nobis venit.[e] Cæcilii[e] Plocium legebamus: haud quaquam mihi et qui aderant displicebat. 2. Libitum est[f6] Menandri

[a] *Nulla in re improbantur a nobis, immo videntur compositæ festive et eleganter.*
[b] *Et attente diligenterque conferas quælibet, ea legendo simul et alternatim.*
[c] *Maxime.*
[d] *Adeo obscurantur jocis et elegantiis Græcarum comœdiarum quas imitari non potuerunt.* [e] *Hoc sumus experti.* [f] *Placuit nobis.*

2 '*Menandro ac Posidio aut Apollodoro.* Sic Aldina. Ro. et Ven. *Posodio.* Rot. *Posidonio.* Forte, *Posidippo*, quem Comicum nobilem fuisse constat. Et sic habet Badiana.' *J. F. Gronov.* 'Et in editione parva anni 1651. id ex Lilio Giraldo monitum.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *aut Posidio. Posidippo* legendum monet Thys.—3 '*Atqui cum legimus eas, nihil sane displicent.* Lege ex tribus membranaceis: *Neque cum legimus eas nimium sane displicent.* Lincoln. quoque, *Neque tamen legimus.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*Neque cum:* et paulo post *nimium sane*, pro *nihil sane*.' Vulgatam habent Lugd. Bat. Delph.—4 Aliter *videntur.*—5 Ascripsit Sciopp. *Et enim.*—6

NOTÆ

[a] *Menandro*] Menander poëta comicus comœdias amplius centum scripsit et epistolas aliquot, quæ omnia desiderantur, nisi quod ex versibus sententiosa quædam supersunt. Natus est Olympiade CIX. anno III. ante Christum CCCXLII. Obiit, Eusebio teste, Olymp. CXXI. an. IV. ante Christum CCXCIII.

[b] *Posidippo*] Posidippus in nova comœdia princeps, floruit mortuo Menandro, fabulas scripsit XXX.

[c] *Apollodoro*] Is fuit comicus poëta, Menandri æmulus, Asclepiadæ filius, Atheniensis genere, Panætii Rhodii discipulus, auctor versuum tragiamborum. *Suidas.* Floruit anno ante Christum circiter CCL.

[d] *Alexide*] Alexis, Thurius, patruus Menandri floruit Olymp. CXII. ante Christum annis CCCXXXV.

[e] *Cæcilii*] Statius Cæcilius natione Insuber Gallus, professione comicus poëta Romæ vixit: et comœdiæ princeps habitus est ætate sua. Eum licet dicat Cicero malum Latinitatis auctorem, tamen ei primas inter comicos tribuit Volcatius Sedigitus, ut refert Gellius lib. XV. c. 14. Claruit an. U. C. DLXXVII. ante Christum CLXXVIII.

quoque Plocium legere, a quo istam comœdiam verterat. Sed enim postquam in manus Menander venit, a principio statim, Di boni! quantum stupere atque frigere, quantumque mutare a Menandro[7] Cæcilius visus est![g] Diomedis[f] hercle arma et Glauci[8] non dispari magis pretio æstimata sunt. Accesserat dehinc lectio ad eum locum, in quo maritus senex super uxore divite atque deformi querebatur, quod ancillam suam, non inscito puellam ministerio, et facie haud illiberali,[h][9] coactus erat venundare suspectam uxori quasi pellicem:[i] nihil dicam ego quantum differat versus utriusque eximi jussi,[10] et aliis ad judicium faciendum exponi. 3. Menander sic:[k]

[g] *Quam frigidus et hebes scriptor esse visus est Cæcilius, et quantum degenerare visus est a Menandro!*
[h] *Peritam in ministeriis exhibendis, et vultu non deformi.*
[i] *Quasi fuisset concubina.* [k] *Scribit.*

Idem ascripsit *Libitum et.*—7 'Sic Mss. sic Romana et Veneta. Aldus, Badius, Gryphius exhibendo *mutare* occasionem dederunt Palmerio Mellero illud revocandi in 14. Spicilegiorum. Et notum Catulli: 'tantum abhorret ac mutat.' Quin et Noster lib. XIII. 3. 'necessitudinem et necessitatem mutare longeque differre.' Regius tamen *quæcunque.* Itaque non possum quin suspicer edidisse Gellium: *quantum stupere atque frigere, quæcunque mutuatur a Menandro, Cæcilius visus est.* Nempe stupere ac frigere in illis, quæ mutuatur.' *J. F. Gronov.*—8 '*Diomedis hercle arma et Glauci.* Quid sibi volunt, cum in voce notissima tritissimaque vacillant codices? τὸ *arma* nusquam integrum. Regius *herclea merca et Glauci.* Rot. *hercleamerca et Glauci.* Scheff. *hercle amecta et glauci.* Lincoln. *hercle amerta et Gl.* Est præterea qui *hercle armamenta.* Aliquid latet. Cogitabam, *Diomedis hercle ἀμοιβαῖα et Glauci non dispari magis pretio æstimata sunt.* Sic enim, non *existimata.*' Idem. *Æstimata* vet. ed. ap. Thys.—9 'E quodam veteri libro Lipsius, *inlætabili.* Nostræ aves non addicunt.' *J. F. Gronov.* 'Sed et Regius *facie haud illiberali.* Quæ particula cur non retinetur? Nunc sane restitui.' *Jac. Gronov.* *Illætabili* improbat Thys. '*Facies non illiberalis* bene, et ex auctoritate Comici dicitur. Non spernenda tamen hic emendatio Lipsii est, qui lib. I. Elect. cap. 21. ait, invenisse in libris, *non inscito puella ministerio, et facie non illætabili.* Ubi in vulgatis est, *non illutibili.*' Carolus.—10 '*Nihil dicam ego, quantum differat versus utriusque eximius.* Non nauci hæc oratio. Quod facile sensit Janus Guilelmius 2. Verisimil. 24. et non incommode subjicit: *quantum different. Versus utriusque eximius sit satis.* Ἄλλην tamen δρῦν βαλανιστέον. Primum, *quantum differat* mutari metuit. Intelligendum enim, 'inter eos.' Cicero act. I. in Verr. 'At vide quid differat inter opinionem meam et tuam.' Lib. I. de

NOTÆ

[f] *Diomedis, &c.*] Erant arma Diomedis Græci militis ærea, Glauci vero Lyciorum principis aurea, quæ in signum veteris necessitudinis ambo invicem commutavere, ut fingit Homerus in Iliade.

'Επ' ἀμφοτέραν[1][g] *ἵν' ἐπίκληρος*[11] *ᾗ μέλλειν καθευδήσειν*
Κατεργάσασα[12] *μέγα καὶ περιβόητον ἔργον,*
'Εκ τῆς οἰκίας ἐξέβαλε τὴν λυποῦσαν, ἣν βούλετο.
"Ιν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ Κρεωβύλης πρόσωπον·
'Η γ' εὔγνωστος εἶχέ[13] *με γυνὴ*[14] *δέσποινα,*
Καὶ τὴν ὄψιν ὧν[15] *ἐκτήσατο ὄνος ἐν πιθήκοις.*[h]
Τί τὸ[16] *λεγόμενόν ἐστι; δὴ τοῦτο σιωπᾶν*[17] *βούλομαι*

[1] *In utramque aurem, siquidem dotata sit, debet dormire operata magnum et memorabile opus: e domo ejecit tristem quam volebat. ut intueantur omnes in Creobulæ vultum quæ celebris est mulier mea domina propter formam quam possidet: cum essem asinus inter simias; quod vulgo dicitur. Est ita sane. Silere volo noctem*

Nat. Deor. 'Si enim nihil inter Deum et Deum differt.' Deinde Rot. et Regius et Lincoln. *utriusque eximius si et aliis ad judicium faciendum exponi.* Scribes igitur: *Versus utriusque eximi jussi, et aliis ad judicium faciendum exponi.* Loquitur ut solebant Veteres in studiis adjutore anagnosta vel librario utentes.' *J. F. Gronov.* 'Locum hunc ita legit Gulielmius, *nihil dicam quantopere differant versus utriusque, eximies sit satis.*' Thys. 'Ego cum Clarissimo H. Stephano et antiquioribus quibusdam melioris notæ editionibus vulgatam lectionem retineo: nisi forte suspiceris, a Gellio pro, *eximius* ... relictum fuisse, *ecce mihi sit satis:* sicuti Auctor lib. x. cap. 24. 'venit ecce,' inquit, 'illius versus.'' *Falster.* Vulgatam dant Lugd. Bat. Delph.—11 'Misere adhuc habiti versus: sed justi sunt iambici senarii et facile in numerum redigendi, nisi ubi valde corrupti sunt. Nihil vetat tentare, quod utcumque cadat, conatus laudabitur: *'Επ' ἀμφότερά νύ χ' ἡ 'πίκληρος οὖσα Μέλλει καθευδήσειν, κατεργάσασα μέγα* Καὶ *περιβόητον ἔργον.* *'Εκ τῆς οἰκίας* 'Εξέβαλε *τὴν λυποῦσαν, ἣν ἐβούλετο.* *"Ιν' ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ* Κρεωβύλης Πρόσωπον· *ἡ γ' εὔγνωστος εἶχέ με γυνὴ* Δέσποινα *καὶ τὴν ὄψιν, ἣν ἐκτήσατο,* "Ονος *ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον.* Τοῦτ' *οὐ σιωπᾶν ἐστιν, εἰ καὶ βούλομαι.* Βδελύττομαι *τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν* 'Αρχηγόν· Οἴμοι Κρεωβύλην λαβεῖν ἐμὲ, Καὶ δέκα τάλαντα! Γύναιον οὖσα πηχέως Οἶτ' 'στὶ τὸ φρύαγμα, πῶς ἀνυπόστατος. Μὰ τόν τ' 'Ολύμπιον κ' 'Αθηνᾶν οὐδαμῶς.' *J. F. Gronov.* Vid. inf. et Not. Var.—12 Ascripsit Sciopp. *κατειργάσατο.*—13 'Ascriptum in margine codicis Gelliani, *ὥς μ' ἔχει.*' *Thys.* —14 Ascripsit Sciopp. *μεγάλην ἡ.*—15 Al. *ὄψιν ἄν.*—16 Ascripsit Sciopp. 'Τὸ δὲ. f. Τό *τοι.*'—17 Legendum monet Thys. *οὐ σιωπᾶν.*—18 In antiqua Ve-

NOTÆ

[g] *'Επ' ἀμφοτέραν*] Hos Menandri versus mirum in modum depravatos ita corrigit Hugo Grotius. *'Επ' ἀμφοτέραν, ἵν' ἐπίκληρος ᾖ, Μέλλει κατευδήσειν κατεργάσασα μέγα* Καὶ *περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας* 'Εξέβαλε *τὴν λυποῦσαν ἣν ἐβούλετο,* "Ιν' *ἐπιβλέπωσι πάντες εἰς τὸ* Κρεωβύλης Πρόσωπον· *ᾗ δ' εὔγνωστος ἡ γ' ἐμὴ γυνὴ* Δέσποινα *διὰ τὴν ὄψιν ἣν ἐκτήσατο.* "Ονος *ἐν πιθήκοις ἐστὶ δὴ τὸ λεγόμενον* Τουτοί. *σιωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν* Πολλῶν *κακῶν ἀρχηγόν· οἱ* Κρεωβύλην Κρεωβύλην Κρεωβύλην *λαβεῖν με καὶ* Τάλαντα *δέκα, γύναιον οὖσαν πηχέως.* Εἶτ' *ἐστὶ τὸ φρύαγμα πῶς ἂν ὑπόστατον;* Δία *τὸν* 'Ολύμπιον *καὶ* 'Αθηνᾶν, *οὐδαμῶς* Παιδισκάριον *θεραπευτικὸν τάχιον λόγου* 'Απήγαγ'. *ἔστω· τίς δ' ἄρ' ἣν ἀντισάγει;*

[h] *"Ονος ἐν πιθήκοις*] Asinus inter simias: convenit hoc proverbium stolido, qui in homines callidos incidit, a quibus impune rideatur.

Τὴν νύκτα τὴν πολλῶν κακῶν ἀρχηγόν.
Οἴμοι Κρωβύλην λαβεῖν ἐμὲ, καὶ δέκα τάλαντα;
Γύναιον[18] *οὖσα*[19] *πηχέως. Εἶτ' ἐστὶ τὸ φρύαγμα*
Εἴπως ἀνυπόστατον. Δία[20] *τὸν 'Ολύμπιον,*
Καὶ 'Αθηνᾶν,[1] [i] *οὐδαμῶς παιδισκάριον,*[2] *θεραπευτικὸν δὲ*
Λόγου τάχιον ἀπαγέσθω δέ[3] *τις ἢ ἄρ' ἀντεισαγάγοι.*

4. Cæcilius autem sic.

[m] SEN. Is demum miser est, qui ærumnam suam nequit
Occultare. MA. Fere[4] ita me uxor forma et factis facit.
Si taceam; tamen indicium est.[5] Quæ, nisi dotem, omnia
Quæ nolis, habet. Qui sapit, de me discet; qui, quasi
Ad hostes captus, libere servio,[6] salva urbe atque arce.
Quæ mihi quicquid placet: eo privatu' vin' me servatum?[7]
Dum ejus mortem inhio, egomet vivo mortuus
Inter vivos. Ea me, clam se, cum mea ancilla ait
Consuetum. Id me arguit. Ita plorando, orando,

plurimorum malorum auctorem. Hei mihi cur Creobulam uxorem accepi et decem talenta! muliercula cum sit cubitalis. Præterea is est fastus hujus mulierculæ, ut sit intolerabilis. Per Jovem Olympium et Minervam nequaquam puellulam, ancillamque dicto citius, aliquis expellat aut revocet.

[m] *Is denique infelix est, qui non potest tegere suas miserias. Conjux mea suis actionibus et pulchritudine me in eum statum adduxit. Etsi nihil dicam, tamen produnt se miseriæ meæ. Uxor mea habet, excepta dote, omnia quæ nollem eam habere. Qui sapiens est docebitur exemplo meo, qui tanquam captivus inter hostes, libenter servio incolumi civitate et arce; quæ aufert a me quicquid mihi arridet. An eo in statu vis me salvum esse? Dum voveo ejus mortem, interim vivo mortuus inter vivos. Dicit se absente mihi familiaritatem esse cum mea ancilla. Ea de re me ac-*

neta γυναικῶν.—19 Ascripsit Sciopp. οὖσαν. Et ita legendum monet Thys.—20 Al. Διὰ.—1 'Deesse hic quædam videntur.' *Thys.*—2 Al. παιδισχάριον.—3 Ascripsit Sciopp. δὲ καί. Idem ἀρ' ἄντις ἀγάγοι.—4 Idem *Ferre.*—5 Verbum substantivum ab Reg. rejicitur.—6 '*Ab hoste captus libere servio.* Recte Carrio, *Ad hostes*, et sic scripti. Sed etiam legendum: *liber servio.*' J. F. Gronov. *Liber* quoque conjicit Sciopp.—7 *Eo privatus.* Antiqua Veneta ita legit, *Quæ mihi quicquid placet, eo privatum.* Forte legendum, *privatum it.*' Thys. H. Steph. *eo privat. tu vin' me servatum?* '*Eo privatum vis me servatum?* Nihil hic sani. Tentabam: *eo privatum it vi me ingratiis.*' J. F. Gronov. Ascripsit

NOTÆ

[i] 'Αθηνᾶν] Minervam. Hæc est disciplinarum Dea, quæ cum repræsentet sapientiam, dicitur e cerebro Jovis prodiisse. Pallas eadem alio nomine dicitur.

Instando atque objurgando me obtudit, uti eam
Venundarem.[8] Nunc credo inter suas æqualis
Et cognatas sermonem serit: Quis vestrarum fuit
Integra ætatula, quæ hoc itidem[9] a viro
Impetrarit suo, quod ego anus modo
Effeci, pellice ut meum privarem virum?
Hæc erunt concilia hodie. Differor sermone miser.

5. Præter venustatem autem rerum atque verborum in duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem soleo animum attendere; quod quæ Menander præclare et apposite et facete scripsit, ea Cæcilius nequaquam potuit, ne quidem conatus est,[10] enarrare; sed quasi minime probanda prætermisit; et alia nescio quæ mimica inculcavit,[11] et illud Menandri de vita hominum media sumtum simplex et verum et delectabile, nescio quo pacto, omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene vicino colloquens, et uxoris locupletis superbiam deprecans, hæc ait:

Ἔχω[n] *δ'*[k] *ἐπίκληρον Λαμίαν·*[12] *οὐκ εἴρηκά σοι*

cusat: adeo me fatigavit flendo, precando, urgendo et exprobrando, ut eam venderem. Puto jam ita loquitur inter suas æquales et affines: quæ vestrum fuit quæ florenti juventute obtinuerit a suo conjuge idem quod ego vetula sum consecuta, ut meo marito auferrem concubinam. De his agent in suis cœtibus. Infelix eorum colloquiis proscindor.

[n] *Habeo sane dotatam, Lamia: non dixi tibi hoc. Minime dominam domus et*

Sciopp. *privatu. Eo privat. Tu vin' me s.* Delph.—8 Reg. et Rott. *eam uti Venderem. Venderem* quoque ascripsit Sciopp.—9 '*Quæ vestrum fuit Integra ætatula quæ hoc itidem.* Reg. et Rot. *Quis vestrarum fuit Integra ætatula quæ hoc idem.* Optime. Nam τὸ 'Quis' quo genere et numero declinarent, Antiqui non observabant, ut notat Donatus.' *J. F. Gronov. Vestrarum* et *idem* ascripsit Sciopp. 'Aliter '*nostrum* vel *nostrarum*.' Thys. *Quæ vostrum .... itidem* Lugd. Bat. Delph. *Vestrarum* probat Falster.—10 '*Nequaquam potuit, ne quidem conatus est.* Sic Carrio, cum ederetur: *et quidem conatus est.* Sed male cohæret oratio. Scripti *nequa potuit qui conatus est.* Lege: *neque potuit, neque conatus est enarrare.*' J. F. Gronov. 'Verum unde hoc obrepserit, non assequor, cum nullus sit codex vetus, qui vocem *quidem* ita amputet; immo omnes eam retinent prorsus integram, ut inde appareat manifeste Gellium scripsisse *ne qua potuit quidem conatus est.*' Jac. Gronov.—11 '*Et nescio quæ mimica inculcavit.* Sic jam Romana, sic Badius. Ven. et Gryphius: *inimica.* Gulielmius 2. Veris. 24. ait olim lectum, *quasi mimica;* unde facit: *nescio quæ ab se mimica.* Illud *quasi* unius est Aldi. Scripti ut prima editio, atque

NOTÆ

[k] Ἔχω δ'] Hos versus, quorum hic numeri minime cohærent, sic reformat Grotius, personis ubi literæ diversæ sunt mutatis. A. Ἔχω δ' ἐπί-

Τοῦτ' οὐχὶ, κυρίαν τῆς οἰκίας καὶ τῶν ἀγρῶν,
Καὶ πάντων[13] *ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν ἀφ' ὅλων χαλεπῶν*
Χαλεπώτατον, ἅπασι δ' ἀργαλέα ἐστὶν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ,
Υἱῷ, πολὺ μᾶλλον θυγατρί. Πρᾶγμα ἄμαχον λέγεις,
Εὖ οἶδα.

6. Cæcilius vero hoc in loco ridiculus magis, quam personæ isti, quam tractabat, aptus atque conveniens videri maluit. Sic enim hæc corrupit:

Se. Sed tua ° morosane uxor[14] quæso est? Ma. Quam? rogas?
Se. Qui tandem? Ma. Tædet mentionis quæ mihi,
Ubi domum adveni ac sedi, extemplo savium
Dat jejuna anima.[l] Se. Nihil peccat de savio.
Ut devomas volt quod foris[15] potaveris.

agrorum. Omnia pro illa accepimus, hoc est ex omnibus molestiis molestissimum. Omnibus certe difficilis est, non mihi uni, sed filio, multo magis filiæ. Rem intolerabilem narras. Recte novi.

° *Verum, amabo te, an conjux tua difficilis est? Quam est morosa? Id quæris? Quomodo tandem est morosa? Piget loqui de ea conjuge quæ mihi domum ingredienti dat statim osculum ore fœtido. Non peccat in eo quod te osculetur, cupit ut eructes id quod bibisti extra domum.*

Carrio restituit.' *J. F. Gronov.* 'Antiqua Veneta *quæ inimica.* Sed legendum potius, *mimica.*' Thys.—12 Vid. inf. et Not. Var. 'Distingue: Ἔχω δ' ἐπίκληρον, Λαμία. (οὐκ εἴρηκά σοι Τοῦτ', οὐχί·) κυρίαν τῆς οἰκίας.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. Τοῦτ' εἶτ' ἄρ' οὐχί. Λαμία Lugd. Bat. Delph.—13 'Ita quoque scriptum invenio, τῶν πατρῴων ἀντικρὺς μὲν ὅλων τῶν, &c.' *Thys.* Prima ed. Veneta Ἀπόλλων. Ἄπολλον ὡς ascripsit Sciopp. ut Vat. habet. 'Videtur exigi: Ἐν δ' ἀντ' ἐκείνης ἔχομεν ἐξ ὅλων χαλεπῶν.' *Jac. Gronov.*—14 'Janus Gulielmus Veris. lib. II. cap. penult. ita hos versus legit: *Sed tua morosane uxor est quæso? an rogas? Qui tandem? pudet mentionis; quæ mihi Ubi domum adveni, assedi, extemplo suavium Datat jejuna anima. Nil peccat suavio, Ut evomas vult, quod foris potaveris.*' Thys. 'Sed Ms. Regius cum altero Oxon. *quam erogas.* Rott. *quam me rogas.* Lincoln. *quam erogas.* Unde legendum apparet *Quæ me rogas!* aut *Quam me rogas?* Salmasius proferebat *ah! me rogas*, vel *ea! me rogas.* Mox etiam in Regio legitur *Ex vitio*, omisso *eo.*' Jac. Gronov. *Erogas* ascripsit Sciopp. 'Pro *Quam? rogas?* suspicor Cæcilium scripsisse, *Quin morosa 'st;* video enim, codicum Mss. veterum alios habere, *Quam erogas*, alios, *Quam me rogas*, nullo fere sensu.' *Falster.*—15 Ascripsit Sciopp.

NOTÆ

κληρον Λαμίαν, οὐκ εἴρηκά σοι Τουτ'; B. Οὐχί. A. Ταύτης κυρίαν τῆς οἰκίας Καὶ τῶν ἀγρῶν. πάντ' ἀντ' ἐκείνης εἴχομεν. B. Καλὸν, ὦ Ἄπολλον, τῶν χαλεπῶν χαλεπώτατον. A. Ἅπασι δ' ἀργαλέα 'στὶν, οὐκ ἐμοὶ μόνῳ, Υἱῷ, πολὺ μᾶλλον θυγατρί. B. Πρᾶγμ' ἄμαχον λέγεις. A. Εὖ οἶδα.

[l] *Jejuna anima*] Male olenti anhelitus spirat plerumque qui jejunus est.

7. Quid de illo quoque loco in utraque comœdia posito existimari debeat, manifestum est, cujus loci hæc ferme sententia. Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est.[p] Ea res clam patre[16] fuit; et habebatur pro virgine. Ex eo vitio gravida mensibus exactis parturit. Servus bonæ frugi,[q] cum pro foribus domus[r] staret, et propinquare partum herili filiæ, atque omnino vitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum audit puellæ in puerperio enitentis:[s] timet, irascitur, suspicatur, miseretur, dolet. Hi omnes motus ejus, affectionesque animi, in Græca quidem comœdia mirabiliter acres et illustres: apud Cæcilium autem pigra hæc omnia,[17] et a rerum dignitate atque gratia vacua sunt.[t] 8. Post, ubi idem servus percunctando quod acciderat repperit, has apud Menandrum voces facit:

Ὦ τρὶς[u] κακοδαίμων ὅστις ὢν πένης γαμεῖ,
Καὶ παιδοποιεῖ.[18] Ὡς ἀλόγιστός ἐστ' ἀνὴρ,
Ὃς μήτε φυλακὴν τῶν ἀναγκαίων ἔχει,
Εἰ μήτε[w] ἀνατειχίσῃ[19] εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου,

[p] *In vigiliis totius noctis violata est.* [q] *Bonis moribus.*
[r] *Ante januam domus.* [s] *Laborantis.*
[t] *Omnia sunt frigida, et carent majestate rerum et gratia.*
[u] *O ter infelix, quicumque existens pauper uxorem accipit, et gignit liberos! Quam rationis expers est vir, qui neque præsidium in necessitate habet, neque ali-*

toris.—16 Reg. et Rott. *clam patrem.* *Patrem* quoque ascripsit Sciopp.—17 'Quod Bourdelotius ascripsit suo codici, idem ex Ms. Regio notavi *pigra ista hæc omnia*, sicut jam ante patuit vocem *isthæc* fuisse gustus Gelliani.' *Jac. Gronov.* *Pigra istac* ascripsit Sciopp.—18 Vid. Not. Var. H. Grotius corrigit hic παιδοποιεῖται, et ait hoc postulare versum.—19 Vid. Not. Var. et inf. Ascripsit Sciopp. ἂν ἀτυχήσῃ. 'Scribe cum Stobæo et Grotio: Μήτ' ἂν ἀτυχήσας. Stobæus quoque εἰς τὰ λοιπά. Placet satis εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου.' *J. F.*

NOTÆ

Contra qui sumsit aliquid cibi halitum reddit minime gravem: halitus enim qui vel pulmonis, vel dentium vitio sæpe corruptus est, ciborum odore commendatur. Aliam Aristoteles in Problematis, sectione XIII. affert rationem, nimirum quod inani ventre minusque agitato calidior factus aër spiritum et excrementa putrefacere potest, immobili pituita: calidiorem autem effici hinc patet, quod sitim excitare soleat jejunium.

[w] Εἰ μήτε] Versus consequentes, in quibus nec numeri nec modi satis cohærent, ita restituimus: Μήτ' ἀνατειχίζει εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου Ἐπαμφιέσθαι δύναται τοῦτο χρήμασιν. Ἀλλ' ἐν ἀνακαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ Χειμαζόμενος ζῇ, τῶν ἀνιαρῶν ἔχων Τὸ μέρος ἁπάντων, ἀγαθῶν δ' οὐχὶ δυνάμενος. Qui

'Επαμφιέσθαι[20] δύναται τοῦτο χρήμασιν,
'Αλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ[1] καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
Χειμαζόμενος, ζητῶν μὲν, ἀνιαρὸν δ' ἔχων τὸ μέρος[2]
'Απάντων, ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος.[3]
'Υπὲρ γὰρ ἑνὸς ἀλέγων, ἅπαντας νουθετῶ.[4]

9. Ad horum autem sinceritatem[x] veritatemque verborum an aspiraverit[y] Cæcilius, consideremus. Versus sunt hi Cæcilii trunca[z] quædam ex Menandro dicentis, et consarcinantis verba tragici tumoris.[a]

'Is demum infortunatus est homo
Pauper, qui educit[b] in egestate liberos:
Cui fortuna et res ut est continuo patet.[5]
Nam opulento famam facile occultat factio.'[c]

Itaque, ut supra dixi, cum hæc Cæcilii verba seorsum[d] lego, neutiquam videntur ingrata ignavaque;[e] cum autem

quid sibi comparat ad communia vitæ. Occultare opulentus potest hoc divitiis; sed in nudata et calamitosa vita hybernans, quærens quidem, molestam vero habens partem, omnium bonorum expers. De uno curans, omnes admoneo.

[x] *Puritatem.* [y] *Pervenerit.* [z] *Fragmenta.*

[a] *Et coagmentantis verba ampullata tragico more.* [b] *Educat.*

[c] *Ejus conditio et paupertas exigit ut semper obediat. Num opes facile tegunt opprobrium divitis.* [d] *Separatim.* [e] *Frigida.*

Gronov.—20 'Stobæus 'Επαμφιάσαι. Nec video cur alteri postponatur.' *Idem.*—1 ''Αλλ' ἐν ἀνακατακύπτῳ. Pessime. Legendum e Stobæo, 'Αλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ.' *Idem.* Ascripsit Sciopp. ἐνακατακύπτῳ. Vulgatam dant Lugd. Bat. Delph. ἀκαλύπτῳ probat Falster.—2 'Ex eodem: Χειμαζόμενος ζῇ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων Τὸ μέρος ἀπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. τοῦ τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων.—3 ''Αγαθῶν οὐ δυνάμενος. Suspectum. Numquid οὐ γευσάμενος?' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. ἀγαθῶν δ' οὐ.—4 'Hic versus in Stobæo non est. Grotius ἀλγῶν.' *J. F. Gronov.*—5 '*Fortuna et res est, ut continuo pareat.* Mss. *Cui fortuna et res ut est continuo patet.* Unde fecerunt in prima ed. *Cui fortuna et res est ut continuo pateat.* Videtur autem scribendum fuisse: *Cujus fortuna transversis continuo patet.* Hic est ille βίος ἀκάλυπτος, quæ vox satis ostendit alienum esse Carrionium *pareat.*' J. F. Gronov. 'Pronomen *Cui* in isto casu ita vides defendi ab fide vetustatis, ut non debeat fere moveri. Unde licet illud sit persuave, tamen et sua Venus adest illis, *Cui fortuna et res, ut est, continuo patet.* Nec vero hic sensus continet aliud, quam declarationem βίου ἀκαλύπτου. Unde id ipsum reposui, ut certe vetus.' *Jac. Gronov.* 'Non digitum latum a Mss. discedo.' *Otho.*

NOTÆ

duo ultimi versus ad verbum sic reddi Latine possunt. Hybernans vivit molestiarum habens partem omnium, bonorum autem nequaquam potens habere partem ullam.

Græca comparo et contendo,[f] non puto Cæcilium sequi debuisse, quod assequi nequiret.

[f] *Confero.*

CAP. XXIV.

De vetere parsimonia,[a] deque antiquis legibus sumtuariis.[b]

PARSIMONIA apud veteres Romanos et victus atque cœnarum tenuitas non domestica solum observatione ac disciplina,[c] sed publica quoque animadversione, legumque compluriium sanctionibus, custodita est. Legi adeo nuper in Capitonis Atteii conjectaneis[6] [a] Senatus decretum vetus C. Fannio et M. Valerio Messala Coss.[b] factum; in quo jubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus[c] antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter sese dominia agitarent,[d] [7] jurare apud Consules verbis conceptis[e] non amplius

[a] *De antiqua frugalitate.* [b] *Moderantibus sumtum.* [c] *Institutione.*
[d] *Celebrarent invicem mutua convivia.* [e] *Certa verborum formula.*

6 'Rom. et Ven. *commentariis.* Aldus, Badius, Gryphius, *collectaneis.* Reg. et Rottend. plane *conjectaneis*, ut edidit Carrio, et ita legendum monuit Fulvius Ursinus in appendice Triclinii Ciacconiani.' *J. F. Gronov.*—7 '*Mutitarent, id est, mutua inter sese dominia agitarent.* Sic Romana et Veneta. Aldus, Badius, Gryphius *convivia.* Ea occasio fuit Fulvio, quo dictum est loco, et Lipsio I. Saturn. 19. restituendi *dominia.* Et sic Rottend. Regius *domina.* Sed ubique *mutitarent*, non *mutuitarent* placitum Turnebo, Fulvio, Stephano, vetantibus et scriptis lib. XVIII. cap. 2. et Ovidio 4. Fastorum: ' Quod bene mutarit sedem Berecynthia, dixit, Captant mutatis sedibus omen idem.'' *J. F. Gronov.* ' Quare igitur Heinsius ad citatum locum ex Fastis Ovidii negat in verbo ' mutitare ' satis constare lectionem, adeo ut ' mutuitare ' veram esse lectionem apud Gellium se opinari dicat, cum omnes Mssti reti-

NOTÆ

[a] *Conjectaneis*] Conjectanea, liber Capitonis Ateii, cujus vix ullum jam extat vestigium.

[b] *C. Fannio, et M. Valerio Messala Coss.*] Hi consulatum inierunt anno U. C. non DLXXXIX. ut ait Batavus interpres, sed DXCIII. ut demonstrant fasti consulares, et Cassiodorus, ante Christum CLXI.

[c] *Ludis Megalensibus*] In honorem magnæ Deorum matris celebrabantur hi ludi per VI. dies a IV. ad IX. diem Aprilis. Ita sunt appellati a Megalesio templo prope Pessinuntem in Paphlagonia, unde ejus simulacrum Romam advectum est: eos, teste Livio, primus instituit M. Junius Brutus.

in singulas cœnas sumtus esse facturos, quam centenos vicenosque æris,[f][d] præter olus et far et vinum; neque vino alienigena,[g] sed patrio, usuros; neque argenti in convivio plus pondo, quam libras centum[8] illaturos. 2. Sed post id Senatus consultum lex Fannia lata est, quæ ludis Romanis,[e] item ludis[9] plebeiis[f] et Saturnalibus,[g] et aliis quibusdam diebus, in singulos dies centenos æris insumi[h] concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos;[i] ceteris autem omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poëta legem signat,[k] cum dicit:

'Fanni centussis misellos.'[l][10]

[f] *Centum viginti asses.* [g] *Ab externa regione advecto.*
[h] *Asses expendi.* [i] *Triginta.* [k] *Indicat.*
[l] *Miseros ob legem a Fannio latam, et centum asses ad sumtum quotidianum constitutos.*

neant 'mutitare?' Nimirum illud præcedere debebat, ut inde procederet ad id, quod nunquam probare poterit, ut 'mutuiter' ex Varrone audimus, sic etiam fuisse adjectivum 'mutuitus,' et Ovidio contra omnium Mstorum fidem pro 'Tum magis' violentissime ingereret 'Mutuita.' Interim in hoc Gelliano decidere nequivit Pricæus ad Appuleii apologiam pag. 189.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var. *Dominia* probant Carolus et Falster. *Mutuitarent .... convivia* Delph.—8 'Scribo, *plus pondo libras centum*, extrito τῷ *quam*: quod plurimum in tali loco omittere solent ac subaudire malunt; utique non τοῖς *pondo* et *libras* interponere consueverunt.' *J. F. Gronov.*—9 Rott. fastidit repetitum *ludis*.—10 'Rot. Lincoln. Reg. *legem significat cum dicit Fanni centussis misellos*, sine copulativa. Nempe *s* litera more vetustissimorum eliditur. Nam *centusse misello* Insit Janus Dousa, dum vitrea fracta conglutinabat. Pudenter autem Gellius, *hanc legem significat*. Audacius, sed ut excusari possit, Macrobius, 'a Lucilio festivitatis suæ more centussis vocatur.' At non ferendus jam Pighius, cum ad annum 595. quam legem, inquit, Lucilius poëta festive *Fannii centussim* appellavit. Nam *Fannii centussis miselli* vel *Fannii centussis misellum*, sunt centeni aëris, quos lege Fannia impendere permissum.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var. *Fanni centussisque* Delph. Lugd.

NOTÆ

[d] *Centenos vicenosque æris*] Intellige asses: quod nomen as ab ære derivatur, idemque omnino significant as, et pondo et libra æris. As autem quinque circiter denariis Francicis expenditur. Unde centum et viginti asses Romani ad quinquaginta circiter asses nostrates rediguntur.

[e] *Ludis Romanis*] Ludos Romanos, qui et Circenses et magni sunt appellati, primis temporibus Urbis instituere Reges Romani.

[f] *Ludis plebeiis*] Hi regibus expulsis pro libertate plebis decreti fuere.

[g] *Saturnalibus*] Saturnalia festa Saturni longe ante Romam conditam in Italia celebrari cœpta sunt. Decembri mense celebrabantur, quo tempore maxima servis licentia permittebatur.

In quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos æris statutos. 3. Centum enim æris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus, eosque ipsos dies nominavit: aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumtus inclusit intra æris alias tricenos, alias denos. Lex deinde Licinia[h] rogata est;[m] quæ cum certis diebus, sicuti Fannia, centenos æris impendi permisisset, nuptiis ducenos indulsit:[n] [11] ceterisque diebus statuit æris tricenos;[o] cum et carnis aridæ et salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit: si quicquam esset natum[12] e terra, vite, arbore; promisce[p] atque indefinite largita est. 4. Hujus legis Lævius[13] [i] poëta meminit in Erotopægniis.[14] [k] Verba Lævii hæc sunt, quibus significat hædum, qui ad epulas fuit[15] allatus, dimissum,[q] cœnamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis oleribusque instructam;

[m] *Lata est.* [n] *Concessit ducentos.* [o] *Triginta.*
[p] *Nihil determinando.* [q] *Remissum.*

Bat.—11 ‘ Ex Regio notatum, *nuptus*. Intueor Rott. ibi vero, ne qua sit dubitatio, *nupt9*. Et Auctore nostro dignum censeo. *Nuptus* enim idem quod nuptiæ.’ *J. F. Gronov.*—12 ‘ Editiones priores: *sed quicquid*. Mss. *constituit sed quicquid*. Lege: *cumque et carnis aridæ et salsamenti certa pondera in singulos dies constituisset, quicquid esset natum e terra, vite, arbore, promisce atque indefinite largita est*. In scriptis pro *aridæ* est *autem* vel *a*. quod significat *autem*, (numquid *assæ?*) *tamen* pro *natum*.’ Idem. ‘ Si tamen illam vocis *cumque* prolatationem licet probare, sane factam contra codices veteres Gellii, quem nunc placet ad eos exigere. Et nescio an ad exortum hujus conjecturæ vel plurimum contulerit eadem constructio tantum quod antecedens *quæ cum* .... *permisisset*, quæ recens dictabat similem sequi posse. Potes autem commode vel amare vulgatum *tricenos; cum et* ... *constituit: sed quicquid*, vel *tricenos. Quin et* .. *constituit. Sed quicquid*. Alterutrum certe innuunt Mssti. A quibus tamen adhuc turbor in illo *cum et carnis autem et*. Vide an fuerit: *fumatæ carnis autem et*. Nam illud *aridæ* sumserunt ex Macrobio.’ *Jac. Gronov.*—13 Alii tentant *Livius*.—14 ‘ Vulgo inepte *Crotopægniis*.’ Thys.—15 Reg. et

NOTÆ

[h] *Lex deinde Licinia*] Lata a P. Licinio Crasso, cujus consulatum cum fasti referant ad annum U. C. DCLVII. male rejicit Batavus interpres ad annum DCLXVI.

[i] *Lævius*] Hic poëta quo tempore vixerit, incertum.

[k] *Erotopægniis*] Erotopægnia erant amatorii lusus, a vocibus Græcis ita dicti, τὸ παίγνιον lusus, ἔρως amor.

'Lex Licinia,' inquit, 'introducitur:
Lux liquida hædo redditur.'[r]

Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis: 'Legem vitemus Licini.' Postea L. Sylla dictator, cum legibus istis situ atque senio obliteratis[s] plerique in patrimoniis amplis helluarentur,[t] et familiam pecuniamque suam prandiorum[16] gurgitibus proluissent,[u] legem ad populum tulit, qua cautum est, ut Calendis, Idibus, Nonisque,[l] diebus[17] ludorum, et feriis quibusdam solennibus sestertios[m] tricenos in cœnam insumere jus potestasque esset; ceteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternos. 5. Præter has leges Æmiliam[n] quoque legem invenimus; qua lege non sumtus cœnarum, sed ciborum genus et modus præfinitus est. Lex deinde Antia[o] præter sumtum æris id etiam sanxit, ut, qui magistratus esset, magistratumve capturus

[r] *Vita quæ debebat eripi hædo redditur.*
[s] *Desuetudine atque vetustate antiquatis.*
[t] *Devorarent maxima patrimonia.*
[u] *Et exhausissent bona familiæ suæ immensis sumtibus conviviorum.*

Rot. *fuerat.*—16 Reg. et Rot. *prandiorumque.* Unde Salmas. *familiam pecuniamque cœnarum prandiorumque.*—17 Lincoln. Ro. Ven. Ald. *Nonisque diebus*

NOTÆ

[l] *Calendis, Idibus, Nonisque*] Calendæ primus cujusque mensis dies erat. Idus Martio, Julio, Maio, et Octobri dies erat decimus quintus, reliquis mensibus decimus tertius. Nonæ supradictis quatuor mensibus in VII. diem incidebant, aliis mensibus in V.

[m] *Sestertios*] Sestertius nummus quasi semistertius dictus, quod cum esset quarta pars denarii Romani decem asses continentis, expenderetur duobus assibus et semisse. His characteribus designatur LLS. duplex L libras duas sive asses duos, et S semis significat: subinde tamen per inscitiam librarii his literis HS. sestertii notam substituerunt. Denarius Romanus hac nota X. quæ decem significat et decussis dicitur, signatus fuit. Gallicæ monetæ collatus quilibet sestertius conficiet decem denarios nostrates: triginta vero sestertii viginti assibus valebunt. At sestertium in neutro genere mille sestertios æquat, sive XLIII. libras, et XV. asses nostrates.

[n] *Æmiliam*] Lata ab Æmilio Lepido, qui consulatum gessit cum Q. Luctatio Catulo, an. U. C. DCLXXVI. non autem DCXV. ut falso refert Batavus interpres.

[o] *Antiam*] Latam ab Antio Restione, qui ne suam ipse legem contemneret, nunquam deinde foris cœnavit.

esset, ne quo ad cœnam, nisi ad certas personas, itaret.[x] Postremo lex Julia[18] ad populum pervenit Cæsare Augusto imperante: qua profestis quidem diebus[p] ducenti finiuntur; Calendis, Idibus, Nonis, et aliis quibusdam festivis trecenti; nuptiis autem et repotiis[19 q] HS. mille.[20] Esse etiam dicit Capito Ateius edictum, Divi-ne Augusti, an Tiberii[r] Cæsaris, non satis commemini: quo edicto per dierum varias solennitates a trecentis HS. adusque duo[1] millia sumtus cœnarum propagatus est;[y] ut his saltem finibus luxuriæ effervescentis æstus coërceretur.[z]

[x] *Ne frequenter iret cœnatum, nisi apud quasdam personas.*
[y] *Extensus est.*
[z] *Ut saltem intra hos terminos retineretur immensitas profusionis incipientis.*

que. Reg. et Rot. *Nonis, diebusque.* et ita ascripsit Sciopp.—18 'Reg. et Rot. *Postrema lex Julia.* Omnino melius.' *J. F. Gronov.*—19 'Reg. et Rot. *festis*, ut censuit olim et Fulvius Ursinus. Dein Rot. *nupt9 autem et repui.* Ex Regio notatum *reponi.* Lincoln. *et reponisent milies.* An fuit, *nuptus autem et repotii sestertium mille?* Nam verba antiquaria in ipsa formula legum sic concepta fuisse videri possunt.' *Idem.* *Festis* ascripsit Sciopp.—20 Vid. Not. Var. 'In Reg. plane extat *sestertii milies.*' Jac. Gronov.—1 *Sestertiis adusque duo* ed. eadem. Reg. et Rot. *adusque duo SS sumtus.* Vet. cod. ap. Sciopp. *duo f. f.* Legendum monet Otho *duo Sestertium;* aut potius per notas, *duo HS.* quod eodem redit.

NOTÆ

[p] *Profestis quidem diebus*] Concessi ad rem publicam et privatam administrandam dies profesti appellabantur, quasi essent procul a Deorum numine colendo.

[q] *Repotiis*] Repotia dicuntur, cum postridie nuptiarum reiteratur potatio.

[r] *Tiberii*] Tiberius Augusti principis optimi successor, sævitia, rapacitate, et arrogantia omnibus odiosus: quæ tamen vitia ingenio fingendis virtutibus subdolo sub initia principatus callide dissimulavit. Obiit anno imperii XXIII. Christi XXXVI. *Tacitus, Suetonius, &c.*

CAP. XXV.

Quid Græci ἀναλογίαν, quid contra ἀνωμαλίαν vocent.

In Latino sermone, sicut in Græco, alii ἀναλογίαν[a] sequendam putaverunt, alii ἀνωμαλίαν.[b] Ἀναλογία est similium[c]

[a] *Proportionem.* [b] *Inæqualitatem.* [c] *Vocabulorum.*

similis declinatio, quam quidam Latine proportionem vocant. Ἀνωμαλία est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens. Duo autem Græci Grammatici illustres Aristarchus[a] et Crates[b] summa ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defensitavit.[d] M. Varronis ad Ciceronem[2] de lingua Latina liber octavus nullam esse observationem similium docet, inque omnibus pæne verbis[3] consuetudinem dominari ostendit. 2. 'Sicuti cum dicimus,' inquit, 'lupus lupi, probus probi, et lepus leporis: item paro paravi, lavo lavi, pungo pupugi, tundo tutudi; et pingo pinxi. Cumque,' inquit, 'a cœno et prandeo et poto, et cœnatus sum, et pransus sum, et potus sum dicamus: et ab astringor tamen et extergeor et lavor,[4] astrinxi et extersi, et lavi dicimus. Item cum dicamus ab Osco, Tusco, Græco, Osce, Tusce, Græce: a Gallo tamen et a Mauro Gallice et Maurice dicimus. Item a probus probe, a doctus docte; sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.'[5] Idem M. Varro in eodem libro: 'Sentior,' inquit, 'nemo dicit, et id per se nihil est: assentior tamen fere omnes dicunt. Sisenna[c] unus assentio in Senatu dicebat: et eum

[d] *Propugnavit.*

2 'Præpositio *ad* neque in Regio neque in Rot. admissa est. Nec caret gratia vel quod is, ad quem scribitur liber, doceri dicitur, vel inflexa sic et vermiculata oratio.' *Jac. Gronov.*—3 '*Itaque in omnibus pæne verbis.* Si quinque membranis fides, legendum: *docet, inque omnibus pæne verbis consuetudinem dominari ostendit.*' J. F. Gronov.—4 '*Et ab adstringor tamen et extergeor et lavor, adstrinxi.* Sic Carrio, cum esset, *et adstringor.* Reg. et Rot. *et a destringor tamen et extergeor et lavor destrinxi et extersi et lavi.*' Idem. Ascripsit Sciopp. '*ad astringor:* sequens vox *tamen* subnotata est.'—5 Tres membranæ, *alii rariter.*

NOTÆ

[a] *Aristarchus*] Is fuit ortu Samothrax, Alexandrinus habitatione, professione Grammaticus. Floruit sub Ptolemæo Philometore Ægypti rege anno circiter ante Christum CLXXXV. Cum incidisset in hydropisim anno ætatis LXXII. voluntaria se inedia confecit. *Suidas.*

[b] *Crates*] Is pariter Grammaticus et Aristarchi discipulus sub Ptolemæo Philometore in Ægypto regnante claruit anno ante Christum circiter CLXX.

[c] *Sisenna*] L. Sisenna Romanus orator et historicus paulo ante Ciceronem celebris extitit. Hic emendator sermonis usitati cum esse vellet, deterreri non potuit quominus inusitatis verbis uteretur. Eum Cicero libro I. de Legibus testatur Latinis

postea multi secuti, neque tamen vincere consuetudinem potuerunt.' Sed idem Varro in aliis libris, multa pro ἀναλογίᾳ tuenda scripsit. Sunt igitur hi tanquam loci quidam communes contra ἀναλογίαν dicere, et item rursus pro ἀναλογίᾳ.

NOTÆ

omnibus scriptoribus qui ad id usque temporis floruerant facile superiorem extitisse. Juvenis erat, auctore Velleio Paterculo, quo tempore Jugurtha et Marius sub Africano militabant, nempe circa an. U. C. DCXXV, ante Christum CXXIX.

CAP. XXVI.

Sermones M. Frontonis et Favorini philosophi de generibus colorum, vocabulisque eorum Græcis et Latinis: atque inibi color spadix cujusmodi sit.

FAVORINUS philosophus, cum ad M. Frontonem[a] consularem pedibus ægrum viseret, voluit me quoque ad eum secum ire. Ac deinde, cum ibi apud Frontonem plerisque viris doctis præsentibus sermones de coloribus vocabulisque eorum agitarentur, quod multiplex colorum facies,[a] appellationes autem incertæ et exiguæ[b] forent: Plura, inquit, sunt[6] Favorinus, in sensibus oculorum, quam in verbis vocibusque colorum discrimina. Nam, ut alias eorum concinnitates omittamus, simplices isti et rufi et virides colores[7] singula quidem vocabula, multas autem species diffe-

[a] *Species.* [b] *Paucæ.*

6 Lugd. Bat. Delph. *Plura sunt, inquit.*—7 ' Mss. *isti rufus et viridi colores.* Lege: *simplices isti, rufus et viridis, colores.* quod nescio unde acceptum jam prodidit Badius. Ante quem vulgo, *isti rufi et virides.*' J. F. Gronov.—

NOTÆ

[a] *M. Frontonem*] M. Fronto philosophiæ et eloquentiæ laude celebris Trajano imperante Consul creatus est anno Christi C. M. Antoninum principem habuit discipulum, qui merito in præceptorem amore ab Senatu petiit, ut statua Frontoni decerneretur.

rentes habent. Atque eam vocum inopiam in lingua magis Latina video, quam in Græca. 2. Quippe qui rufus color, a rubore quidem appellatus est: sed cum aliter rubeat ignis, aliter sanguis, aliter ostrum,[b] aliter crocum;[8] has singulas rufi varietates Latina oratio singulis propriisque vocabulis non demonstrat, omniaque ista significat una ruboris appellatione, cum tamen ex ipsis rebus vocabula colorum mutuetur;[c 9] et igneum aliquid dicit, et flammeum, et sanguineum, et croceum, et ostrinum, et aureum. Russus enim color et ruber nihil a vocabulo rufi differunt,[10] neque

[c] *Desumat.*

8 'Bene Carrio *crocum* ἀντὶ τοῦ *crocus*: et Rot. Regiusque confirmant. Sed videtur excidisse, *aliter aurum*, propter verba sequentia, 'et croceum et ostrinum et aureum.'' *Idem.*—9 'Scripti *mutuatur*, et ignorant τὸ *tamen*. Lege, *omniaque illa significat una ruboris appellatione; tantum ex ipsis rebus vocabula colorum mutuatur, et igneum aliquid dicit.*' Idem. Ascripsit Sciopp. '*tamen* abest. Et mox, *mutuatur* pro *mutuetur*.'—10 Vid. Not. Var. 'Salmasius ad Solinum p. 1155. ex veterum librorum auctoritate distinguendum ac legendum ait: *nihil a colore rufi differunt neque p. o. e. d. Ξανθὸς autem et ἐρυθρὸς et πυῤῥὸς et φοῖνιξ habere quasdam*: haud dubie properans et memoriæ nimis confisus: qui duo solennes morbi tantum virum sæpenumero peccare jusserunt. Nusquam in vett. lib. *a colore rufi differunt*, sed Reg. et Rott. *a vocabulo rufi dicuntur neque.* Lincoln. *nihil a vocabulo rufi dicunt neque.* Dein Regius: *ξανθὸς autem et ἐρυθρὸς et πυῤῥὸς et πυῤῥὸς et φοῖνιξ habere quasdam* sine τῷ *sed*: et hoc recte meminerat Salmasius. Rot. quoque licet hic mutilus: *ξανθος autem Gr. et φοινιξ habere quasdam.* Diximus τὸ *Gr.* notam esse Græci vocabuli aut plurium, quæ pingere supra captum librarii hujus esset. Sed ex istis colligimus Auctorem scripsisse: *Russus enim color et ruber nihil aliud vocabulo rufi dicunt; ut neque proprietates ejus omnes declarant: ξανθὸς autem et ἐρυθρὸς et πυῤῥὸς et κιῤῥὸς et φοῖνιξ habere quasdam distantias coloris rufi videntur.* Illud 'aliud vocabulo,' ut Horatius 'alium sapiente bonoque,' et 'alius Lysippo ducere ære.' Adjecimus *κιῤῥὸς*, neque enim frustra liber optimus *et πυρρος et πυρρος.* Hesychius: *κιῤῥὸν πῦρ, ἐρυθρὸν, ξανθόν.* Varinus Favorinus: Κιῤῥὸς, *κίτρινος*, Κιῤῥὸν εἶδος *χρώματος, τὸ κοινῶς κίτρινον.* Etiam hinc patet nulla veteris codicis auctoritate defendi illud *a vocabulo rubei*, quod e Gellio adducit vir doctus de lexicis pag. 37.' *J. F. Gronov.* 'Hinc igitur animadvertis perperam in editionem anni 1651. relatum esse *nihil a colore rufi*, quod et secuta fuit Thysiana. Dein scire oportet quinque ista vocabula Græca ex Regio codice exsignata fuisse nonnisi chirographo Salmasii: non Bourdelotii, non Lambecii, non fratris, non meo, a quibus illud alterum *et πυρρος* ignoratur; et vereor, ut ista repetitio manum Salmasii deceperit. Inspiciat codicem, cujus illa copia est. Ista *aliud vocabulo* vellem vera: sed omni vetustatis fide solam *a* præpositionem admittente cogimur dubitare, et cur non placuit *nihil a*

NOTÆ

[b] *Ostrum*] Ostrum proprie sanguis est muricis pisciculi marini expressus ad tingendas pretiosas lanas. Vulgo dicitur *Couleur de pourpre ou d'écarlate.*

proprietates ejus omnes declarant; ξανθὸς autem[11] et ἐρυθρὸς et πυῤῥὸς et φοῖνιξ[d] habere quasdam distantias[e] coloris rufi videntur, vel augentes eum, vel remittentes, vel mista quadam specie temperantes. Tum Fronto ad Favorinum, non inficias, inquit,[f] imus, quin lingua Græca, quam tu videre legisse,[12] prolixior fusiorque sit, quam nostra:[g] sed in iis tamen coloribus, quibus modo dixisti,[c] denominandis,[13] non proinde inopes sumus, ut tibi videmur. 3. Non enim hæc sunt sola vocabula rufum colorem demonstrantia, quæ tu modo dixisti, 'rufus' et 'ruber;'[14] sed alia quoque habemus plura quam quæ dicta[15] abs te Græca sunt: fulvus enim et flavus et rubidus et phœniceus et rutilus et luteus et spadix appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum quasi incendentes,[h][16] aut cum colore viridi miscen-

[d] *Flavus et ruber et igneus et puniceus.* [e] *Differentias.*
[f] *Non negamus, inquit.*
[g] *Græca lingua, quam apparet te didicisse, complectatur plura vocabula quam nostra.* [h] *Reddentes splendidiorem quasi inflammantes.*

---

vocabulo rufi ducunt, ut innuat literas priores *ru*, etsi in tribus vocibus sint eædem, non tamen indicare in eis aliquam cognationem?' *Jac. Gronov.* Sed hæc sententiæ Favorini repugnant, ac verbis: supra enim dixerat: 'Quippe qui rufus color a rubore quidem appellatus est.' Quomodo nunc cognationem vocabulorum *τῶν ruber, russus*, et *rufus* negare potuerit idem, non video. Ex illo itaque *dicunt* admodum verisimiliter facio *diducunt*, ut sententia sit: *Russus* et *ruber* nihil a vocabulo *rufi* ducunt in aliam atque aliam speciem, ut quidem in istis communis notio *τοῦ rufi* maneat, sed præterea tamen quædam differentiæ coloris *rufi* cernantur, vel augentes, vel remittentes, vel mista quadam specie temperantes. *Dicunt* autem extitisse videtur, quod librarii syllabam *du* in *diducunt*, propter similitudinem prioris, neglexerint, ut idem sæpe in aliis id genus verbis factum est.' *Otho.* Ascripsit Sciopp. *dicuntur.*—11 Vid. Not. Var. Ascripsit Sciopp. '*ξανθὸς autem.* Et mox *φοινικὸς habere*, pro *φοινικοῦς. sed habere.*' *ξανθὸς δὲ καὶ πυῤῥὸς καὶ ἐρυθρὸς καὶ φοινικός*: *sed habere* Delph.—12 Scribendum monet Fronto *quantum videor legisse.*—13 '*Modo dixisti designandis.* Repone ex Ms. Reg. pro *designandis, denominandis.*' Lambecius. Rott. quoque *denominandis*, et Fulvianus apud Muretum. Immo et Romana Venetaque edd. Ascripsit et Sciopp. Vulgatam habet Delph.—14 *Russus et ruber* ed. eadem.—15 '*Quam quæ producta.* Carrionis est *producta*: sed Mss. ut editi prius: *quæ dicta abs te.*' J. F. Gronov. *Producta* Lugd. Bat. Delph. et vet. ed. ap. Thys.—16 'Lege, *quasique incendentes*: vel, *et quasi incendentes.*' J. F. Gronov. 'Lenius erit *acuentes eumque sic incen-*

NOTÆ

[c] *Coloribus, quibus modo dixisti*] Id est, quos modo dixisti. Græca est locutio, qua relativum ponitur in casu antecedentis, modo sit genitivus aut dativus, etiamsi verbum sequens alium casum exigat.

tes, aut nigro infuscantes,[i] aut virenti sensim albo illuminantes. Nam phœniceus, quem tu Græce φοίνικα dixisti,[17] et rutilus, et spadix phoenicei συνώνυμος,[k] qui factus Græce noster est, exuberantiam splendoremque significant ruboris; quales [l] sunt fructus palmæ arboris non admodum Sole incocti,[m] unde spadici et phœniceo nomen est. 4. Spadica enim Dorici [18] vocant avulsum e palma termitem cum fructu. Fulvus autem videtur de rufo atque viridi mixtus in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habere: sicut poëta verborum diligentissimus [o] 'fulvam aquilam' dicit et 'iaspidem,' 'fulvos galeros,' 'fulvum aurum,' et 'arenam fulvam' et 'fulvum leonem;' sic Q. Ennius in annalibus [19] 'ære fulvo' dixit. 'Flavus' contra videtur ex viridi et rufo et albo concretus,[p] sic 'flaventes comæ,' et, quod mirari

[i] *Reddentes obscuriorem.* [k] *Idem significat quod Phœniceus.*
[l] *Qualis coloris.* [m] *Immaturi.* [n] *Ramum.*
[o] *Verborum diligentissimus observator Virgilius.* [p] *Factus.*



dentes. Sed quid animadverto amplius in hoc loco contigisse, quod miror præteritum. Nam cum Vascosanus in Ascensiana dedisset *aut acuentes eum, quasi incendentes, aut cum colore viridi miscentes, aut nigro infuscantes, aut virenti sensim albo illuminantes,* quomodo et postea Stephanus exhibuit et alii; tum Parisina 1584. tantum retinuit *aut acuentes eum, quasi incendentes, aut cum virenti sensim albo illuminantes.* Nec e Regia membrana quicquam annotavi, sed nec isti, qui pleniorem copiam verborum cum illa comparaverunt. Certe etiam ab Rottendorff. abfuisse video annotari voces illas *aut nigro inf. aut ver. s. al. illuminantes,* quæ tamen lecta sunt in codice Schefferi, egoque ista uberiora in Oxoniensibus Mss. legi, ut non oporteat turbari.' *Jac. Gronov.*—17 '*Quem tu Græce φοινικοῦν dixisti.* Reg. et Fulvianus: φοίνικα, ut supra φοῖνιξ pro φοινικοῦς. Quod junctim sequitur, *noster est,* ejurant scripti: mox iidem *exuperantiam* pro *exuberantiam* et *significant* pro *significat;* denique *spadici* et *phœniceo* pro *spadicis* et *phœnicei.* Præterea *factus Græce noster* nullo sensu dicitur. Quibus omnibus diligenter exactis sedit rescribendum esse: *Nam phœniceus, quem tu Græce φοίνικα dixisti, et rutilus et spadix phœnicei συνώνυμος, qui factus e Græco noster est, exuperantiam splendoremque significant ruboris; quales sunt fructus palmæ arboris non admodum Sole incocti, unde spadici et phœniceo nomen est.*' J. F. Gronov. Vulgatas lectiones dant omnino Delph. Lugd. Bat. *Spadici et phœniceo* ascripsit Sciopp.—18 'Salmasius legit, *Dores.* Sed veteres edd. *Dorici.*' Thys.—19 *Sic Q. Ennius in Annalibus.* Ita scribit anno 1595. Paul. Merula se emendare ad fragmenta Ennii pag. IↃCIII. (ubi etiam *ære fulva* ut scribatur exigit, prout etiam G. J. Vossius in Arte Grammatica lib. III. cap. 26.) cum Salmasius ascripserit *ære fulvo;* cum anno 1585. jam edidisset ita Henr. Stephanus. Sed nullus id probat codex vetus; ibi enim probatur vulgatum *sicque Ennius.* Et sane videntur in eo momentum afferre præcedentia 'Sic poëta verb. dil.' quod plane est in Regio, ubi Stephanus edidit *sicut,* ut opinor, contra Msstos meliores. Nam in aliis scio ita esse. Mihi quidem videtur probatio et ipse sermo melius ita procedere.'

quosdam video, 'frondes olearum' a Virgilio dicuntur 'flavæ.' Sic multo ante Pacuvius 'aquam flavam' dixit, et 'flavum pulverem;'[20] cujus versus, quoniam sunt jucundissimi, libens commemini:

'Cedo tamen[1] pedem lymphis flavis: flavum ut pulverem
Manibus isdem, quibus Ulyssi sæpe permulsi, abluam;
Lassitudinemque minuam[2] manuum mollitudine.'[q] [3]

5. 'Rubidus' autem est rufus atrior et nigrore[r] multo inustus.[4] 'Luteus' contra rufus color est dilutior;[5] unde ei nomen quoque esse factum videtur. Non ergo, inquit, mi Favorine,[6] species rufi coloris plures apud Græcos, quam apud nos nominantur. Sed ne viridis quidem color pluribus a vobis vocabulis dicitur.[7] Neque non potuit Virgilius, colorem equi significare viridem volens, cœruleum ma-

[q] *Permitte pedem tuum lavari aquis flavis, ut abstergam pulverem flavum iisdem manibus, quibus leniter attrectavi pedes Ulyssis, et minuam lassitudinem permulcendo manibus meis tuos pedes.* [r] *Nigro colore.*

Jac. Gronov.—20 'Reg. et Rott. *fulvum pulverem*, cum in ipsis versibus legat uterque *favum*.' Idem.—1 Ascripsit Sciopp. '*Cedo tum*. f. *tu*.'—2 Idem ascripsit *Minuamque lassit.*—3 'Ita Badius et Aldus. Antiquissima Veneta, nullo sensu, *multitudine*.' Thys.—4 '*Rufus atrore et nigrore multo mixtus.* Gebhardus e Pal. offert *atriore nigrore et multo mixtus*, I. Antiq. 10. Fulvianus, Lincoln. Reg. et Rot. *Rubidus autem est rufus atrior et nigrore multo inustus.* Forsan, ut 'inustæ maculæ,' 'inusta stigmata.' 'Panis rubidus,' 'ampulla rubida' apud Plautum et Festum.' *J. F. Gronov.* 'Puto codices indicare *immistum*, quod librarii per simplex *m* scripserant, unde istud *inustum* provenerit. At nimis longe petita videtur tralatio, si velis hic verbum *inustus* in contextum recipere, quod tamen fecere, non id reputantes facinus audax. Non eadem ratione dicere possumus, 'color aliquis nigrore inustus est,' qua dicunt auctores, 'fronti stigmata inurere,' et inde tralate 'alicui maculam, ignominiam inurere.' *Otho.* '*Atrior*. Ita in margine Gelliani codicis ascriptum: vulgo, *atrore et nigrore*, male, atror enim et nigror idem denotant.' *Thys.* *Atrore et nigrore multo mixtus* Delph.—5 '*Luteus contra rufus color est dilucidior*. Rot. et Regius, *dilucio*. Nempe *dilutior*, ut Salmasius ad Solin. p. 256. post Gebhardum tamen I. Antiq. 10. hic quoque post Muretum, qui ex Fulviano id profert. Neque aliter Lincolniensis. Statim iidem codices tres *unde ei quoque nomen*, non *ejus*. Ut paulo ante 'spadici et pœniceo nomen.'' *J. F. Gronov.* *Unde ei* ascripsit Sciopp. *Unde ejus quoque nomen* Delph.—6 Reg. et Rot. *Non igitur, inquit, Favorine.*—7 '*Pluribus ab illis, quam a nobis, vocabulis*. In Reg. Rot. Lincoln. non apparent *ab illis quam*. Has tres voculas inseruerunt rudi illa emendandi ratione, qui cum haberent *pluribus a nobis*, non viderent τὸ *nobis* corruptum esse ex *vobis*. Sic enim tres illi spectati libri: *Sed ne viridis quidem color pluribus a vobis vocabulis dicitur. A vobis*, id est, a Græcis, quorum tu personam sustines et causam agis.' *J.*

gis dicere equum quam glaucum:[s] sed maluit verbo uti notiore Græco, quam inusitato Latino. Nostris autem veteribus[8] cœsia dicta est, quæ a Græcis γλαυκῶπις,[t d] ut Nigidius[e] ait, de colore cœli, quasi cœlia. 6. Postquam hæc Fronto dixit, tum Favorinus scientiam rerum uberem, verborumque ejus elegantiam exosculatus,[u] Absque te, inquit, uno forsitan lingua profecto[9] Græca longe anteisset: sed tu, mi Fronto, quod in versu Homerico est, id facis;

Καί νύ κεν ἢ παρέλασσας[10] ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας.[x f]

7. Sed cum omnia libens audivi, quæ peritissime dixisti, tum maxime quod varietatem flavi coloris enarrasti, fecistique ut intelligerem verba illa ex annali quartodecimo Ennii amœnissima, quæ minime intelligebam:

[s] *Et Virgilius volens significare colorem equi viridem potuit dicere cæruleum potius quam glaucum.* [t] *Habens oculos cæsios.* [u] *Blande approbans.*
[x] *Et victoriam propter virtutem tuam incertam reddidisti.*



F. Gronov. *Pluribus ab illis quam a nobis* Lugd. Bat. Delph.—8 '*Nostris autem Latinis veteribus.* Ocyus dele τὸ *Latinis*, quod mala manus interposuit, neque est in Reg. aut Rott. aut Fulviano.' *J. F. Gronov.*—9 'Suspicor scripsisse Auctorem: *Absque te, inquit, uno foret, lingua profecto Græca longe anteisset.* Neque enim in hac formula verbum omittunt. Terentius Phormione: 'Absque te esset, recte ego vidissem mihi.' Persa: 'Absque me foret et meo præsidio, hic faceret te prostibilem propediem.' *J. F. Gronov.* 'Admodum placet. Addo, quod malim: *Absque te, inquit, uno foret, Latinæ linguæ profecto Græca longe anteisset*: ut videantur reliquæ literæ τοῦ *forsitan* compendium fuisse scripturæ, quo *Latinæ* indicarent. Sed hæc suo cuique arbitrio relicta sunto.' *Otho.*—10 'Καὶ νίκην ἐπ' ἀρετῇ. Ex Homero hausit Iliados ψ versu 382. Καί νύ κεν ἢ παρέλασσ' ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν. Sed paululum inflexit scribendo παρέλασσας et ἔθηκας. Prorsus enim sic codex Regius: Καί νυ κεν ἢ παρέλασσας ἢ ἀμφήριστον ἔθηκας. Quod suspicatus etiam fuerat Stephanus. Nam *facis* a Carrione nostri confirmant, nec necesse est *fecisti*.' J. F. Gronov. 'Itaque apparet vanitas Proustei, qui ex indicio prorsus Thysii scribit: 'fortasse alluserit Favorinus ad hunc versum Homericum.' Non enim debuerat dicere 'fortasse,' ubi inspectio codicis fidelissimi, servati in Regia bibliotheca, hoc est, loco, cui ipse proximus vivit, omnem ambiguitatem præcidit.'

NOTÆ

[d] Γλαυκῶπις] Minerva γλαυκῶπις a cœruleo colore oculorum sæpissime vocatur ab Homero.

[e] *Nigidius*] Vide Notas in cap. 22. hujus libri.

[f] Καί νύ κεν [Καὶ νίκην, *&c.*] Hujus versiculi numerus non constat, neque apud Homerum reperitur: fortasse alluserit Favorinus ad hunc versum Homericum: Καί νύ κεν ἢ παρέλασσεν, ἢ ἀμφήριστον ἔθηκεν. 'Et quidem aut prævertisset, aut dubium fecisset certamen.'

'Verrunt extemplo placide mare [11] marmore flavo: [12]
Cœruleum spumat mare conferta rate pulsum.' [y] [13]

Non enim videbatur cœruleum mare cum marmore flavo convenire. Sed cum sit, ita ut dixisti, flavus color viridi et albo mixtus,[14] pulcherrime prorsus spumas virentis maris flavum marmor appellavit.[15]

[y] *Statim tranquille pulsant mare quod simile est marmori subviridi. Mare subviride spumescit divisum multis navibus.*

Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. ἐπ' ἄρελ. Vid. inf. et Not. Var.—11 Ascripsit Sciopp. '*mane:* et in altero versu *mare* subnotatum est.'—12 Idem ascripsit, 'f. *marmor flavom.*'—13 'Nonnulli hunc versum ita legunt, *Cœruleum spumat sale conserta rate pulsum,* | *Per mare* .... 'Conserta,' id est, connexa, collisa.' Thys.—14 'Reg. et Rott. *colore.* Fac: *flavus color e viridi et albo mixtus.*' J. F. Gronov.—15 '*Spumas virentis maris flavo marmore appellavit.* Reg. et Rot. *spuma virentis maris flavo marmor appellavit.* Vatic. *flavum marmor.* Lege: *spumam virentis maris flavum marmor appellavit.*' Idem. Ascripsit Sciopp. 'v. c. *flavom marmor.* f. *flavom.*' *Flavo marmore* Delph.

CAP. XXVII.

Quid T. Castricius existimaverit super Sallustii verbis et Demosthenis; quibus alter Philippum descripsit, alter Sertorium.

VERBA sunt hæc gravia atque illustria de rege Philippo [a] Demosthenis: ἑώρων δ' αὐτὸν [a] Φίλιππον, πρὸς ὃν ἡμῖν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον, πᾶν ὅτι ἂν βουληθῇ

[a] *Videbam vero ipsum Philippum, cum quo nobis contentio est de imperio et principatu, oculo effosso, humero fracto, manu et crure vulneratum, omnem quam voluisset partem corporis fortuna auferre, eam offerentem, ut per reliquam vitam cum honore et gloria viveret.*

NOTÆ

[a] *Philippo*] Philippus Macedo Alexandri Magni parens annos natus XXIV. regnare cœpit in Macedonia. Methonam urbem Thraciæ obsidens altero oculo privatus est. Aliquot præliis pro communi Græciæ salute feliciter perfunctus, cum tyrannidem usurpare conaretur, Demosthenem expertus est acerrimum adversarium. Dux Græcorum adversus Persas publicis suffragiis renuntiatus, in ipsa ludorum celebritate a Pausania corporis sui stipatore occisus est Olymp. CXI. anno ante Christum CCCXXXVI. *Diodor. Justin.*

μέρος ἡ τύχῃ τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον, ὥστε τὸ λοιπὸν μετὰ τιμῆς καὶ δόξης ζῆν. Hæc æmulari [b] volens Sallustius de Sertorio [a] duce in historiis ita scripsit: 'Magna gloria tribunus militum [16] in Hispania T. Didio imperatore,[17] magno usu [18] bello Marsico,[c] paratu militum et armorum fuit: multaque tum ductu ejus curata,[19] primo per ignobilitatem,[20] deinde per invidiam scriptorum celata sunt:[1] quæ

[b] *Imitari.* [c] *Apparatu.*

16 'Vulgo *tribus milibus*, etiam in antiquissima Veneta editione. Error inde profluxit, quod scriptum *trib. mil.* pro quo librarii substituerunt, *tribus milibus*.' Thysius. 'Reg. et Rottend. plene *tribus milibus;* unde vide, an non habuerit *tribunus militans*. Sic enim qui loquitur, satis intelligitur, quem tribunum dicat. Ceterum in uno codicum Oxoniensium vidi plane *Imperatore*.' Jac. Gronov.—17 *T. Didio imperante.* Sic et Rott. Lincoln. Regiusque. Fulvianus *imperatore*. Ad verba 'in Hispania' ascripsit Sciopp. 'f. *Imper.* et mox verbum *imperante* est subnotatum.' '*Didio Imperatore.* Ita legendum, non, *imperante*, multo minus, *T. Didius Imperator*.' Thys.—18 'Quia Rott. et Lincoln. *usi*, suspicor fuisse *magno usui*.' J. F. Gronov.—19 'Ita in Ms. vulgo, *quæ rapta*, nullo fere sensu: nisi *rapta* sive arrepta, id est, incuriose scripta fuisse ab ignobilibus scriptoribus velit Auctor noster. Quid si totum locum ita legamus? *multaque tum ductu ejus curata, quæ raptim primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum celebrata sunt.* Ut innuat Auctor noster, egregia ejus facinora vel ab ignobilibus scriptoribus obiter memoriæ tradita fuisse, vel per invidiam ita non celebrata fuisse, ut virtus ejus merebatur.' *Thys.* 'In quo Ms. legatur istud *curata*, nequeo scire, et dixerit hoc ille. Verum Bourdelotius scripsit in margine tam *St. cærata*, quam *St. celata*, quo innuit utrumque esse in editione Stephani, ex arbitrio suo sic reponentis, cum in omnibus, qui inspecti huc usque sunt, libris Mss. extet *que rapta* et *celebrata*. Nec vel alterutrum turbo. Sed cum adeo firmi in sua lectione sint codices veteres, vide an non velint *ductu ejus bene acta primo, &c. invidiam scriptorum incelebrata.* Hæc enim composita creberrime adhibita displicuerunt posterioribus librariis et mox editoribus. Dein pergo: *sicut quibus faciem suam ostentabat.* Advertis enim, quomodo habeant in hoc loco libri antiqui.' *Jac. Gronov.* '*Cærata.* Ante legebatur *quæ rapta*.' Sciopp.—20 Idem ascripsit, 'f. *per nobilitatem*.'—1 '*Celata sunt.* Ita Ciacconius correxit. Et in margine Vossiani Codicis ita scriptum a Bourdelotio, qui cum

NOTÆ

[a] *Sertorio*] Q. Sertorius primum orator, tum dux egregius extitit, adeo ut Romanus Annibal ab Hispanis diceretur. In petitione magistratus repulsam passus a Sylla, Marii partes secutus bellum in Hispania contra Syllæ exercitum aliquot annos sustinuit publicæ libertatis causam præferens. Suorum perfidia occisus est in convivio an. U. C. DCLXXXI. ante Christum LXXIII. *Plutarchus, &c.*

[c] *Bello Marsico*] Marsi Italiæ populi sperato civitatis jure frustrati a populo Romano cum plerisque Italiæ populis defecerunt, unde et id bellum Marsicum seu Sociale dictum est: dubio Marte aliquamdiu pugnatum est, donec de iis omnino devictis triumphavit Cn. Pompeius Strabo Consul anno U. C. DCLXV. ante Christum LXXXIX. *Florus, &c.*

eminus facie sua ostentabat,[2] aliquot adversis cicatricibus et effosso oculo.[d] Quo ille dehonestamento[e] corporis maxime lætabatur: neque illis anxius, quia reliqua gloriosius retinebat.' 2. De utriusque his verbis T. Castricius cum pensitaret,[f][3] Nonne, inquit, ultra naturæ modum humanæ est dehonestamento corporis lætari? siquidem lætitia dicitur exultatio quædam animi cum gaudio efferventiore[g] rerum expetitarum.[4] Quanto illud sincerius et magis rationibus conveniens?[5] πᾶν ὅτι[6] ἂν βουληθῇ μέρος ἡ τύχη τοῦ σώματος παρελέσθαι, τοῦτο προϊέμενον.[h] Quibus verbis, inquit, ostenditur Philippus, non, ut Sertorius, corporis dehonestamento lætus, quod est, inquit, insolens et immodicum;[i] sed, præ studio laudis et honoris, jacturarum damnorumque corporis contemtor, qui singulos artus suos fortunæ producendos[7] daret quæstu atque compendio gloriarum.[k][8]

[d] *Signis vulnerum acceptorum in anteriore corporis parte.*
[e] *Vitio.* [f] *Cogitaret attentius.* [g] *Vehementiore.*
[h] *Omnem quam vellet fortuna partem corporis auferre, eam offerentem.*
[i] *Extraordinarium et immoderatum.*
[k] *Qui ad acquirendam sibi gloriam vellet omnia sua membra fortunæ immolari.*

duobus Regiis Mss. et uno Frederici Morelli Agellium contulerat. Justus Lipsius in Epistolicis hanc scripturam defendit, *per invidiam proscriptorum celebrata sunt.*' Thys. Lipsium sequitur J. F. Gronov.—2 Romana: *Cominus faciem suam ostentabant.* Ven. *Cominus faciem suam ostendebant.* Aldus: *quæ eminus faciem suam ostentabant.* Reg. et Rot. *quæ vivus faciem suam ostentabat.* Lipsius: *Cominus faciem suam ostentabat.* Ascripsit Sciopp. *quæ vivus faciem suam.* Nostram lect. probat Thys.—3 Reg. et Rot. *cum judicaret.*—4 '*Cum gaudio efferventiore eventu rerum expetitarum.* Ro. *animi gaudio efferventiore eventu rerum expetitarum.* Aldus addidit τὸ *cum.* Carrio detraxit τὸ *eventu.* Rot. *animi gaudio efferventiore eventum.* Reg. *animi gaudio efferventior eventum.* Scribe: *Læticia dicitur exultatio animi gaudio efferventis ob eventum rerum expetitarum.*' J. F. Gronov. Vet. ed. ap. Thys. *eventu rerum exp.*—5 '*Sincerius et humanis magis rationibus conveniens.* Sic Carrio, cum fuisset, *et humanius magisque omnibus conveniens.* Scripti: *sinceriusque et humanis magis communibus conveniens.* Lege: *quanto illud sinceriusque et humanis magis conditionibus conveniens.*' J. F. Gronov. Venet. ed. *humanius magisque omnibus conveniens.*—6 Bip. Delph. J. F. Gronov. *ὅ, τι.* et ita sup.—7 '*Producendos.* Ita antiquissima Ven. Edit. Aldina et Badiana *prodigendos.* Adnotatum invenio in margine Codicis Gelliani, *prodendos, prodendum iret.*' Thys. '*Fortunæ producendos daret.* Sic quidem libri, sed id significat haud dubie *prodigendos*, ut Aldus, Badius, Gryphius jam reddiderunt. Juvat Lincoln. qui *prodicendos.*' J. F. Gronov. Malit Falster. *præcidendos.*—8 'Rott. et Reg. *atque compendio atque gloriarum.* Lege, *quæstu atque compendio auctuque gloriarum.*' J. F. Gronov.

CAP. XXVIII.

Non esse compertum cui Deo rem divinam fieri oporteat, cum terra movet.[a] [9]

QUÆNAM esse causa videatur, quamobrem terræ tremores [10] fiant, non modo his communibus hominum sensibus opinionibusque compertum non est,[11] sed ne inter physicas quidem philosophias [*] [12] satis constitit, ventorumne vi ac-

[a] *Non esse exploratum cui Deo oporteat sacrificari, quando terra tremit.*

9 '*Oporteat cum terra movet.* Sic fecit Carrio, quod erat satis inepte: *cum terra movetur viribus.* Accipimus, quod dedit I. Emend. 11. sed hoc amplius censemus Gellium scripsisse: *cum terra movit.*' J. F. Gronov. *Movetur viribus* antiquissima Veneta ed.—10 '*Terræ tremores.* Ita Salmasius. In omnibus libris scriptum erat, *terræ mores*, unde rescripserunt *terræ motus.* Promtum erat legere *terræ tremores.* Obstare tamen Salmasio videtur, quod terræ motus generalius vocabulum tremorem pulsumque terræ tanquam species comprehendat.' *Thys.* 'Tanquam non mox in hoc ipso capite, ubi Gellius præmisit 'ubi terram movisse senserant,' deinde reddat, 'per quem Deorum Dearumve terra tremeret.'' *Jac. Gronov.* 'Reg. et Rott. *terræ mores.* Lege, *terræ tremores*, ut præcepit Salmasius.' *J. F. Gronov.* *Terræmotus* Delph.—11 Reg. Lincoln. Rott. ablegant τὰ *non est.* Vid. Not. Var.—12 Conjicit Thys. *physicos quidem philosophos.*—13 'Reg. et Rott. *pulsibusque*

NOTÆ

[*] *Sed ne inter physicas quidem philosophias*] Mirum quam in varias de causis terræ motuum opiniones abierint philosophi. Thales, ut rerum omnium primordia in aquis constituebat, ita censebat ex eo moveri terram, quod hæc quasi navigium aquis innataret, et tremeret vi tempestatis. Hujus sententiæ falsitatem revincit gravitas terræ, quæ in centro mundi sita est, adeoque, cum gravior sit, aquis innatare non potest. Censuit Democritus aquam pluviam, cum subterraneos specus subiit, iisque non potest contineri, vi repulsam motum facere. Somnia. Cur enim allisæ multo vehementius ad littora æstuantis oceani aquæ terram singulis diebus non moverent? Lucretius lib. VI. hanc affert causam: 'Terra superna tremit magnis concussa ruinis Subter, ubi ingentes speluncas subruit ætas: Quippe cadunt toti montes, magnoque repente Concussu late discerpunt inde tremores: Et merito, quoniam plaustris concussa tremiscunt Tecta viam propter non magno pondere tota.' Verum, ut id aliquando possit accidere, certe nemo jam dixerit unicam esse terræ motuum causam, alioqui semper deberet ibi subsidere terra, ubi tremuit. Statuit Aristoteles lib. II. Meteor. cap. 7. commoveri terram, cum terræ visceribus inclusus spiritus foras erumpere nititur. Si enim ventus in aëre patenti sæpe convellit arbores et turres dejicit, quid non efficiat angustis quibusdam claustris coërcitus? Porro cum gignantur illi spiritus

cidant specus hiatusque terræ subeuntium, an aquarum subter in terrarum cavis undantium fluctibus pulsibusque,[b] [13] ita uti videntur existimasse antiquissimi Græcorum, qui Neptunum[b] ἐννοσίγαιον καὶ[14] σεισίχθονα[c] appellaverunt, an cujus aliæ rei causa, alteriusve Dei vi ac numine, nondum etiam, sicut diximus, pro certo creditum. 2. Propterea veteres Romani, cum in omnibus aliis vitæ officiis,[15] tum in constituendis religionibus, atque in Diis immortalibus animadvertendis, castissimi cautissimique,[d] ubi terram movisse[e] senserant, nuntiatumve erat, ferias ejus rei causa edicto imperabant;[f] sed Dei nomen, ita uti solet, cui servari ferias oporteret, statuere et edicere quiescebant;[g] ne, alium pro alio nominando, falsa religione populum alligarent. Eas ferias si quis polluisset,[h] piaculoque[i] ob hanc rem opus esset,[16] hostiam, SI. DEO. SI. DEÆ.[c] im-

[b] *Non satis certum est, an contingant propter violentiam ventorum qui sese insinuant in antra terræ concava.* [c] *Terræ concussorem.*

[d] *Rituum observantissimi in decernendis cærimoniis atque in notandis rebus quæ spectant Deos.*

[e] *Tremuisse.* [f] *Propter eam rem decreto indicebant dies festos.*

[g] *Omittebant.* [h] *Opus faciendo violasset.* [i] *Sacrificio.*

fluctibusque. Scribe *pulsibus fluctibusque.*' J. F. Gronov.—14 Regius ignorat *ἐννοσίγαιον καί*. Vat. *unum ἐνοσίχθονα.*—15 Scripti *in omnibus vitæ officiis aliis.* —16 '*Piaculoque ob hanc rem opus esset.* Lipsii conjectura certa, cum scripti et editi *remotus esset.* *Si Deo, si Deæ* non modo scriptorum, sed et Romanæ, Venetæ, Aldinæ, Badianæ editionum est. In Gryphiana, *sive Deo, sive Deæ:* quod corrigendum monnit Carrio. Ceterum pro *immolabat*, Rot. et Regius *immolabant.* Recte: nam τὸ 'si quis' pro collectivo est.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

terra a Sole calefacta, tum ab ignibus subterraneis excitantur. Omnino enim ut tormentarius pulvis admoto igne firmissimas arces concutit ac disturbat, sic incensa exhalatio mirum in modum rarescit, et exitu frustra quæsito vel in se revolvitur, vel dum foras contendit prodire, terram concutit.

[b] *Neptunum*] Hic Saturni et Opis filius, ut poëtæ fingunt, Deus maris extitit. Regiæ classis præfectura maris illi numen peperit apud stultam antiquitatem.

[c] SI. DEO. SI. DEÆ] Ejusmodi preces concipi solebant cum incertum erat, a quo Deo sperandum esset auxilium. Valerius ut galeæ suæ insidentem corvum vidit, dum contra Gallum pugnaret, 'precatus, si Divus si Diva esset qui sibi præpetem misisset, volens propitius adesset.' Livius I. Decad. lib. VII.

moliebat, idque ita ex decreto pontificum observatum esse M. Varro dicit: quoniam et qua vi, et per quem Deorum Dearumve terra tremeret incertum esset. 3. Sed de Lunæ Solisque defectionibus,[k] [17] non minus [18] in ejus rei causa reperienda sese exercuerunt. Quippe M. Cato, vir in cognoscendis rebus multi studii, incerta tamen et incuriosa [l] [19] super ea re opinatus est. Verba Catonis ex Originum quarto hæc sunt: 'Non libet [20] scribere quod in tabula apud pontificem maximum est, quotiens annona [d] cara,[m] quotiens Lunæ aut Solis lumini caligo aut quid obstiterit.' Usque adeo parvifecit rationes veras Solis et Lunæ deficientium [n] vel scire vel dicere.

[k] *Eclipsi.* [l] *Minime curiosa.*
[m] *Quoties res frumentaria magno pretio constiterit.*
[n] *Patientium eclipsim.*

Ascripsit Sciopp. 'prius erat *rem remotus.* v. c. *rem motus.*'—17 '*Sed de Lunæ motibus Solisque defectibus.* Tolle τὸ *motibus*, cui locus hic nullus, et scribe cum Reg. et Rott. *Sed de Lunæ Solisque defectionibus.*' J. F. Gronov. 'Postremam quidem vocem habuerunt jam editiones ante Stephanum, qui solus ita levis fuit, ut ederet *defectibus.*' Jac. Gronov. *Motibus* delendum censet Thys. *Motibus Solisque defectibus* Delph.—18 Ascripsit Sciopp. *non nimis.*—19 Reg. et Rot. *incuriose.*—20 'Reg. *non jubet*, ut apparet pro *lubet.*' Jac. Gronov. *Lubet* ascripsit Sciopp.

NOTÆ

[d] *Annona*] Sic dicitur res frumentaria, quæ in annuum victum comparatur.

CAP. XXIX.

Apologus Æsopi Phrygis memoratu non inutilis.

ÆSOPUS[a] ille e Phrygia [b] fabulator [a] haud immerito sa-

[a] *Ille ortus e Phrygia scriptor fabularum.*

NOTÆ

[a] *Æsopus*] Vir servili conditione, ingenio nobilissimo, primus philosophari ridendo instituit. E servo factus liber, a Delphis occisus est Olympiade LIV. scilicet an. ante Christum DLXIV. Eum floruisse ait Thysius Batavus interpres Olymp. XL. et a Delphensibus interfectum Olymp. L. quo tandem auctore? Certe Diogenes Laërtius in vita Chilonis tradit

piens existimatus est; cum quæ utilia monitu, suasuque erant,[b] non severe, non imperiose[1] præcepit et censuit, ut philosophis mos est, sed festivos delectabilesque apologos commentus, res salubriter ac prospicienter animadversas in mentes animosque hominum cum audiendi quadam illecebra induit.[c] [2] Velut hæc ejus fabula de aviculæ nidulo lepide atque jucunde præmonet, spem fiduciamque rerum, quas efficere quis possit, haud unquam in alio, sed in semetipso habendam. Avicula, inquit, est parva. 2. Nomen est cassita. Habitat[3] nidulaturque[d] in segetibus, id ferme temporis, ut appetit[4] messis, pullis jam jam plumantibus.[e] Ea cassita in sementes forte congesserat[5] tempestiviores.[f] Propterea frumentis flavescentibus[6] pulli etiam tunc involucres erant.[g] Cum igitur ipsa iret cibum pullis quæsitum, monet eos, ut, si quid ibi rei novæ fieret[7] diceretur ve, animadverterent, idque uti sibi,

[b] *Quæ poterant utiliter moneri et suaderi.*
[c] *Fabulas fingens cum quibusdam audiendi illecebris, induxit in mentem et in animum hominum res quas utiliter et prudenter annotaverat.*
[d] *Nidum construit.*
[e] *Ut tempus messis immineat, cum pulli incipiunt habere plumas.*
[f] *Se receperat in messem citius solito secandam.* [g] *Pennis carebant.*

1 Reg. et Rott. cum Fulviano: *neque imperiose.*—2 Vulgo *induxit.* *Induit* probat Carolus. 'At Pricæus ad Apuleii Apolog. p. 186. legebat *induxit*, ut notat. Sed id cum jam olim adscivissent edd. nonnullæ, Lips. vocavit corrumpere ad Tacit. xv. An. 45.' *Jac. Gron.*—3 'Schegkius dicit in suo cod. reperiri *habet.*' Thys. '*Habitat nidulaturque.* Sic omnes nostri. *Habet* Schegkiinus quam.' *J. F. Gron.* *Habet* bene et eleganter legere Schegkium censet Carolus, qui locum citat *habitat nidulatus in s.*—4 Legitur in antiquis edd. *appetat.*—5 *Congesserat* emendavit Schegkius, probante Carolo: vulgo legebatur *concesserat*, et apud Badium *consederat.*—6 Reg. *flaventibus.*—7 '*Si quid ibi rei novæ fieret.* Nimis hoc durum atque coactum. Malim cum Ms. R. *si quid interea novi fieret.* Vereor tamen, ne pro *interea interibi* scriptum fuerit a Gellio, quæ vox et ad veterem scripturam propius accedit, et similiter occurrit lib. IX. cap. 2. *interibi, cum aliquot, &c.*' Lambecius. '*Si quid ibi rei novæ fieret*] Ita Rot. E Regio notatum *si quid interea novi fieret.* Neutrum integrum censeo, sed, *si quid interibi rei novæ fieret.* Plautus Captivis: 'vos lavate interibi.' Et sæpe.

NOTÆ

Æsopum Olymp. LII. claruisse, a Delphis autem occisum LIV. Eusebius et Suidas testantur. Æsopi fabulas ad centum quinquaginta collegit Maximus Planudes Monachus Constantinopolitanus non multo ante tres ætates, multaque de suo addidit.

[b] *Phrygia*] Asiæ Minoris regio, nunc *Germian* dicitur.

ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea segetum illarum filium adolescentem vocat: et, Videsne, inquit, hæc ematuruisse, et manus jam postulare?[h] idcirco die crastini, ubi primum diluculabit,[i] fac amicos adeas, et roges veniant,[8] operamque mutuam dent, et messem hanc nobis adjuvent.[k] 3. Hæc ubi ille dixit, discessit.[9] Atque, ubi rediit cassita, pulli trepiduli circumstrepere, orareque matrem ut jam statim properet, atque alium in locum sese asportet:[10] nam dominus, inquiunt, misit qui amicos rogaret,[11] uti luce oriente veniant et metant. Mater jubet eos animo otioso esse:[l][12] si enim dominus, inquit, messem[13] ad amicos rejicit, crastino seges non metetur; neque necesse est, hodie uti vos auferam. Die igitur postero mater in pabulum volat: dominus, quos rogaverat, opperitur.[m] Sol fervit[n] et fit nihil: et amici nulli erant.[14] Tum ille rursum ad filium, Amici isti, inquit, magnam partem[15] cessatores[o] sunt.

[h] *Poscere nostram operam.* [i] *Bene mane.* [k] *Nos adjuvent metentes.* [l] *Timoris expertes esse.* [m] *Expectat.* [n] *Ardet.* [o] *Inertes.*



Noster III. 7.' *J. F. Gronov.* 'Quid ejus rei sit, sicut nescio, ita testor in Regio codice non extare præter *si quid ibi rei novæ*. Sic Salmasius, Bourdelotius, ego, frater legimus. Sed Lambecius exemplari suo ascripsit pro subnotatis *ibi rei*, etiam diphthongo in τῷ *novæ* in margine *I interea*, et addit literam *f*, quam cum scriberet, intellexit 'fortasse.' At ipse postea insulse et inique retulit in ipsum vetus Ms. In hoc testor me hærere, unde Thysius etiam sustinuerit scribere pro *rei novæ* Ms. R. *Novi*.' Jac. Gronov.—8 'Dulcissimum mihi accidit, quod notavi e Regio libro *fac amicos eas et roges veniant*, cujus sapor cum non bene perveniret ad vulgares librarios, accusativum inepte adjuvare voluerunt.' *Idem.*—9 Reg. et Rot. *dixit, et discessit*. 'Sed quid fiat τοῖς *dixit et?* Fortassis *dixerat*.' Otho.—10 'Quinque membranacei: *properet inque alium locum sese asportet*.' J. F. Gronov.—11 Rot. et Fulvianus *roget*.—12 '*Jubet eos a metu otiosos esse*. Rottendorfianus *a motu*; sed *jubet eos animo otioso esse* Fulvianum Muretus olim, Reginmque habere nuper prodidit Lambecius. Placet admodum, et sumsit a Terentio Andr. v. 2. 'Animo jam nunc otioso esse impero.' Nihil aliud volunt ambo, nisi quod post paulo dicit Noster, 'sine metu et sine cura esse.'' *J. F. Gronov.* *A metu otiosos esse* Delph. Lugd. Bat.—13 Aldina et Badiana ed. *messium*: ita et Lincoln. *messim* Rot.—14 Reg. Lincoln. Rot. *et fit nihil et dies et amici*. Scribimus: *Sol fervit, et fit nihil: it dies et amici nulli erant*. Hoc posterius membrum quasi exegesis est præcedentis. Fulvianus quoque: *et fit nihil et dies amici*. Unde Muretus fere, ut nos.' *J. F. Gronov.*—15 Editum antehac, *magnam in partem*. Scripti: *Amici isti magnam partem, inquit, cessatores sunt. Quin potius imus et cognatos adfines vicinosque nostros oramus*. Illud *Quam potius* Carrionis. *Quin potius imus*, ut nostri scripti et editi, est, Cur non potius

4. Quam[p] potius imus, et cognatos affinesque et vicinos nostros oramus, ut adsint cras tempori ad metendum. Itidem hoc pulli pavefacti[q] matri nuntiant. Mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint: cognatos affinesque nullos ferme tam esse obsequibiles, ut ad laborem capessendum nihil contentur,[r][16] et statim dicto obediant. Vos modo, inquit, advertite, si modo quid denuo dicetur. Alia luce[s] orta avis in pastum profecta est. Cognati et affines operam quam dare rogati sunt supersederunt.[t][17] Ad postremum igitur dominus filio, Valeant, inquit, amici cum propinquis.[u] Afferes primo luci[18] falces duas: unam egomet mihi, et tu tibi capies alteram; et frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus. 5. Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audivit; Tempus, inquit, est cedendi et abeundi: fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim jam vertitur, cuja est res;[19] non in alio, unde petitur.[x] Atque ita cassita nidum migravit.[y] Seges a domino demessa est. Hæc quidem est Æsopi fabula de amicorum et propinquorum levi plerumque et inani fiducia.[20]

[p] *Cur non.* [q] *Territi.* [r] *Non esse tam obsequiosos, ut sine mora laborem suscipiant.* [s] *Alio die.* [t] *Prætermittunt.*
[u] *Relinquamus amicos, ait, cum affinibus.*
[x] *Res enim nunc pendet ab eo ad quem pertinet, non ab alio a quo petitur.*
[y] *Alio transportavit.*

imus? lib. III. 19. Iidem codd. *temperi* ut 'pigneri.'' *Idem.*—16 '*Ut ad laborem capessendum nihil evocentur.* Sic primus Aldus: neque aliter Vetus Etymologicon in membranis ex hoc nostro, ut et Varrone, Festo, Nonio, &c. excerpta continens, bibliothecæ Academicæ. At Reg. et Rot. et Romana ceteræque editiones: *contentur*, vel *cunctentur*. Forte: *ut ad laborem capessendum nihil evocati contentur.*' J. F. Gronov. 'Sed et ante ubi editur *tam esse obsequibiles*, antiquæ editiones habebant *tam esse obsequibiles ait*. Expulsum est id verbum a Stephano, sed agnoscitur ab Reg. Rott. Oxon. Scheff. Quos cur non sequimur?' *Jac. Gronov.*—17 Ita Reg. Rot. Fulv. Vulgo *supersedent.*—18 Sic Reg. vulg. *luce.*—19 'Reg. et Rot. *cuja res est*. Quod sequitur, in iisdem est, ut vulgo. Ex Fulviano notavit Muretus: *cuja est res, non aliunde petitur.*' J. F. Gronov. 'Id etiam animadverti in uno Oxoniensium.' *Jac. Gronov.* Placet quoque Othoni.—20 '*Levi et inani fiducia.* Auctior voce hic locus in Ms. R. ubi legitur: *levi plerumque et inani fiducia.* Optime. Quæ sequuntur absque interrogatione ita rescribenda censeo. *Sed quid aliud sanctiores libri Philosophorum monent; ut in nobis tantum ipsis nitamur, alia autem omnia, &c.* Particula *quam* nauci non est, et a nugatore quodam Gellio donata. Error ortus ex vocibus *quid aliud*. Paulo post legitur in Ms. R. pro *extra nostrum animum, extra nostrum arbitrium*. Sed malim veterem lectionem.' *Lambecius.* Rot. et Scheff. quoque, *levi plerumque et inani.* Nec Ful-

Sed quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in nobis tantum[1] ipsis nitamur;[a] alia autem omnia, quæ extra nos, extraque nostrum animum[2] sunt, neque pro nostris, neque pro nobis ducamus.[a] 6. Hunc Æsopi apologum Q. Ennius in saturis scite admodum et venuste versibus quadratis[c] composuit: quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriæ operæ pretium esse hercle[d] puto.[b 3]

'Hoc erit[4] tibi argumentum semper in promtu situm;
Ne quid expectes amicos, quod tute agere possies.'[c 5]

[a] *Ut confidamus tantum nobismetipsis.* [a] *Putemus.*
[b] *Quos profecto arbitror optimum esse amare et meminisse.*
[c] *Hoc axioma tibi sit semper in animo positum. Ne expectes ab amicis id quod tu ipse facere possis.*

vianus aliter prodente Mureto lib. II. Epist. 6. et ita ascripsit Sciopp. *Plerumque* non habet Delph.—1 'Omnino pro interrogatione hæc accipienda, nec potest tolli τὸ *quam*, nisi ut oratio omnis ac sententia concidat. Nam si non interrogatur, τὸ 'Sed quid aliud,' erit intelligendum, quasi esset, 'sed aliquid aliud.' At non esse aliud vult Auctor, quod monent graviores libri philosophorum, aliud quod Æsopus ore fabellæ risum movente prudens consilium dat: sed idem utrosque condocefacere. Igitur faciendum erat: *Sed nihil aliud:* et tum tamen abesse τὸ *quam* non posset.' *J. F. Gronov.* Τὸ *quam* abest Delph.—2 *Arbitrium* præfert J. F. Gronov.—3 '*Hercle puto.* In versum hæc verba male quædam edd. retulerunt.' *Thys.*—4 Ascripsit Sciopp. *Hæc erit* —5 'Antiquissima Veneta, *quod tu per te agere possis.* Aldina, *quod tu agere possis.* Fruterius lib. II. Veris. cap. 8. ita emendavit, *Nequid expectes amicos, quod tute agere possies.* Notandum quoque sæpe apud Comicos vocales non absumi, quod a Græcorum Poësi traxit Romana Antiquitas. Vide Fruterium. In Badiana editione legitur, '*nequicquam.*' Thysius. 'At Erasmus in Adagio, Suam quisque homo rem meminit, citavit *Ne quid expectes amicos, facere quod per te queas.* Scaliger vero in versibus Comicis, cum citaret *tute quod possis agere*, negat Gellium recte quadratos appellavisse, cum interim Mssti simpliciter, *quod tu possis agere.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

[c] *Versibus quadratis*] Versus intelligit octonarios Iambicos, quos ait Diomedes ita vocari a quadruplici combinatione, siquidem ex duobus metris fit una combinatio.

[d] *Hercle*] Hercule et Hercle, Hercules, Mehercules, et Mehercule, formulæ sunt jurandi ab Hercule derivatæ, quasi diceretur per Herculem. Mulieribus non licebat hoc uti juramento.

CAP. XXX.

Quid observatum sit in undarum motibus, qui in mari[6] alio atque alio modo fiunt, austris flantibus aquilonibusque.

Hoc sæpenumero in undarum motu observatum est,[7] quas aquilones[a] venti, quique ex eadem cœli regione aër fluit,[a][b] quasve faciunt in mari austri[c] atque africi.[d] Nam fluctus qui flante aquilone maximi et crebrissimi excitantur,[8] simul ac ventus posuit,[b] sternuntur et conflaccescunt;[c] et mox fluctus esse desinunt. At non idem fit flante austro vel africo: quibus jam nihil spirantibus undæ tamen factæ diutius tument, et a vento quidem jamdudum tranquilla sunt;[9] sed mare est etiam atque etiam undabundum.[d] 2.

[a] *Excitant aquilones venti, et ventus qui spirat ab eadem parte cœli.*
[b] *Cessavit.* [c] *Quiescunt et languent.* [d] *Commotum.*

6 Sic Carrio. Priores, *motibus et quæ in mari.* Reg. *in undarum motibus quæ in mari.*—7 'Reg. Rot. Lincoln. negant hic novisse τὸ *observatum est:* negant item τὸ *quasve.* Dein Rot. *et eadem;* Lincoln. *ex earum.* Admodum igitur diffido integritati hujus loci. Neque erat necesse 'aërem fluentem' interponi. Vide an fuerit: *Hoc sæpenumero in undis notatum, quas aquilones venti, quasque ex contraria cœli regione faciunt in mari austri atque africi.*' J. F. Gronov. 'Recte tamen 'aërem fluentem' dicit, ut Seneca in Œdipo: 'Lene sed modicum fluens aura.' Hoc igitur observatum fuisse sufficit, cum in lemmate exprimit, et opinor alia varia intelligendo applicari possunt, quorum nihil judicavit Gellius exprimendum, nedum *notatum.*' Jac. Gronov.—8 '*Maximi et crebrissimi excitantur.* Hoc undecumque arripuit Carrio: et subscribit Lincolniensis. Sed Reg. et Rot. *creberrimi.*' J. F. Gronov. 'Itaque non debet citari istud *crebrissimi* ut optima fide Gellianum, præsertim cum et priores editiones retineant *creberrimi.*' Jac. Gronov.—9 '*Et a vento quidem jamdudum tranquillæ sunt.* Gebhardus e

NOTÆ

[a] *Aquilones*] Aquilo, licet proprie sit ille ventus qui a septemtrionali orientis parte spirat, hic tamen accipitur pro vento septemtrionali.

[b] *Aër fluit*] Videtur Gellius iis philosophis assentiri, qui ventum aliud nihil esse putant quam aërem motum et fluentem in unam partem, quod Hippocrates, Anaximander, et Stoici aliique sensere; quos Aristoteles ex eo refellit, quod juxta illorum opinionem aër qui unicuique nostrum circumfunditur, si moveatur vel manu vel flabello, ventus sit. Verius Peripateticorum princeps ventum ait esse spirationem calidam et siccam. Quanquam si quis contenderit ventorum materiam non esse puram exhalationem, sed interdum et frequenter vapores exhalationibus mixtos, libentius etiam assentiemur.

[c] *Austri*] Auster ventus est meridionalis.

[d] *Africi*] Africus ventus ab Africa spirans inter meridiem et occidentem.

Ejus rei causa esse conjectatur,[10] quod venti a septemtrionibus ex altiore cœli parte in mare incidentes deorsum in aquarum profunda quasi præcipites deferuntur, undasque faciunt non prorsus impulsas, sed vi intus commotas:[11] quæ tantisper erutæ volvuntur, dum illius infusi desuper spiritus vis manet.[e] Austri vero et africi ad meridianum orbis[a] circulum atque ad partem axis infimam depressi, inferiores et humiles,[f] per suprema[g] æquoris euntes protrudunt magis fluctus quam eruunt: et idcirco non desuper læsæ, sed propulsæ in adversum[h] aquæ etiam desistente flatu retinent aliquantisper de pristino pulsu impetum. 3. Id autem ipsum, quod dicimus, ex illis quoque Homericis versibus, si quis non incuriose legat, adminiculari[i] potest: nam de austri flatibus ita scripsit;

Ἔνθα νότος πόντοιο κλυδῶνα[12] εἰς λᾶαν ὠθεῖ.[k]

Contra autem de borea, quem aquilonem appellamus, alio dicit modo:

Καὶ βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.[l]

Ab aquilonibus enim, qui alti supernique[m] sunt, fluctus excitatos quasi per prona[n] volvi dicit: ab austris autem

[e] *Quæ aliquamdiu elatæ agitantur, dum violentia venti a parte superiori venientis manet.*
[f] *A meridie spirantes, et depresso flatu radentes extremam terræ superficiem.*
[g] *Altiores partes.*
[h] *Non ex altiore loco incitatæ, sed impulsæ in sublimiorem locum.*
[i] *Confirmari.* [k] *Ubi Auster maris fluctum in saxum impellit.*
[l] *Et Boreas serenus magnum fluctum volvens.* [m] *Superiores.*
[n] *Inferiora loca.*

Pal. *et a vento quidem jam tranquillæ sunt dudum*, I. Antiq. 2. Reg. et Rot. *jamdudum tranquilla sunt.* Quod valde probo: et perinde est, ac si dixisset, 'jamdudum tranquillitas est.' Hoc enim κατ' ἐξοχὴν 'tranquillum,' ut ad Livium XXVIII. 27. notavimus.' *J. F. Gronov.* *Tranquillæ sunt* Lugd. Bat. Delph.—10 Reg. et Rot. *causa esse hæc conjectatur.*—11 'Lincoln. *sed in intus.* Regius, *sed initus.* Rott. haud ambigue *sed imitus commotas.* Quod pari felicitate restituit Lipsius, etsi adhuc non auditus, infra XVII. 10. 'fontes imitus ignis eructari.'' *J. F. Gronov.*—12 Delph. κλυδώνιον. V. Nott. Varr.—13 '*Propelli susum atque*

NOTÆ

[a] *Ad meridianum orbis, &c.*] Australes venti ex inferiore cœli parte spirant, quod cum sint calidiores, a media regione aëris, quæ frigidissima est, longius distent: septemtrionales autem utpote frigidissimi e superiore cœli parte, ubi frigus est maximum, oriuntur.

iis, qui humiliores sunt, majore vi quadam propelli susum, atque rursum subjici.[o 13] Id enim significat verbum ὠθεῖ;[p 14] sicut in alio loco[15] λᾶαν ἄνω ὠθεῖ.[q] 4. Id quoque a peritissimis rerum philosophis observatum est, austris spirantibus mare fieri glaucum et cœruleum, aquilonibus obscurius atriusque: cujus rei causam, cum Aristotelis libros problematorum præcerperemus,[16] notavi. 'Cur austro spirante mare cœruleum fiat: aquilone obscurius atriusque? An propterea quod aquilo minus mare perturbat? omne autem, quod tranquillius est, atrum esse videtur.'

[o] *Ante et retro jactari.* [p] *Saxum impellit.* [q] *Saxum sursum impellit.*

rursum subjici. Sursum prorsum vel *rursus prorsus*, vel *rursus ac prorsus*, quid sit scio: *sursum* quoque *deorsum* bene habet: sed *sursum* vel *susum atque rursum* Carrionis unius commentum est. Quod tamen etiamsi recte diceretur, rei præsenti non congrueret. Scripti equidem *propelli rursum atque subjici*, quod, credo, illum traxit in errorem: sed illi nihil aliud significant, quam quod antehac publicatum fuit, *propelli sursum atque subjici*.' J. F. Gronov. Vid. Not. Var. *Propelli sursum* Delph.—14 'Legendum ex Homero ὤθεσκε.' *Thys.* Probat Jac. Gronov. qui etiam λᾶαν, quæ in editionibus solet huic verbo præmitti, omittendum censet. ὤθεσκε etiam conjecit Bourdelotius. λᾶαν ὠθεῖ dant Lugd. Bat. Delph.—15 Rot. et Lincoln. *sicut alio in loco*.—16 Sic legendum monet J. F. Gronov. ex Reg. et Rot. vulg. *problematum præcerpsimus*. Edd. *percerpsimus*. *Præcerperemus* ascripsit Sciopp.

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER III.

CAP. I.

Quæsitum atque tractatum quam ob causam Sallustius avaritiam dixerit non animum modo virilem, sed corpus quoque ipsum effœminare.

HYEME jam decedente[1] apud balneas Sitias[2] [•] in area sub calido Sole cum Favorino philosopho ambulabamus: atque ibi inter ambulandum legebatur Catilina Sallustii,[a] quem in manu amici conspectum legi jusserat. Cumque hæc verba ex eo libro lecta essent: 'Avaritia pecuniæ studium habet,[b] quam nemo sapiens concupivit. Ea quasi

[a] *Historia belli Catilinarii.* [b] *Avaritia tenetur desiderio pecuniæ.*

1 Al. *discedente.*—2 '*Apud balneas Sitias.* Sic et prima editio Romana. Rot. *stitias.* Reg. *Sticias.* Lincoln. *Scitias,* Alius *Scicias.* Numquid *Titias?*' J. F. Gron. 'Olim Lipsius huc referens verba Capitolini ex Gordiano, ubi memorantur thermæ Titianæ, confessus fuit se nescire an in Agellii hoc loco inde restitui oporteat *balneas Titias,* non autem *Sitias,* ut libri; nec tamen se affirmare. Has Titias quoque cogitabat Salmasius.' *Jac. Gronov.* *Sticias*

NOTÆ

• *Balneas Sitias*] Cum Romani lino rarius uterentur, sudorem ac sordes corporis ut abstergerent, singulis diebus (quod ex Epistola Senecæ LXXXVI. colligimus) lavabantur: ideoque Romæ et publicas et privatas diversis in locis balneas exstruxerant. Balneæ, de quibus hic agitur, ab auctore Sitio Romano Sitiæ dicebantur.

venenis malis imbuta [c] corpus animumque virilem effœminat: semper infinita et insatiabilis est: neque copia neque inopia minuitur.'[3] Tum Favorinus me aspiciens, Quo, inquit, pacto corpus hominis avaritia effœminat? quid enim istuc sit [4] quod animum virilem ab ea effœminari dixit, videor ferme assequi. Sed, quonam modo corpus quoque hominis effœminet, nondum reperio. 2. Et ego, inquam, longe jamdiu in eo ipso quærendo fui;[5] ac, nisi tu occupasses, ultro te hoc rogassem.[d] Vix ego hæc dixeram cunctabundus;[e] atque inibi quispiam de sectatoribus Favorini, qui videbatur esse in literis veterator,[f] Valerium, inquit, Probum audivi hoc dicere; usum esse Sallustium circumlocutione quadam poëtica, et, cum dicere vellet hominem avaritia corrumpi, corpus et animum dixisse, quæ duæ res hominem demonstrarent: namque homo ex anima et corpore est. Numquam, inquit Favorinus, quod equidem scio, tam importuna tamque audaci argutia [g] fuit noster Probus, ut Sallustium vel subtilissimum brevitatis artificem periphrasin [6] poëtarum facere diceret. Erat tum nobiscum in eodem ambulacro homo quispiam sane doctus. 3. Is quoque a Favorino rogatus, ecquid haberet [7] super ea re dicere, hujuscemodi verbis usus est. Quos, inquit, avaritia minuit et corrumpit,[8] quique sese quærenda

[c] *Illa infecta quasi veneno contagioso.*
[d] *Nisi tu me prævertisses sponte id petiissem a te.*
[e] *Apparens segnior.*
[f] *Longo usu callidus.*
[g] *Subtilitate.*

ascripsit Sciopp. *Titias* probat Falster.—3 'Videtur subesse mendum, quod suspicatur etiam CL. Meursius, qui hanc adducit conjecturam, *neque copia inopia minuitur.* Una, ecce, vocula extonsa quam aptam et argutam reddit sententiam!' *Carolus.*—4 Reg. *fit.* Conjicit J. F. Gronov. *qui enim istuc fiat.*—5 'Rot. *Ego inquam longe diu nec ipse*, sine τῷ *Et* a principio. Suspicor: *Eo, inquam, longe diu et ipse quærendo fui.*' J. F. Gronov.—6 Mss. *periphrasis.*—7 '*Et quid haberet.* Omnino, *ecquid*, ut olim editum. nam Mss. ubique fere hæc confundunt: eoque non illi, sed ratio in his sequenda est. Rot. et Reg. *rogatus eo quid haret.* Vox ultima compendium scribendi est: quod non assecutus serior librarius audacissime reddidit *horum*, idque transposuit, ut in Lincoln. habetur: *et quid horum super ea re diceret*, quemadmodum Pal. fere apud J. Gebhardum 2. Antiq. lect. 4.' *J. F. Gronov.* *Et quid* Lugd. Bat. Delph.—8 'Diu quæsisse ait Gebhardus, quid esset 'minui avaritia,' subjicitque *inivit.* Ego eo verbo haudquaquam offendor. Sed Reg. et Rott. *Quorum inquit:* dein Reg. *avaritiam tenuit et cornupit:* Rot. *avaritia*

undique pecunia[9] dediderunt, eos plerosque tali genere vitæ occupatos videmus, ut, sicuti alia in his omnia[10] præ pecunia, ita labor quoque virilis, exercendique corporis studium relictui sit: negotiis se plerumque[11] umbraticis[h] [b] et sellulariis quæstibus[c] intentos habent; in quibus omnis eorum vigor animi corporisque elanguescit, et, quod Sallustius ait, effœminatur. Tum Favorinus legi denuo verba eadem Sallustii jubet; atque, ubi lecta sunt, Quid igitur dicemus, inquit, quod multos videre est pecuniæ cupidos et eosdem tamen corpore esse vegeto ac valenti?[12] 4. Tum ille ita respondit, non hercle inscite:[i] [13] Quisquis est, in-

[h] *Ut amore pecuniæ abjiciant laborem virilem, et exercitationem corporis, quemadmodum abjiciunt alia omnia. Sæpe se applicant ad negotia, &c.*
[i] *Certe non ineleganter.*

intenuit et corrupit. Scribe: *Quorum, inquit, avaritia ingenium corrupit.*' J. F. Gronov. 'Istud *quorum* non moror. Vitio fortassis solenni scriptum erat *quor* pro *quos* et deinde *n̄* per compendium pro *enim*, quod internosci non poterat utrum *n* an *u* esset, unde istud *quorum* evenerit. τὸ *enim* autem in responsionibus elegantem habere usum infra ostendam ad lib. IV. c. 1. Pro *minuit* porro mallem compositum *imminuit.*' Otho.—9 '*Sese in quærenda undique pecunia.* Præpositio neque in Mss. neque in editionibus vetustis Romana, Ven. Aldina, Vascosani, Gryphii conspectui est. Dein Reg. *sese quærenda pecunia*, sine τῷ *undique*. Rot. *sese quærenda undique pecunia.* Lege: *quique sese quærundæ unice pecuniæ dediderunt.*' J. F. Gronov.—10 '*Sicut et alia in his omnia.* Præpositio videtur vacare. Bene autem Carrio vel Stephanus, *relictui sit*, et confirmant scripti, ubi vulgo edebatur *relictum sit*. Sicut alia sunt his relictui et insuper habentur, ita et labor.' *Idem.*—11 'Rot. *Negotiis qn splerumque.* Regius: *Negotiis enim se plerumque.*' Idem. 'Illud compendium, quod in Ms. Rottendorf. observavit Gronovius, particulam *quando* indicat, quæ sæpe accipitur pro quoniam, vel quandoquidem, ut explicat Donatus ad hoc Terent. Adelph. III. 2. 50. 'Postremo, quando ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul.'' *Otho.*—12 '*Eosdem cum corpore esse vegeto et valenti.* Mss. *eosdem tamen corpore esse vegeto ac valenti.* Est autem τὸ *tamen* et in superioribus editionibus, neque mutasse operæ pretium est.' *J. F. Gronov.* Τὸ *tamen* abest Delph. Lugd. Bat.—13 'Ita volunt ab Gellio in antecessum de responso ejus hominis judicatum fuisse, cum profecto sufficeret ejus mentem et sententiam includi responso Favorini, quod in fine sequitur. Et quid est, quod in codice Regio legatur *respondit, respondis.* Sic et notatum ex Rottendorff. Sed plane duo Oxonienses: *Tum ille ita respondit: Respondes non hercle inscite*, ut postremæ hæ voces respiciant

NOTÆ

[b] *Negotiis se plerumque umbraticis*] Umbratica dicuntur ea negotia, in quibus per desidiam elanguescimus; quæ nimirum sub tecto et ad umbram transigi consueverunt.

[c] *Sellulariis quæstibus*] Lucra, quæ fiunt ab otiosis et quasi semper in sella domi sedentibus, sellularii quæstus appellantur.

quit, pecuniæ cupiens, et corpore tamen est bene habito[14] ac strenuo,[k] aliarum quoque rerum vel studio vel exercitio eum teneri necessarium est;[15] atque in sese colendo[l] non æque esse parcum. Nam si avaritia sola summa omnes hominis partes affectionesque occupet, et si ad incuriam usque corporis grassetur,[m] ut per illam unam neque virtutis neque virium, neque corporis, neque animi cura adsit;[n] tum denique is vere dici potest effœminato esse[16] et animo et corpore, qui neque sese, neque aliud curet, nisi pecuniam. Tum Favorinus, aut hoc, inquit, quod dixisti probabile est, aut Sallustius odio avaritiæ plus, quam potuit,[17] eam criminatus est.

[k] *Bene affecto et robusto.* [l] *In habenda sui cura.*
[m] *Si ita dominetur ut aliquis negligat corpus suum.* [n] *Habeatur.*

objectionem Favorini, quæ præmissa est, et quæ in Mss. legitur *Quid igitur, inquit, dicimus*, non *dicemus.*' Jac. Gronov.—14 Ascripsit Sciopp. '*habiuto* v. c.'—15 'Rot. *necesse est.* Reg. *necessum est.* Atque ita reponendum.' *J. F. Gronov.*—16 *Is vere dici potest effœminato esse.* In Rot. video *tum denique id vere.* Neque aliter Regius, sed hic præterea *effœminando.* Conjicio: *tum denique id vere dici potest effœminando esse animo et corpori, qui neque sese neque aliud curet, nisi pecuniam.* Intelligendum, 'animo et corpori ejus, qui.' Rot. etiam *esse corpore et animo.* Regius, *curent post pecuniam.* Rot. et Lincoln. *curent nisi pecuniam.* Quasi τὸ *qui* plurativo numero velint significare intellectum τοῦ *eorum.*' J. F. Gronov. 'Illud *curent post pecuniam* in Regio haberi scribitur ex chirographo Salmasii, cui nescio quod obhæserit. Certe enim reliqui ita illic non legimus, et extat *nisi.*' Jac. Gronov.—17 P. Scriverius malebat, *plus quam oportuit.*

CAP. II.

Quemnam esse natalem diem M. Varro dicat eorum,[18] qui ante noctis horam sextam, postve eam nati sunt: atque inibi de temporibus terminisque dierum qui civiles nominantur, et usquequaque gentium[a] varie observantur: et præterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere quam maritus non jure usurpavisset, quia rationem civilis anni non habuerit.

Quæri solitum est, qui noctis hora tertia, quartave, sive

[a] *Toto terrarum orbe.*

qua alia nati sunt, uter dies natalis haberi appellarique debeat, isne, quem nox ea consecuta est, an qui dies noctem consecutus est.[19] M. Varro in libro rerum humanarum, quem de diebus scripsit, 'Homines,' inquit, 'qui ex media nocte ad[20] proximam mediam noctem in his[1] horis XXIV.[2] nati sunt, una[3] die nati dicuntur.' Quibus verbis ita videtur dierum observationem divisisse,[4] ut, qui post Solem occasum[5] ante mediam noctem natus sit, is ei dies natalis sit, a quo die ea nox cœperit: contra vero, qui in sex noctis horis posterioribus nascatur,[6] eo die videri natum[7] qui post eam noctem diluxerit. 2. Athenienses autem aliter observare idem Varro in eodem libro scripsit, eosque a Sole occaso ad Solem iterum occidentem omne id medium tempus unum diem esse dicere. Babylonios[a] porro aliter; a Sole enim exorto ad exortum ejusdem incipientem totum id spatium unius diei nomine appellare: multos vero in terra Umbria[b] unum et eundem diem esse dicere a

18 'In Regio non apparet vox *eorum:* neque opus ea est.' *J. F. Gronov.*—19 '*Qui dies noctem consecutus est.* Verbum substantivum non video in Rot. Et sufficit: *isne quem nox eu consecuta est, an qui dies noctem consecutus.*' Idem. 'Alioquin commode possis: *isne quem ea nox consecuta est, an qui dies noctem consecutus. Et M. Varro,' &c.* Jac. Gronov.—20 'Olim, *qui media nocte.* Sed e Macrobio, qui totum hoc caput descripsit, addiderunt præpositionem *ex.* Reg. Lincoln. Rot. *qui in media.* Rot. amplius: *qui in media nocte nascuntur ad proximam mediam noctem in his horis* XXIV. *una die nati dicuntur.* De particula nolim contendere, quam Macrobius ex meliori codice, quam nobis sunt, hausisse videtur.' *J. F. Gronov.*—1 *Noctem his* apud Macrob.—2 '*His horis* XXIV. Sic editum in Badiana, sic in Gryphiana explanavit *viginti quatuor.* Nescio an recte. Nam qui in capite sequente scribit *illas unam et viginti*, et quidem bis, videtur etiam nunc explanate scripturus *his horis quatuor et viginti.*' Jac. Gronov. *Viginti quatuor* Lugd. Bat. Delph.—3 Macrob. *uno.*—4 Malit Otho *definisse.*—5 'Macrobius qui Gellii eadem verba recitat, *post Solis occasum*, et postmodum pro *Sole occaso* similiter *Solis occasu*, scribit: sed Auctor noster ita passim loqui solet.' *Thys.* 'Interim scias in codice Regio mox non extare *Sole occaso*, sed *Sole occasu.*' Jac. Gronov.—6 Rot. *qui in poste-*

NOTÆ

[a] *Babylonios*] Babylonii Asiæ populi astrologiæ peritissimi, quorum fines ab oriente Susianam, ab occidente Arabiam desertam, a meridie sinum Persicum, a septemtrione Mesopotamiæ partem attingunt. Babyloniæ primaria urbs Babylon, et sacris et profanis literis celeberrima, ex cujus ruinis vicina civitas *Bagdet* ad Tigrim crevit.

[b] *Umbria*] Italiæ regio inter Apenninum montem et Adriaticum mare posita. Umbriam Plinius dictam putat ab umbra, quæ ibi propter vicini-

meridie ad insequentem meridiem. 'Quod quidem,' inquit, 'nimis absurdum[8] est. Nam qui Calendis hora sexta[c] natus est apud Umbros, dies ejus natalis videri debebit et Calendarum dimidiatus,[9][d] et qui est post Calendas dies ante horam ejus diei sextam.' 3. Populum autem Romanum ita, uti Varro dixit, dies singulos annumerare a media nocte usque ad[10] mediam proximam multis argumentis ostenditur. Sacra sunt Romana partim diurna, alia nocturna:[11] sed ea, quæ inter noctem[b][12] fiunt, diebus addicuntur,[13] non noctibus: quæ igitur sex posterioribus noctis horis fiunt, eo die fieri dicuntur, qui proximus eam noctem illucescit.[c][14] Ad hoc, ritus quoque et mos auspicandi eandem esse observationem docet: nam magistratus, quando una[15] die eis auspicandum est, et id super quo auspicave-

[b] *De nocte.* [c] *Qui proxime post eam noctem lucet.*

rioribus VI. *horis noctis nascitur.*—7 Legendum monet Falster. *eo die videatur natus,* præeunte Macrobio.—8 'Jac. Cujacius Observ. 15. 32. legit *minus absurdum.* Et sic editum Gryphio. *Nimis* haud dubie verum est.' *J. F. Gronov.*—9 'Reg. et Rot. *dimidiarum.* Tum in eisdem *ante horam ejus diei sextam.* Forte: *ante horam ejusdem sextam.*' Idem.—10 Ascripsit Sciopp. *nocte ad.*—11 '*Partim diurna, partim nocturna.* A mala manu est. Noster enim Sallustiani moris æmulus scripserat: *partim diurna, alia nocturna.* Sic Reg. et Rot. et Macrobius.' *J. F. Gronov.*—12 'Sic Mss. non *internoctu*, ut frustra Lipsius et idem Livio ingerens Freinshemius.' *Idem.*—13 Vet. ed. ap. Thys. *adjiciuntur.*—14 Rot. *lucessit.*—15 Ascripsit Sciopp. *uno.*—16 Idem ascripsit

NOTÆ

tatem montium et altitudinem Apennini semper est maxima. Hodie vocatur, *le Duché de Spolete.*

[c] *Hora sexta*] Quæ nimirum est meridiana. Ut enim apud Romanos duplex dierum genus, naturale alterum, alterum civile, fuit in usu; sic pro diversa diei ratione diversis modis horæ distinguebantur. Civilem diem viginti quatuor horis definiebant, ita ut hora meridiana duodecima diceretur. Dies vero naturalis ab ortu Solis ad ejusdem occasum horas duodecim breviores hyeme, æstate longiores continebat. Romani porro ab initio diei modo civilis modo naturalis horas numerabant. Hic, ut videre est, a principio diei naturalis Varro numerum horarum repetit.

[d] *Videri debebit et Calendarum dimidiatus, &c.*] Infirmum omnino argumentum, et quod perinde potest in ipsum Varronem retorqueri. Quid enim? Si quis apud Romanos Calendis hora VI. noctis fuerit natus, nonne pariter dies ejus natalis videri debebit, et partim Calendarum, et partim ejus diei, qui sequetur?

runt agendum, post[16] mediam noctem auspicantur, et post meridiem[17] Sole magno;[d] auspicatique esse et egisse eodem die dicuntur.[18] 4. Præterea tribuni plebei,[e] quos nullum diem[19] abesse Roma licet, cum post mediam noctem proficiscuntur, et post primam facem[e][f] ante mediam sequentem revertuntur, non dicuntur abfuisse unum diem; quando[20] ante horam noctis sextam regressi parte aliqua

[d] *Alto sole.* [e] *Vespertinum tempus.*



agendum cum post.—17 '*Auspicatur et post exortum Solem agunt.* Sic advocat Lipsius, testatus tamen libros plerosque veteres habere, *et post meridiem Sole magno:* unde se corrigere: *et post meridiem solem agunt.* Apud Gryphium invenio illud *post exortum Solem:* nam Rom. Ven. Ald. Vascos. *post meridiem Sole magno.* At Rot. et Reg. *et post meridiem solem agnum.* Unde quid potest commodius fieri Lipsiano? Quod tamen non satisfacit Er. Puteano in Genialibus sermonibus, qui multo cum honore magistri fatetur recte restituisse Lipsium, sed errasse vult Gellium, qui dicere debuisset, *post occasum Solem agunt.* At Scioppius, de stylo historico, memorabilem vocat Lipsii solœcismum *meridiem Solem,* et post multa, ut mos hominis erat, acerba dicta impingit nobis, *post meridiem Solum agunt;* vel *post meridie,* vel denique *post meridiei Solem,* omnia nugatoria.' *J. F. Gronov.* '*Post meridiem Solem agunt auspicati.* Manca et mutila hæc esse clamat Eryc. Puteanus, seque restituere: *cum post mediam noctem et post ex. S. agunt auspicati.* Sed meliores editiones adhibuisse debebat. non enim Stephanus modo, sed et Ro. Aldinaque cum Mss. et Macrobius *auspicatique.*' Idem. Vid. Not. Var. 'Et hoc quicquid est, et præcedentia satis consideravi. Sic quoque tamen soleo legere *et post meridiem solent agere.*' Jac. Gronov. 'Istud *solent* nihili est. Erat fortassis *post medium Solem agunt,* ad quod aliquis scripserit *meridies* interpretationis ergo, unde istæ turbæ exortæ sunt. Putavi antea *post meridiem Solis agunt,* quemadmodum Varro apud Nonium dixit, 'meridies noctis.' Ceterum post *agendum,* particula *cum* excidisse videtur.' *Otho. Post meridiem Solem agunt* legendum monet Carolus.—18 '*Egisse ex eodem die dicuntur.* Rot. *et eodem.* Sed neutra particula utilis, atque adeo abolenda: præterea neque aut Regius aut Macrobius eam agnoscit.' *J. F. Gron. Et eodem* ascripsit Sciopp. *Ex eodem* daut Lugd. Bat. Delph.—19 'Er. Puteanus ex Macrobio supplet, *nullum integrum diem.* Non subscribunt manu exarati.' *J. F. Gronov.*—20 'In Rot. conspicor: *non videntur abfuisse unum diem, quoniam.* Ex Reg. quoque mihi notarunt *quoniam.*' Idem. 'Sed et *videntur* clare in eo extat.'

NOTÆ

[e] *Plebei*] Plebs plebis dicitur, et plebes plebei, in casu patrio.

[f] *Primam facem*] Id tempus intelligit, quod erat post Solis occasum: diem enim civilem veteres Romani dividebant in lucem ac tenebras. Lucis partes erant primo mane, tum tempus ad meridiem, deinde meridies, post tempus de meridie, denique Solis occasus. Tenebrarum sive noctis partes erant, vesper, deinde prima fax, quod tunc lucernis opus esset, postea concubium, tum nox intempesta, deinde tempus ad mediam noctem; sequebatur media nox, tum mediæ noctis inclinatio, postea gallicinium, postremo conticinium. *Macrobius.*

illius in urbe Roma sunt.[1] Quintum quoque Mucium[g] jurisconsultum[2] dicere solitum legi,[3] non esse usurpatam[h] mulierem,[f] quæ Calendis Januariis apud virum causa matrimonii esse cœpisset, et ante diem quartum Calendas Januarias sequentis[g] usurpatum isset. Non enim posse impleri trinoctium,[h] quod abesse a viro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet:[i 4] quoniam tertiæ noctis posteriores sex horæ alterius anni essent, qui inciperet ex Calendis. 5. Isthæc autem omnia[5] de dierum temporibus et finibus ad observationem disciplinamque juris antiqui pertinentia cum in libris Veterum inveniremus, non dubitabamus quin Virgilius quoque idipsum ostenderit, non exposite atque aperte, sed, ut hominem decuit poëticas res agentem, recondita et quasi operta veteris ritus significatione.

[f] *Non esse factam viri propriam.* [g] *Sequentis anni.* [h] *Tempus trium noctium.* [i] *Per quod juxta leges duodecim tabularum oportet eam a viro abesse, ut fieret ejus propria.*

Jac. Gronov. *Non videntur....quoniam* ascripsit Sciopp.—1 '*Partem aliquam illius in urbe Romana sunt.* Sic Aldus et Gryphius. Sed Regius Rott. editionesque Rom. Ven. Steph. *parte aliqua illius in urbe Roma sunt.* Macrobius: *partem aliquam in urbe consumunt.*' J. F. Gronov.—2 Reg. et Rot. *jureconsultum.*—3 'Macrobius habet *lege.* Atque ita legendum videtur. Usuraria enim uxor erat sine legibus juxta Servium.' *Thys.* '*Dicere solitum legi.* Mss. et Macrobius: *dicere solitum, lege.* Suspicari liceat: *Q. quoque Mucium dicere scilicet, Lege non esse usurpatam.* Quod nihil aliud est, quam, "Q. quoque Mucius dicit scilicet.' Vide Observ. III. 9.' *J. F. Gronov.* 'At istud *scilicet* pro *solitum* nimis abire videtur. Fortassis erat, *dicere solitum legi, lege non esse usurpatam,* aut, si magis placet, *isse usurpatum.*' Otho.—4 'Forsan legendum, *non deberet.* Atque ita Sigonii sententia perspicua foret. Sed nihil affirmo.' *Thys.*—5 'Reg. et Rot. *Iste*; et in utroque τὸ *ad* desideratur. Quid si fuerit: *Istas autem omnis...finibus observationes, disciplinam antiqui juris*

NOTÆ

[g] *Mucium*] Q. Mucius Scævola Publii filius Pontifex Maximus, jurisperitorum, teste Tullio, eloquentissimus, in templo Vestæ frustra Deos implorans et aras complexus, a Marii satellitibus est occisus anno U. C. DCLXVII. ante Christum LXXXVII. octavo quam consulatum cum L. Crasso gesserat. Scævolæ cognomen primus habuit fortis ille Mucius, qui post occisum pro rege Porsena purpuratum scribam, cum in ardentem rogum manum dextram injecisset, sinistra usus est. Σκαιὰν Græci sinistram vocant: unde Scævola est qui pro dextra utitur sinistra manu.

[h] *Usurpatam*] Mulier censebatur usurpata sive facta viri propria, cum apud virum per annum continuum erat morata, excepto sub finem anni triduo integro, per quod ex lege debuit abesse.

'Torquet,' inquit, 'medios nox humida cursus:
Et me sævus equis oriens afflavit anhelis.'[k]

His enim versibus oblique,[l] sicuti dixi, admonere voluit diem, quem Romani civilem[i] appellaverint,[6] a sexta noctis hora oriri.

[k] *Humida nox, ait, reflectit cursum media parte emensum, et in Umbras crudelis sol oriens me attingit equis anhelantibus.* [l] *Obscure.*

continentis, c. i. l. v. i.' J. F. Gronov.—6 *Appellaverunt* Delph.

NOTÆ

[i] *Diem civilem*] Civilis dies unica Solis conversione definitur, quod temporis spatium diem unum atque noctem continet.

CAP. III.

De noscendis explorandisque[a] *Plauti comœdiis, quoniam promisce*[b] *veræ atque falsæ nomine ejus inscriptæ feruntur: atque inibi quod Plautus in pistrino, et Nævius in carcere fabulas scriptitarint.*

VERUM esse comperior,[c] quod quosdam bene literatos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comœdias curiose atque contente[d] lectitarunt,[7] non indicibus Ælii, nec Sedigiti,[8] nec Claudii,[a] nec Aurelii, nec Accii,[9] nec Ma-

[a] *Discernendis.* [b] *Indistincte.* [c] *Experior.* [d] *Attente.*

7 '*Atque contente lectitaverunt.* Rot. *lectitarunt.* Reg. *lectitarant.* Alius et Lincoln. *lectitaverant.* Mox priores duæ, *ambiguæ crediturum:* non *credituros.* Scribe: *qui plerasque Plauti Comœdias curiose atque contente lectitarit; non indicibus Ælii, &c. super his fabulis, quæ dicuntur ambiguæ, crediturum.*' J. F. Gron. 'Etiam in inscriptione capitis habet Regius codex *quod Plautus et Nævius in carcere fabulas scriptitarent.*' Jac. Gronov.—8 Vulgo *Helii Sedigiti.* In antiquissima Veneta ed. *Sedigiti* nomen non habetur. Ascripsit Sciopp. *Sedigitii.*—9 Idem ascripsit *Actii.*—10 Conjicit Otho *Hac etiam.*—11 'Rot.

NOTÆ

[a] *Ælii, nec Sedigiti, nec Claudii*] Grammatici fuere vel antiquarii. Sedigitus quasi senis digitis dictus est.

nilii super his fabulis,[e] quæ dicuntur ambiguæ, crédituros, sed ipsi Plauto moribusque ingenii atque linguæ ejus. Hac enim[10] judicii norma[f] Varronem quoque esse usum videmus. Nam præter illas unam et viginti, quæ Varronianæ[b] vocantur; quas idcirco a ceteris segregavit, quoniam dubiosæ non erant, sed consensu omnium Plauti esse censebantur; quasdam item alias probavit adductus[g] stylo atque[11] facetia sermonis Plauto congruentis, easque jam nominibus aliorum occupatas Plauto vindicavit;[h] sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen, 'Bœotia.' 2. Nam cum in illis una et viginti non sit, et esse Aquilii[c] dicatur; nihil tamen Varro dubitavit,[i] quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitaverit, si vel hos solos versus ex ea fabula cognoverit; qui quoniam sunt, ut de illius[12] more dicam, Plautinissimi,[13] propterea et meminimus eos et ascripsimus. 3. Parasitus[d] ibi esuriens hæc dicit:

'Ut[k] illum Di perdant, primus qui horas repperit,'

[e] *Comœdiis quæ habentur dubiæ.* [f] *Regula.* [g] *Persuasus.*

[h] *Et Plauto restituit comœdias aliquas usurpatas jam ab aliis qui suum nomen iis inscripserant.*

[i] *Et alii omnes qui sæpius legunt Plautum, minime dubitabunt.* [k] *Utinam.*

philo atque: ut tamen subjectis punctis τῷ *p* et τῷ *h* supra scribatur eadem manu *f.* Regius *filo.* Recte atque eleganter.' *J. F. Gronov.*—12 Ascripsit Sciopp. *de ipsius.*—13 ' Ex Schefferino notatum video *Plautissimi.*' Jac.

NOTÆ

[b] *Varronianæ*] Opera et studio Varronis collectæ et ordine digestæ fuerant Plauti comœdiæ.

[c] *Aquilii*] Fuit Aquilius, ut hinc conjicimus, poëta comicus, Plauti temporibus suppar, adeoque citatus a Varrone lib. v. de lingua Latina.

[d] *Parasitus*] Qui aliorum ut mensis intersit, serviliter adulatur, et omnia sustinet. Nomen hoc subinde abiit in invidiam, cum primo dicerentur parasiti, teste Hesychio, qui cum sacerdotibus victimæ partem caperent. Omnino respondebant Latinorum epulonibus. Vocabulum hoc est a παρὰ et σῖτος, frumentum, panis.

[e] *Primus qui horas repperit*] Diu apud Romanos ortus tantum et occasus Solis habita est ratio: deinde et meridies adjunctus est, quem sereno duntaxat Sole Consulis lictor pronuntiabat. Horologium solarium primus Romæ posuit L. Papirius Cursor an. U. C. CCCCLXII. Tamen nubilo tempore incertæ fuerunt horæ ad ætatem Scipionis Nasicæ, qui primus noctium ac dierum horas aqua divisit an. DXCV. ante Christum CLIX. quod

Quique adeo primus statuit[l] hic solarium.
Qui mihi comminuit misero articulatim diem,[m]
Nam me puero uterus[14] erat solarium[n]
Multo omnium istorum optumum et verissimum,
Ubi ubi iste monebat esse, nisi cum nihil erat.[o] [15]
Nunc etiam quod est, non est,[16] nisi Soli lubet.[p]
Itaque adeo jam oppletum est oppidum solariis.
Major pars populi aridi reptant fame.'

4. Favorinus quoque noster, cum Nervolariam Plauti legerem, quæ inter incertas est habita; et audisset ex ea comœdia versum hunc,

'Scrattæ, scrupedæ,[f] strictivillæ, sordidæ:'[q] [17]

delectatus faceta verborum antiquitate meretricum vitia atque deformitates significantium, Vel unus hercle, inquit,

[l] *Posuit in hoc loco.* [m] *Qui homo mihi misero dividit diem per particulas.*
[n] *Nam dum eram puer, hic venter erat solarium.*
[o] *Comedere, nisi quando nihil habebamus.*
[p] *Jam non manducatur id quod habetur, nisi placeat Soli.*
[q] *Nugaces, tardigradæ, lecti amantes.*

Gronov.—14 'Salmasius legit *venter*. Dicit Parasitus se puero ventrem fuisse solarium, id est, ubi esuriebat, cibum sumsisse, non quando hora imperat.' *Thys.* 'Certe Rottend. et Scheff. habent *vetus erat Sol*, sed Regius *vetet erat*, ad quod proxime accedit *venter* Salmasii.' *Jac. Gronov.* '*Uterus.* Ita Lipsius. *Vetus* in aliis edit. et servari potest. Dicit parasitus, *vetus hic erat solarium*, 'hic' scilicet in stomacho vel ventre, quem manu pulsabat, vel ostentabat parasitus.' *Thys.* *Veter* ascripsit Sciopp. *Uterus hic erat s.* probat Carolus.—15 Distinguend. et legend. censet J. F. Gronov. *Ubi iste monebat, esse, nisi cui nihil erat.* *Ubi iste* Delph.—16 'Ro. Ven. Vascos. *non estur*, quod et sensus et modulatio carminis requirit.' *J. F. Gron.* 'Contra Mss. tamen, qui omnes tenent solum *est*.' Jac. Gron.—17 '*Strateæ, scrupedæ, strativolæ.* Ap. Varronem, *Scrantiæ scrupedæ stritabillæ, tantalæ.* Ap. Festum *Scraptæ.* Ap. Nonium *Scraptæ scrupedæ strictivillæ sordidæ.* Regius: *Scrattæ scrupedæ strittivillæ sordidæ.* Rott. *Stratte scr. strittivillæ sord.* Tertius, *Stracte strupe destrati nilbe sordidæ.* In antiquiss. cod. Nonii: *estrate crupedæ strictibellæ sordidæ.* In quibus omnibus nihil sani. Nos ad Plauti Casinam

NOTÆ

horologii genus clepsydram appellavere.

[f] *Scrattæ* [*Strateæ,*] *scrupedæ*] Nonius Marcellus hunc versum ex Plauto paulo aliter citat: *Scraptæ, scrupedæ, strictivellæ, sordidæ.* Scraptæ, ut auctor est Festus, dicebantur nugatoriæ ac despiciendæ mulieres. Scrupedæ autem appellari videntur quæ ægre admodum incedunt, quasi lapillos et scrupos pedibus premerent.

hic versus Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse.[r] Nos quoque ipsi nuperrime cum legeremus 'Fretum' (nomen est id comœdiæ, quam Plauti esse quidam non putant) haud quicquam dubitavimus quin Plauti foret, et omnium maxime [18] genuina.[s] 5. Ex qua duos hos versus exscripsimus, ut historiam quæreremus oraculi arietini.[g] [19]

'Nunc illud est,
Quod arietinum responsum magnis ludis dicitur:[t]
Peribo, si non fecero: si faxo,[u] vapulabo.

Marcus autem [20] Varro in libro de comœdiis Plautinis primo Accii verba [1] hæc ponit.[h] 'Nam nec Gemini, nec Leones,[2] nec Condalium, nec Anus Plauti, nec Bis compressa, nec Bœotia unquam fuit, neque adeo Ἄγροικος,[3] neque Commorientes: sed M. Aquilii.'[4] 6. In eodem libro Var-

[r] *Probavisse.* [s] *Propria.* [t] *Nunc illud est Jovis Ammonis oraculum, quod profertur magnis jocis.* [u] *Fecero.*

tentavimus.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—18 '*Quin et Plauti foret et omnium maxime.* Priorem copulativam deleverunt nuperrimi. Reg. et Rot. *quin ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina.* Quidam *gemina*, alius *germana.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*quin ea Plauti:* et mox *omnium quidem maxime* pro *omnium maxime.*'—19 Reg. habet *arretini* et *arretinum. Arretini* hic et inf. ascripsit Sciopp.—20 Idem ascripsit *Marcus tamen.*—1 Vid. Not. inf. ascripsit Sciopp. *primo Actii verba.*—2 'Scribe ex Ms. *nec Gemini Lenones.* Quam fabulam Priscianus lib. vi. citat.' *Thys.* *Geminei Leones* ascripsit Sciopp.—3 Salmasius in ora ex Ms. Regio notavit *Agrœcus.*—4 'In Ms. erat *M. Accilii.* Ego rescribi velim *M. Aquilii.*' Lambecius. 'Mireris qui nunc dicat se in Ms. legisse *M. Accilii.* Nam certe ibi legitur, quod mox prodet paterna nota; quod ita esse consentit chirographum Sal-

NOTÆ

[g] *Oraculi arietini*] Famosum in Libya Jovis Ammonis oraculum indicat, cujus sub specie arietis pingendi hæc fuit occasio. Baccho in Libyæ desertis siti laboranti apparuit aries, quem dum ille persequeretur, ad fontem suavissimum pervenit, et beneficii memor Jovi, quem arietis figuram induisse sibi persuasit, templum exstruxit splendidissimum in loco arenoso, unde et Jovi inhæsit Ammonis nomen ἀπὸ τῆς ἄμμου, quæ vox Græca significat arenam. *Suidas.*

[h] *In libro de comœdiis Plautinis primo Accii verba hæc ponit*] Hunc locum ex Ms. Regio sic restituit Lambecius. Vulgati olim codices habebant *primo actu*, quam posteriorem vocem ut inutilem suppresserat Henr. Steph. Præterea loco *M. Accilii* aut *M. Acutici*, quam utramque vocem in aliis editionibus censet mendosam, Lambecius substituit *M. Aquilii.*

ronis id quoque scriptum est,[5] Plautium fuisse quempiam poëtam comœdiarum, cujus quoniam fabulæ Plauti inscriptæ forent,[6] acceptas esse quasi Plautinas,[x] cum essent non a Plauto Plautinæ, sed a Plautio Plautianæ. Feruntur autem sub Plauti nomine comœdiæ circiter centum atque triginta: sed homo eruditissimus L. Ælius quinque et viginti esse ejus[7] solas existimavit. Non tamen[8] dubium est, quin istæ et quæ scriptæ a Plauto non videntur, et nomini ejus addicuntur, veterum poëtarum fuerint, et ab eo retractatæ et expolitæ sint;[9] ac propterea resipiant stylum Plautinum.[y][10] 7. Sed enim Saturionem et Addictum[z][11] et tertiam quandam, cujus nunc mihi nomen non suppetit,[a] in pistrino eum scripsisse Varro et plerique alii memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni, quam in operis artificum scenicorum pepererat,[b] in mercationibus[12] perdita, inops Romam redisset; et ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles[c] appellantur, operam pistori locasset:[d] sicuti de Nævio quoque accepimus fabulas eum in carcere duas scripsisse, Hariolum et Leontem; cum ob assiduam maledicentiam et probra in principes civitatis de

[x] *Et ejus comœdias habitas fuisse pro Plautinis, quia præferebant nomen PlautI.*
[y] *Redoleant locutionem Plauti.*
[z] *Comœdias appellatas Saturionem et Addictum.* [a] *Non venit in memoriam.*
[b] *Quam acquisiverat laborando cum architectis scenarum.*
[c] *Manu versatiles.* [d] *Se locasset pistori ad opus.*

---

masii, ipsius Lambecii, Bourdelotii, fratris, meum, et quidem omissa particula *sed.*' Jac. Gronov. '*Sed M. Acutici.* Scriptus *M. Hatrutici.* Reg. et Rot. *M. Accii Titi.* Lambecius, *M. Aquilii.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *Commorientes M. Actii Titi.*—5 Idem ascripsit *scriptum et.*—6 '*Cujus quoniam fabulæ Plauti inscriptæ.* Stephanus edidit accurate *PlautI.* Sed scire interest vocem *cujus* nec in Regio nec in Rottend. extare; sed neque in Lincoln. ut videatur scripsisse; *poëtam comœdiarum: quoniam fabulæ PlautI Plauti inscriptæ forent, acceptas esse,*' *&c.* Jac. Gronov.—7 Ascripsit Sciopp. *ejus esse.* —8 Reg. et Rot. *Neque tamen.* Sed et porro in Reg. est, *quin istæ quæ scriptæ.* —9 'Ita mutavit Stephanus, cum priores ederent *expolitæque.* Sed Ms. Reg. ut et Scheff. et Lincoln. tantum *retractatæ expolitæ sint*, ut videatur ideo, quod vetus scriptura fuit *retractatæ et politæ sint.*' Jac. Gronov.—10 '*Resipiant dictum Plautinum.* Cur recesserunt a membranarum *stylum Plautinum?* Ro. et Ven. *recipiant dictum Plautinum.* Aldus, Vascos. Gryphius *Recipiant stylum Plautinum.* Notavit et Juretus ad Symmachi lib. I. Ep. 26.' *J. F. Gronov.*—11 'Male in quibusdam edd. *Aditum.*' Thys.—12 Reg. Rot. Lincoln. *in mercatibus*, et ita ascripsit Sciopp.

Græcorum poëtarum more[i] dicta, in vincula Romæ a triumviris conjectus esset. Unde post a tribunis plebei exemtus est, cum in iis, quas supra dixi, fabulis, delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante læserat, diluisset.*

* *Excusasset culpam suam, et insolentiam jocorum quibus multos ante læserat.*

NOTÆ

[i] *De Græcorum poëtarum more*] Primi comœdiæ Græcæ scriptores effrænata dicendi licentia omnium existimationem violabant, ipsique actores solebant in theatris traducere, donec antiquato nocendi jure coacti sunt obmutescere.

CAP. IV.

Quod P. Africano et aliis tunc viris nobilibus ante ætatem senectam barbam et genas radere moris fuit.[13]

In libris, quos de vita P. Scipionis Africani[a] compositos

13 Sic Aldus, Vascos. Gryphius. At Ro. Venetaque, *radere patrii moris*

NOTÆ

[a] *P. Scipionis Africani*] Ut frequens passim in his libris incidit de Scipionibus mentio, Corneliæ gentis seriem, quatenus hic ejus notitia necessaria est, operæ pretium est breviter exponere.

Scipionis cognomen habuit primus P. Cornelius a pietate, quod scipionis seu baculi instar parentis cæci gressus regeret, ut refert Macrobius. Hic magister equitum M. Furio Camillo Dictatore anno U. C. CCCLVII. Veios cepit, ut fuse narrat Livius.

Ex eadem familia exortus est altero post sæculo P. Cornelius Scipio Cos. cum T. Sempronio Longo anno U. C. DXXXV. quo bellum Punicum secundum, duce Hannibale, initum est. Ad Ticinum cum Romanis victus multis deinde præclare gestis cladem hanc compensavit. Denique Asdrubalis fraudibus, ac suorum perfidia circumventus in prælio fortiter dimicans lancea perfossus occubuit, anno quam venerat in Hispaniam octavo, U. C. DXLI. ante Christum CCXIII.

Hujus filius P. Cornelius Scipio Africanus Major Consul factus anno U. C. DXLIX. bellum in Africam transtulit, ubi Asdrubale Carthaginiensi et Syphace Numidiæ rege iterum debellatis illustre consecutus est Africani cognomentum. Accusatus de capta ab Antiocho pecunia ad pacis leges ferendas, adversariorum invidiæ cessit, et Liternum in Campaniam se transtulit, ibique obiit anno U. C. DLXX. ante Christum CLXXXIV,

legimus, scriptum esse animadvertimus, P. Scipioni Pauli f. postquam de Pœnis[b] triumphaverat, censorque fuerat, eidem diem[14] dictum esse ad populum[a] a Claudio Asello

[a] *Eundem vocatum fuisse in judicium coram populo.*

fuerit. Reg. *radere mos patrius fuit.*—14 '*Eidem diem.* Abest prior vox.' *Sciopp.* 'Nec eam admittendam censeo nisi velis παρέλκειν positam esse, quod apud auctores non infrequens, si orationis filum verbis interpositis interrum-

NOTÆ

Livius, Plutarchus, &c. Fratrem habuit

L. Cornelium Scipionem qui Consul anno U. C. DLXIV. delevit Antiochum hostibus cæsis uno prælio ad quinquaginta millia peditum, equitum quatuor millia, et triumphum illustrem ex Asia cum Asiatici cognomine retulit.

P. Scipio Africani Majoris filius, nisi tenui fuisset valetudine, alterum, ut ait Tullius, extitisset civitatis lumen; quanquam eum a paterna virtute non parum degenerasse scribat Valerius Maximus. Ædilis curulis fuit, ut patet ex inscriptione Adelphorum apud Terentium anno U. C. DXCIV. ante Christum CLX. Cum liberis careret, adoptavit

P. Scipionem Æmilianum L. Pauli qui Persen vicit, filium. Hic, ut Velleii verbis utar, 'vir avitis Publii Africani paternisque Lucii Pauli virtutibus simillimus, omnibus belli ac togæ dotibus, ingeniique ac studiorum eminentissimus sæculi sui; qui nihil in vita, nisi laudandum aut fecit, aut dixit ac sensit . . . tam elegans liberalium studiorum, omnisque doctrinæ et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panætiumque præcellentes ingenio viros domi militiæque secum habuerit. Neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum otio dispunxit: semperque aut belli, aut pacis serviit artibus. Semper inter arma ac studia versatus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercuit.' Ædilitatem petens Consul creatus est: Carthaginienses et in Hispania et in Africa variis præliis fregit. Carthaginem 'in visam Romano nomini,' ut ait idem Paterculus, 'funditus sustulit, fecitque suæ virtutis monumentum, quod fuerat avi ejus clementiæ. Numantiam item excisam æquavit solo. Nec quisquam ullius gentis hominum ante eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuæ commendavit memoriæ . . . Post duos consulatus duosque triumphos mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur notæ,' anno U. C. DCXXV. ante Christum CXXIX.

Verum ne propositos brevitatis limites excedamus, si qui subinde ex eadem Scipionum gente occurrerint, consequentibus in Notis ubi commodior erit dicendi locus, debitis elogiis non fraudabuntur. Consule Notas in c. 20. l. IV.

[b] *Pœnis*] Carthaginienses Punici, Pœnici, et Pœni, quasi Phœni dicti, quia e Phœnicia, duce Didone, profecti urbem æmulam Romæ in Africæ littore condiderunt Carthaginem, quæ sæpius excisa ac restaurata, ab Arabibus denique eversa, nunc dicitur ab incolis *Bersack.*

tribuno plebei, cui equum in censura ademerat:[c] eumque, cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste uti,[15] neque fuisse cultu solito reorum. Sed, cum in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret, quod de barba rasa ita scriptum esset mirabamur. Comperimus autem ceteros quoque in isdem temporibus nobiles v ros barbam in ejusmodi ætate rasitavisse,[b d] idcircoque plerasque imagines veterum non admodum senum, sed in medio ætatis ita factas videmus.

[b] *Solitos esse radere.*

pitur.' *Otho.*—15 'Τὸ *non* videtur abundare. intelligitur enim ex præcedenti 'desisse.' Alioqui dicendum fuisset: *neque non candida veste usum.*' J. F. Gronov. 'Sed hac animadversione Gronovii opus non erat. Duæ enim negationes more Græcorum etiam apud Latinos veteres haud raro inveniuntur pro una.' *Otho.*

NOTÆ

[c] *Equum in censura ademerat*] Equitibus Romanis equus publicus assignabatur, quo, si quid præter officium admisissent, poterant a censore privari.

[d] *Barbam in ejusmodi ætate rasitavisse*] Barbam aluisse primos Romanorum indicant statuæ. Tonsores, teste Varrone, dicuntur primum venisse ex Sicilia in Italiam anno U. C. CCCCLIV. idem testatur Plinius lib. VII. cap. 59. Ab his igitur circiter temporibus barbam raserunt præterquam in luctu: eamque primo solebant ponere anno ætatis XXI. quæ barbula Deo alicui sacrari solebat, ut patet ex Suetonio in Nerone. Hadrianus imperator barbam reduxit primus, 'ut,' quemadmodum refert in ejus vita Spartianus, 'vulnera quæ in facie naturalia erant, tegeret.'

CAP. V.

Deliciarum vitium et mollities oculorum et corporis ab Arcesilao philosopho cuidam opprobrata acerbe simul et festiviter.

PLUTARCHUS refert Arcesilaum[a] philosophum vehementi

NOTÆ

[a] *Arcesilaum*] Hic philosophus Pitane in Æolide natus, post varias peregrinationes Athenas se contulit, ubi Crantorem audiit. Primus induxit novum philosophandi genus, quo nihil sciri posse contendebat: unde et a Cicerone dicitur omnem evertisse philosophiam, et a Lactantio ignorantiæ magister appellatur. Floruit circa CXX. Olympiadem ante Christum CCC. Obiit ex crapula, ætatis anno LXXV. *Laërtius.*

verbo usum esse de quodam nimis delicato divite; qui incorruptus tamen et castus et perinteger [16] dicebatur. Nam cum vocem ejus infractam [a] capillumque arte compositum et oculos ludibundos atque illecebræ voluptatisque plenos videret: Nihil interest, inquit, quibus membris cinædi [b] sitis, posterioribus an prioribus.

[a] *Effœminatam.* [b] *Effœminati.*

16 'Posteriorem copulativam editiones priscæ agnoscunt nullæ. Vascos. satis audacter, *et castitatis integræ.* Fulvii codex *castus et stupro integer.* Reg. et Rot. *tamen et astu per integer.* Puto utrobique conjunctionem delendam, ut sit: *qui incorruptus tamen, castus, perinteger dicebatur.*' J. F. Gronov. 'Attamen ad Gellii manum videtur manifeste ducere Fulvianus codex, eique prorsus consentientes Reg. et Rott. si ex eis dividas literas scribasque *et a stupro* vel *stupris integer*, ut Suetonius Andasium 'corpore non integrum' dixit. Cæterum hæc Arcesilai collectio aut parum aut nihil distat ab illa Africani minoris narrata VII. 12.' *Jac. Gronov.* 'Antiquissima ed. *castus perinteger.* Badius *castitatis perintegræ.*' Thys. In notis Ascensianis *et castus perintegre.* Ascripsit Sciopp. *a stupro integer.*

CAP. VI.

De vi atque natura palmæ arboris; quod lignum ex ea ponderibus impositis renitatur.

Per hercle rem mirandam Aristoteles in septimo Problematorum [17] et Plutarchus in octavo Symposiacorum [a] dicit. Si super palmæ, inquiunt, [18] arboris lignum magna pondera imponas, ac tam graviter urgeas oneresque, ut magnitudo oneris sustineri non queat; non deorsum palma cedit, nec intra flectitur, [19] sed adversus pondus resurgit, et sursum nititur recurvaturque. Propterea, inquit Plutar-

17 Ita Fulv. Reg. Rot. vulg. *problematum.*—18 Vulg. *supra palmæ, inquit.* Reg. et Rot. *inquiunt*, probante J. F. Gronov. *Inquit* Lugd. Bat. Delph.—19 'Salisberiensis, *in terram flectitur*, ut notavit Chr. Colerus Parerg. 20. addito, Nescio quam bene. Et videtur alterum scitius: nam *intra* est in sese.' J.

NOTÆ

[a] *Symposiacorum*] Plutarchus libris VIII. problematum præfixit titulum συμποσιακῶν, quod ibi agitatas inter pocula quæstiones proponat.

chus, in certaminibus Palmam signum esse placuit victoriæ; quoniam ingenium ejusmodi ligni est,[a 20] ut urgentibus opprimentibusque non cedat.

[a] *Hæc est natura ejus arboris.*

F. Gronov.—20 Reg. *ingenium ligni ejusmodi est.*

CAP. VII.

Historia ex annalibus sumta de Q. Cædicio tribuno militum: verbaque ex Originibus[1] M. Catonis apposita, quibus Cædicii virtutem cum Spartano Leonida æquiparat.

PULCHRUM, Dii boni! facinus Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum,[a] M. Cato in libris Originum de Q. Cædicio tribuno militum scriptum reliquit. Id profecto est ad hanc ferme sententiam.[b] Imperator Pœnus in terra Sicilia, bello Carthaginiensi primo,[a] obviam Romano exercitui progreditur; colles locosque idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant fraudi et perniciei obnoxium. Tribunus ad Consulem venit: ostendit exitium[2] de loci importunitate et hostium circumstantia.[c] Maturum censeo,[3] inquit, si rem ser-

[a] *Dignum magnificentia Græcæ eloquentiæ.* [b] *Prope in hunc modum.*
[c] *Declarat cladem imminentem propter iniquitatem loci, et circumcingentes hostes.*

1 Reg. *de Originibus.*—2 'Antiquissima Veneta, *exitum*. Si prius servetur, sensus est, ultimam perniciem propter loci importunitatem exercitui imminere. Sin *exitum* legas, liberationem ex illo loco intelligit.' *Thys.*—3 'Fulvii margo dubium e scripto, an ab ipsius ingenio: *circumstantia maturum. Censeo.* Et sic etiam Scioppius de stylo historico.' *J. F. Gronov.* 'Lege et

NOTÆ

[a] *Bello Carthaginiensi primo*] Huic bello dedit initium nimia Romanæ et Punicæ gentis utrimque suspecta potentia: Mamertini, ab Hierone rege Syracusarum, et Carthaginiensium socio, lacessiti, auxilium Romanorum adversus Hieronem et Pœnos implorarunt: ad manus ventum est, et anceps diu victoria tandem Romanis cessit anno ejus belli XXIII. U. C. DXIII. ante Christum CCXLI. *Polybius, Appianus, &c.*

vare vis, faciundum,[d] ut quadringentos aliquos milites[4] ad verrucam illam (sic enim M. Cato[5] locum editum asperumque[e] appellat) ire jubeas; eamque uti occupent imperes horterisque: hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promtissimus ad occursandum pugnandumque in eos prævertentur;[f] unoque illo negotio sese alligabunt:[g] atque illi omnes quadringenti proculdubio obtruncabuntur. 2. Tu interea, occupatis in ea cæde hostibus, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia nisi hæc, salutis via nulla est. Consul tribuno respondit, consilium quidem fidum atque[6] providens sibi viderier: sed istos, inquit, milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos[b] quisnam erit qui ducat? Si alium, inquit tribunus, neminem reperis; me licet ad hoc periculum utare: ego hanc tibi et reipublicæ animam do. Consul tribuno gratias laudesque egit.[7] Tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes eorum audaciam demirantur: quorsum ire pergant, in expectando[8] sunt. Sed ubi apparuit ad eandem verrucam[9] occupandam iter inten-

[d] *Si desideras conservare exercitum hoc opinor esse faciendum ocyus.*
[e] *Altum et scabrum.* [f] *Prius impetum facient.*
[g] *Et ad hanc unam rem erunt attenti.*

distingue: *ostendit exitum .... circumstantia maturum. Censeo.'* Falster.—4 '*Quadringentos aliquot milites.* Hoc Carrionis vel Stephani: sed Mss. et superiores editi *aliquos:* nec fuit mutandum. Lambinus opportune addidit ex Varrone: *esse oportet brassicam crudam ex aceto, et post aliqua folia quinque.*' J. F. Gronov.—5 'Nulla nota istius prænominis est in Reg. et aliis.' *Jac. Gronov.*—6 'Rot. ignorat τὸ *fidum.* Regius: *Consilium quidem istud æque providens sibi viderier.* quæ vera lectio est.' *J. F. Gronov.*—7 Reg. et Rot. *agit.* Et ita ascripsit Sciopp.—8 Præpositio nescitur a Regio.—9 'In Reg. et Lincoln. particula deest. Rot. quoque, *apparuit adem verrucam.* Lege,

NOTÆ

[b] *Cuneos*] Vegetius lib. III. cap. 19. quid sit cuneus sic explicat: 'Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie primo angustior, deinde latior procedit, et adversariorum ordines rumpit: quia a pluribus in unum locum tela mittuntur. Quam rem milites nominant caput porcinum.' Et vero ut cuneus fabrorum superiore parte amplior paulatim in acutum tenuatur, ita multitudo peditum ita disposita est, ut in fronte angustior, deinde latius extendatur.

dere;[h] mittit adversum illos Imperator Carthaginiensis peditatum equitatumque, quos in exercitu [10] viros habuit strenuissimos. 3. Romani milites circumveniuntur; circumventi repugnant. Fit prælium diu anceps. Tandem superat multitudo. Quadringenti omnes cum uno perfossi [11] gladiis, aut missilibus operti[i] cadunt. Consul interibi[k] dum ea pugna fit [12] se in locos tutos atque editos subducit. Sed quod illi tribuno duci militum quadringentorum divinitus in eo prælio usus venit,[l] [13] non jam nostris sed ipsius Catonis verbis subjecimus.[m] Verba Catonis: [14] 'Dii immortales tribuno militum fortunam ex virtute ejus dedere.[n] Nam ita evenit: cum saucius [15] multifariam ibi factus esset;[o] tum vulnus [16] capiti nullum evenit: cumque inter mortuos defatigatum vulneribus ægreque spirantem,[17]

[h] *Vertere.* [i] *Telis oppressi.* [k] *Interea.* [l] *Contigit.* [m] *Subjunximus.*
[n] *Tribuere felicitatem ejus fortitudini convenientem.*
[o] *Cum multa plurimis in partibus accepisset vulnera.*



Sed ubi apparuit ad eam verrucam.' J. F. Gronov.—10 '*Peditatum equitatumque illos quos in exercitu.* Pronomen *illos* in primo reperio Aldo. Romana et Veneta cum Mss. id hinc arcent. Sed præterea Regius: *peditum equitumque quos.* Sic igitur scribe: *Mittit adversum illos imperator Carthaginiensis peditum equitumque quos in exercitu viros habuit strenuissimos.'* Idem.—11 '*Quadringenti omnes tum una perfossi.* Jo. Pricæus ad IV. Apul. Metam. recte judicavit locum esse corruptum, eoque tentat, *omnes ad unum.* Eruditius Reg. et Rot. *omnes cum uno perfossi.'* J. F. Gronov. 'Notam Pricæi totam exscripsit et capiti undecimo libri sextidecimi subjecit ut suam infamis fur Jacobus Oiselius.' *Jac. Gronov.*—12 'Lincoln. *interibi dum ea pugna se.* Rot. *Consul inter ibi dum ea puga se.* Reg. *Consul interim dum ibi pugnatur se in locos tutos atque editos subducit.'* J. F. Gronov.—13 'Antiquissima editio Veneta habet, *usu venit*, quod minime dissimulandum puto.' *Falster.*—14 '*Verba Catonis.* Hæc non sunt in Rot. neque manu prima in Regio, ubi ad marginem posita sunt, unde ab imprudenti librario inserta videntur.' *J. F. Gronov.* 'Nihil adæque dici potest certius; quod huic homini etiam venit in mentem, priusquam hanc Gronovii animadversionem videret.' *Otho.*—15 'Reg. et Rot. *evenit ut cum.* Lege igitur: *evenit, ut cum saucius multifariam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenerit.'* J. F. Gronov.—16 Ascripsit Sciopp. *tamen vulnus.*—17 '*Ægreque spirantem.* Et hoc a Carrione vel Stephano: nam priores, *atque spirantem.* Scripti etiam *atque*, sed ignorant τὸ *spirantem.* Subest haud dubie aliquid gravioris vitii: nam Rot. *defatigatum vulneribus atque quod sanguen defluxerat.* Nec aliter Lincoln. nisi quod *sanguinem.* Scheff. *vulneribus atque quid sanguinis defl.* Regius. *defatigatum vulneribus atque quod sanguineis ejus defluxerat.* Ubi illud, *inter mortuos defatigatum vulneribus atque cognovere*, integrum et Catonis esse censeo quam quod maxime. Sed his interjecta monstrum alunt. Suspicabar, *ut sanguen ore ejus effinxerant.* Et fortassis hic quoque Priscus ille: *cumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque, ut sanguen spongia effinxerant, cognovere, eum sustulere.* Quando autem Stephanus edidit

quod sanguen[p] defluxerat, cognovere, eum sustulere. 4. Isque convaluit: sæpeque post illa[18] operam reipublicæ fortem atque strenuam perhibuit:[q] illoque facto, quod illos milites subduxit, exercitum ceterum servavit. Sed idem benefactum in quo loco ponas,[19] nimium interest.[r] Leonidas[c] Lacedæmonius laudatur,[20] qui simile apud Thermopylas[d] fecit. Propter ejus virtutes omnis Græcia gloriam atque gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decoravere monimentis,[s] signis, statuis,[1] elogiis, historiis, aliisque rebus gratissimum id ejus factum habuere. At tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat, atque rem servaverat.' Hanc Q. Cædicii virtutem[2] M. Cato tali suo testimonio decoravit. Claudius autem Qua-

[p] *Sanguis.* [q] *Post illud factum fortitudine ac virtute sæpe juvit remp.*
[r] *Sed maxime refert, qua in occasione idem officium conferas.*
[s] *Laudem et insigne beneficium ejus invictæ generositatis ornavit monumentis, &c.*

defetigatum, ne hoc quidem silendum puto, in Rot. esse *defatigatum*, sed τῷ *A* priori subjecto punctulo suprascribi *E*.' J. F. Gronov. 'Ex scriptura Regii codicis existit omnino simpliciter et perquam probabiliter *sanguen genis defluxerat*. Sed etiam ille ipse codex retinet *eumque*, ut est quoque in priscis editionibus; unde omnia optime sequuntur, *eumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque quod sanguin* (nam sic notabiliter Ms. Regius) *genis defluxerat, cognovere*.' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *atque quod*.—18 '*Post illa*. Sic edi curavit Stephanus, cum antea legeretur *post illam*, prout est etiam in Mstis. Quam vana igitur cura Freinshemii in Notis ad Florum II. 2. 14. notantis: 'Ubi tamen pro *post illam* rescribendum putem *post illa*, hoc est, postea; nisi quis ita malit; *sæpeque post illam, operam, &c.* ut sit sensus: exhibuisse sæpe Reip. utilem operam, post illam, nempe de qua sermo erat.' Hæc scilicet ignorabant illi proceres literarum, qui anno 1632. ævum agitabant.' *Jac. Gronov.*—19 Aldus, Vascos. Gryphius, *loco in quo ponas*. Reg. et Romana: *quo in loco*.—20 'Neque in Regio neque in Rot. conspicuum est τὸ *laudatur*. Tum uterque, *Leonidas lacu qui simile*. Lego: *Leonidas Laco consimile apud Thermopylas fecit*.' J. F. Gronov.—1 '*Statuis*. Fortasse hæc vox delenda.' *Sciopp.* Improbat Otho.—2 Reg. et Rot. *Q. Cædicii tribuni vir-*

NOTÆ

[c] *Leonidas*] Leonidas, Lacedæmoniorum dux, Xerxem Persarum regem, in Græciam cum exercitu innumerabili irruentem, in Thessaliæ faucibus repressit Olymp. LXXIV. anno IV. ante Christum CCCCLXXXI. *Plutarch.*

[d] *Thermopylas*] Thermopylæ sunt arctissimæ fauces montis Œtæ qui Macedoniam inter et Thessaliam situs est, cujus aditum vocant θερμοπύλας; quod illæ montium quasi portæ non longe distent ab aquis calentibus. Nunc appellantur *Bocca di Lupo*.

drigarius annali tertio, non Cædicio nomen fuisse refert, sed Valerio.[3]

tutem.—3 'Reg. et Rot. *fuisse ait sed laverio:* unde *Laberio* Ro. Ven. Ald. Vasc. Gryphius. nec video, quæ potior auctoritas fuerit sive Carrioni, sive Stephano, ut supponerent *Valerio.*' J. F. Gronov. '*Valerio.* Ita emendavit Carrio lib. I. Emendat. cap. 7. fretus optimorum librorum auctoritate, eodemque modo ex membranis emendat locum Frontini lib. IV. cap. 5. antiquæ tamen editiones legunt *Laberio.*' Thysius.

CAP. VIII.

Literæ eximiæ Consulum C. Fabricii et Q. Æmilii[4] *ad regem Pyrrhum a Q. Claudio scriptore historiarum in memoriam datæ.*[a]

CUM Pyrrhus rex[a] in terra Italia esset, et unam atque alteram pugnas prospere pugnasset,[b] satisque agerent Romani,[5] et pleraque Italia ad regem descivisset; tum Ambraciensis[b] quispiam Timochares, regis Pyrrhi amicus,[6] ad

[a] *Scriptis traditæ.* [b] *Et semel aut bis feliciter certasset.*

4 '*C. Fabricii et Æmilii.* Reg. *et quæ Æmilii.* Lege, *et Q. Æmilii.*' J. F. Gronov.—5 'Elegans verbum Agellio restituamus, quod a vulgatis libris hactenus exulavit. Sic autem legitur: *Cum Pyrrhus rex in Italia esset, et unam atque alteram pugnam prospere pugnasset, satisque angerentur Romani.* Pro *satisque angerentur*, audacter lege cum vetustis codd. *satisque agerent.*' Carolus. '*Satisque agerent Romani.* Ita legit Lipsius in Electis. Propria quædam et venusta ejus verbi notio in magna aliqua et laboriosa cura. Vetus lectio, *satis agerentur.* Antiquiss. Veneta, *satis angerentur*, quam pleræque edd. sequuntur.' *Thysius.* *Pugnam ... angerentur* dat Delph. *Satis agerent* ascripsit Sciopp. quod etiam præferendum censet Otho.—6 'Ms. Regius *regis Timochares Pyrrhi am.* Quæ transpositio videtur docere incertam vocis *regis* sedem, ut non ab Gellio venerit, sed ex margine irrepserit, qui etiam sine prænomine edit *ad Fabricium.*' Jac. Gronov. Pro *amicus* Sciopp. con-

NOTÆ

[a] *Pyrrhus rex*] Pyrrhus rex Epiri vocatus a Tarentinis quos Romani magna strage devicerant, exercitu in Italiam trajecto anno U. C. CCCCLXXIV. bellum VI. annos ancipiti primum marte gessit cum Romanis, mox inclinante fortuna profligatus Epirum repetiit. Argos ingressus cum adversus Antigonum decertaret, illisa capiti tegula occisus est a muliere, anno I. Olymp. CXXVII. ante Christum CCLXXII. *Plutarch. Justin.*

[b] *Ambraciensis*] Ex Ambracia Græciæ urbe in Epiro, quæ vulgo etiam dicitur *Ambrachia.*

C. Fabricium Consulem furtim venit, ac præmium petivit; et, si [7] de præmio conveniret, promisit regem venenis necare: idque facile esse factu dixit,[8] quoniam filii sui pocula in convivio regi ministrarent.[9] Eam rem Fabricius ad Senatum scripsit. Senatus legatos ad regem misit; mandavitque ut de Timochare nihil proderent, sed monerent uti rex circumspectius ageret, atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Hoc ita, uti diximus, in Valerii Antiatis historia scriptum est. Quadrigarius autem in libro tertio non Timocharem, sed Niciam adisse ad Consulem scripsit; neque legatos a Senatu missos, sed a Consulibus, et regem populo Romano laudes atque gratias scripsisse, captivosque omnes, quos tum habuerit, vestivisse et reddidisse.[10] 2. Consules tum fuerunt C. Fabricius[a] et Q. Æmilius. Literas, quas ad regem Pyrrhum super ea causa miserunt, Claudius Quadrigarius scripsit fuisse hoc exemplo:[c] 'Consules Romani salutem dicunt Pyrrho regi. Nos pro tuis injuriis continuo animo strenui,[d] commoti [11] inimiciter, tecum bellare studemus.[e] Sed communis exem-

[c] *His verbis.* [d] *Nos propter injurias quibus nos afficis semper mente vigiles.*
[e] *Cupimus bellum gerere.*

jicit *medicus*, improbante Jac. Gronov.—7 Ascripsit Sciopp. *ut si.*—8 '*Esse factu dixit.* Sic Reg. sic Lincoln. De aliis nihil annotatum invenio. Expulsum fuit verbum ab Stephano, cum haberent priores.' *J. F. Gronov.* Τὸ *dixit* non habet Delph.—9 *Pocula in convivio ministrarent.* Facile fero: siquis tamen liber antiquus ablegaret τὸ *pocula*, non repugnarem. Reg. *filius suus pocula in convivio ministraret.*' J. F. Gronov.—10 '*Quos tum habuerit restituisse et reddidisse.* Lincoln. *habuerit nescivisse et reddidisse.* Reg. et Rot. *quos tum habuit vestivisse et reddidisse.* Quod profecto male mutarunt: nam dona hujusmodi, vestimentorum scilicet, et olim, et hodie præcipue in Oriente frequentia.' *Idem.* *Restituisse* Delph.—11 'Reg. et Rot. *animo tenui.* Vix audeo fateri, quod suspicor, nimirum fuisse: *Nos pro tuis injuriis continuis animotenus commoti inimiciter tecum bellare studemus.* Neque 'animotenus' durius quam 'pubetenus,' 'capitetenus,' 'oretenus' et similia. 'Animotenus commoti' foret imitus, penitus, toto pectore commoti.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[a] *C. Fabricius*] C. Fabricius Luscinus et Q. Æmilius Papus consulatum secundum iniere eodem anno quo Pyrrhus irrupit in Italiam, U. C. CCCCLXXIV. Is pauper admodum Pyrrhum oblata quarta regni parte solicitantem ut ad suas partes transiret fortiter contemsit. Vide Notas in cap. 14. lib. I.

pli et fidei ergo visum est,[12] uti te salvum velimus; ut esset quem armis vincere possimus. Ad nos venit Nicias familiaris tuus, qui sibi pretium[13] a nobis peteret, si te clam interfecisset. Id nos negavimus velle; neve ob eam rem quicquam commodi expectaret: et simul visum est, ut te certiorem faceremus; ne quid ejusmodi si accidisset, nostro consilio civitates putarent factum: et quod nobis non placet pretio aut præmio aut dolis pugnare. Tu, nisi caves, jacebis.'[f]

[f] *Peribis.*

—12 '*Communis exempli et fidei visum est.* Omnes antea editi, ut Reg. et Rot. *communis exempli et fidei ergo visum est.* Fuerit fors aliquis codex, in quo legeretur *fidei gratia*, aut etiam *fidei gratia ergo*: non propterea utrumque amovendum est: ut voluit God. Stewechius ad Arnobii sextum, id quod statim Carrio Stephanusque sunt secuti. Quos non minus peccasse puto, cum τὸ *armis* sustulerunt, ubi Mss. et editi, *quem armis vincere possemus.*' Idem. Τὸ *ergo* abest Lugd. Bat. Delph.—13 Reg. et Rot. *præmium*: quod etiam ascripsit Sciopp.

CAP. IX.

Quis et cujusmodi fuerit, qui in proverbio fertur, equus Seianus, et qualis color equorum sit qui spadices vocantur: deque istius vocabuli ratione.

GABIUS BASSUS[14][a] in commentariis suis, item Julius Modestus in secundo quæstionum confusarum[a] historiam de equo Seiano tradunt dignam memoria atque admiratione. Cn. Seium quempiam scribunt fuisse; eumque habuisse

[a] *Quæstionum miscellarum.*

14 Al. *Gavius Bassus*: al. *Galbius Bassus.* Vid. Not. Var.—15 Vulg. *inu-*

NOTÆ

[a] *Gabius Bassus*] Quod hunc Carrio, a quo non dissentit Vossius, censet Trajano supparem fuisse, ut notavimus ad cap. 4. lib. II. refellitur ex hoc capite. Cum enim testetur Gabius equum Seianum se vidisse. Certe vixerit Dolabellæ, Cassii, &c. quorum fuit equus ille, temporibus, an. ante Trajanum circiter CXL.

equum natum Argis[b] in terra Græcia: de quo fama constans esset, tanquam de genere equorum progenitus foret, qui Diomedis[c] Thracis fuissent; quos Hercules Diomede occiso e Thracia[d] Argos perduxisset. 2. Eum equum fuisse dicunt magnitudine invisitata,[15] cervice ardua, colore phœniceo,[16][e] flora et comanti[b] juba;[†] omnibusque aliis equorum laudibus quoque longe præstitisse: sed eundem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut quisquis haberet eum possideretque, ut is cum omni domo,[17] familia, fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn. Seium dominum ejus a M. Antonio, qui postea Triumvir Reipublicæ constituendæ[f] fuit, capitis damnatum[c] miserando supplicio affectum esse: eodem tempore Cornelium Dolabellam Consulem, in Syriam proficiscentem, fama istius equi adductum Argos devertisse; cupidineque habendi ejus[18] exarsisse; emisseque eum sestertiis centum

[b] *Spissa.* [c] *Morte condemnatum.*

sitata.—16 'Reg. *pœniceo:* quemadmodum infra quoque et hic et Rot. *pœniceum.* Muretus in Fulviano fuisse ait *puniceo.*' J. F. Gronov. † '*Flava et comanti juba.* Rot. *flora et c. j.* ut et Reg. unde jam Salmasius hunc locum emendavit ad Solinum p. 1330. Muretus e Fulviano notat *florea.*' J. F. Gronov. *Flava* dat Delph.—17 '*Possideretque, is cum omni domo.* Sic quidem et Ro. Ven. Vascos. sive Ascensii. At Aldus Gryphiusque: *ut quisquis haberet eum possideretque, ut is cum omni domo, &c.* Et sic Mss.' *J. F. Gronov.*—18 '*Habendique ejus.* Posterior vox abest.' *Sciopp.*—19 '*Emisseque HS.*

NOTÆ

[b] *Argis*] Argos Hippium de quo hic agitur, urbs Peloponnesi: nunc *Argo.*

[c] *Diomedis*] Hic Diomedes, Thraciæ rex, cum soleret hospites equis objicere crudeliter devorandos, ab Hercule pari supplicio affectus est.

[d] *Thracia*] Europæ regio celebris ad occidentem Ponti Euxini, jam subdita est Turcis, et *Romania* nuncupatur.

[e] *Colore phœniceo*] De hoc colore consule cap. 26. lib. II.

[f] *Triumvir Reipublicæ constituendæ* [*III VIR. R. P. C.*] Triumvir Reipublicæ constituendæ. Post mortem Julii Cæsaris, Octavius Cæsar cum Antonio et Lepido fœdus iniit, veritus ne in ordinem a Senatu cogeretur. Igitur inter eos convenit, ut ipsi tres constituendis administrandisque rebus, orbe Romano trifariam diviso, præficerentur in quinquennium. Ita Triumviri Reip. constituendæ facti sunt anno ab U. C. DCCXI. ante Christum XLIII. non ultra decem annos in Rep. stetit hic magistratus.

millibus:[19 g] sed ipsum quoque Dolabellam in Syria[h] bello civili obsessum atque interfectum esse: mox eundem equum, qui Dolabellæ fuerat, C. Cassium, qui Dolabellam obsederat, abduxisse. 3. Eum Cassium[i] postea satis notum est victis partibus[20 k] fusoque exercitu suo miseram mortem oppetiisse: deinde Antonium[1] post interitum Cassii, parta victoria, equum illum nobilem Cassii requisisse; et cum eo potitus esset, ipsum quoque postea victum atque desertum detestabili exitio interisse.[l] Hinc proverbium de hominibus calamitosis ortum, dicique solitum; 'ille homo habet equum Seianum.' Eadem sententia est illius quoque veteris proverbii, quod ita dictum accepimus: 'aurum Tolosanum.' Nam cum oppidum Tolosanum[m] in terra Gallia[2] Q. Cæpio[n] Consul diripuisset; multumque auri in ejus oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum at-

centum millibus. Sic Ro. et Veneta. Aldus, Vascos. Gryphius cum Mss. *emisseque eum HS. centum millibus.* Nec video causam, cur deleri pronomen meruerit.' *J. F. Gronov.*—20 '*Victis Parthis.* Hoc in Ven. Ald. et ceteris reperio. At Romana et Vascosani cum Regio: *victis partibus*, idque monere prævertit Lipsius I. Elect. 7. Gifanium quoque monuerat Muretus sic esse in Fulviano.' *Idem.* *Partibus* ascripsit Sciopp. Vid. inf. et Not. Var.—1 Ascripsit Sciopp. *deinde post Antonium.*—2 Idem ascripsit *Italia.*—3 Idem

NOTÆ

[g] *Sestertiis centum milibus*] De sestertiorum nomine, usu, ac pretio supra diximus in Notis ad cap. 24. lib. II. Porro HS. centum millia ad 4875. libras Gallicas revocantur.

[h] *Syria*] Asiæ majoris regione ad occidentem Arabiæ.

[i] *Cassium ... miseram mortem oppetiisse*] Prope Philippos in Thessalia cum adversus Octavium et Antonium decertarent conjuratorum principes, ut Cassius sensit eam partem exercitus, in qua erat, inclinare, totum exercitum ratus esse profligatum, sibi manus attulit anno U. C. DCCXII. ante Christum XLII. *Epitome Liviana, Appianus, &c.*

[k] *Victis partibus*] Hanc lectionem sensus et historiæ fides postulat: in multis editionibus legitur *victis Parthis.*

[l] *Detestabili exitio interiisse*] Antonius post pugnam Actiacam profugus in Ægyptum necem sibi conscivit, ne veniret in potestatem Octavii. *Florus, Velleius, &c.*

[m] *Oppidum Tolosanum*] Tolosa nobilis et antiqua Galliæ civitas in Occitaniæ provincia, *Toulouse.*

[n] *Q. Cæpio*] Hic an. U. C. DCXLVIII. ante Christum CVI. direpta Tolosa centum et decem millia auri pondo, argenti pondo quinquies decies centena millia, ut auctor est Justinus, abstulit: anno sequente Romani exercitus clade latrocinii pœnas dedit.

tigit, misero cruciabilique exitu periit. 4. Hunc equum Gabius[3] Bassus vidisse se Argis[4] refert haud credibili pulchritudine, vigoreque et colore exuberantissimo.[d] [5] Quem colorem nos, sicuti dixi, Phœniceum,[6] Græce partim φοίνικα, alii σπάδικα[e] appellant: quoniam palmæ[f] termes ex arbore cum fructu avulsus spadix dicitur.

[d] *Maxime vivido.* [e] *Purpureum, alii spadicem.* [f] *Ramus.*

Gavis.—4 'Pronomen nec in Regio vidi nec in Lincoln. Et solent frequenter male omittere.' *Jac. Gronov.*—5 Reg. et Rot. *exuperantissimo*, ut conjecit olim Colvius ad Apuleium de dogmate Platonis. *Ex uperantissimo* ascripsit Sciopp. 'Trillerus in suis ad me literis substituit *rubrantissimo.* Mihi placet, quod in optimis et antiquissimis codd. traditur, *exuperantissimo.*' Falster.—6 'Regius, *Quem colorem nos, sicuti dixi, puniceum dicimus.* Forsan et malis *Græci.*' J. F. Gronov. *Græci* ascripsit Sciopp.

CAP. X.

Quod est quædam septenarii numeri vis et facultas, in multis naturæ rebus animadversa; de qua M. Varro in Hebdomadibus disserit copiose.

M. Varro in primo librorum, qui inscribuntur 'Hebdomades vel de Imaginibus,' septenarii numeri, quem Græci ἑβδομάδα appellant,[7] virtutes potestatesque multas variasque dicit. 'Is namque numerus,' inquit, 'septemtriones majores minoresque[a] facit in cœlo, item vergilias,[b] quas

7 'Reg. et Rot. *ebdoma.* ut dubitare possis, ἑβδομάδα an ἑπτάδα voluerint.' *J. F. Gronov.* 'Hæc vetustorum codicum varietas inde forsan orta est, quod alii Græce, alii Latine hanc vocem scribentes (nam certe in Lincolniensi erat *ebdomadem*, et infra de medicis musicis, haud dubie Græcis, loquens, ait *hebdomadam*) monuerunt alios ultimam syllabam potius omittere, quam sic frustrari. Nisi et ab Græcis τὰ ἕβδομα eo modo fuerint usurpata.' *Jac. Gron.*

NOTÆ

[a] *Septemtriones majores minoresque*] Duo sunt sidera septemtrionalia, quorum alterum dicitur Ursa major, alterum Ursa minor. Hæc, quæ et Cynosura nominatur, septem stellas complectitur. Illa, inter viginti septem, continet septem reliquis multo splendidiores.

[b] *Vergilias*] Vergiliæ, πλειάδες, a Græcis ἀπὸ τοῦ πλεῖν a navigando, quod ortu suo primæ navigationis tempus ostendant: Vergiliæ a Latinis ap-

πλειάδας vocant.[8] Facit etiam stellas, quas alii erraticas,[a c] P. Nigidius errones appellat.' Circulos quoque ait in cœlo[d] circum longitudinem axis septem esse; e quis duos minimos, qui axem extimum tangunt, πόλους[b e] appellari dicit; sed eos in sphæra,[f] quæ κρικώτη[c] vocatur, propter brevitatem non inesse. 2. Ac neque ipse Zodiacus[9 g] septenario numero caret: nam in septimo signo fit solstitium a bruma; in septimo bruma a solstitio.[d] In septimo æquinoctium ab æquinoctio.[e] Dies deinde illos, quibus halcy-

[a] *Planetas.* [b] *Polos.* [c] *Armillaris.*

[d] *Solstitium æstivum accidit septimo mense post hybernum, et hybernum solstitium accidit septimo mense post æstivum.*

[e] *Æquinoctium veris accidit septimo mense post æquinoctium autumni.*

—8 'Sic Aldus et Vasc. et Gryphius. Ro. et Ven. *quas Græci* Πλειάδας *vocant.* Regius: *quas* Πλειάδας *Græci vocant.*' J. F. Gronov. 'Modo ante habebat Ms. Reg. *minoresque in cælo facit.*' Jac. Gronov. Πλειάδας *Græci vocant* ascripsit Sciopp.—9 '*Atqui neque ipse Zodiacus.* Lincol. Ro. et vetustiores editi: *At neque.* Regius, *Ac neque.* Et vix videtur adversativæ locus esse. Vulgo

NOTÆ

pellatæ, quod circa æquinoctium vernum matutino tempore oriantur. Septem stellæ sunt in genu Tauri.

[c] *Erraticas*] De planetis loquitur, qui sunt numero septem; scilicet Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, et Luna.

[d] *Circulos . . . in cælo*] Illi circuli sunt a septemtrione quidem polus septemtrionalis, circulus Arcticus, et tropicus Cancri. A meridie autem polus Australis, circulus antarcticus, et tropicus Capricorni: septemtrionem inter et meridiem medium tenet locum Æquator, seu Æquinoctialis.

[e] Πόλους] Poli sunt extremæ partes axis, ita dictæ quod supra eas tota sphæra vertatur, ἀπὸ τοῦ πολεῖν a vertendo.

[f] *Sphæra*] Sphæram inventam alii tradunt ab Atlante, eamque ab Hercule translatam in Græciam: alii ab Anaximandro Milesio; Laërtius Musæo, Cicero Archimedi acceptam refert. Dicitur porro κρικώτη sive armillaris, quod variis circulis, quasi totidem armillis distincta sit.

[g] *Zodiacus*] Circulus est inter mundi polos oblique locatus, ex altera parte tropicum æstivum in principio Cancri, ex altera hybernum in principio Capricorni attingens, ac medium intersecans Æquatorem circa Arietis et Libræ principia. Dicitur autem post hyemale solstitium contingere æstivum septimo signo, quod Soli sint septem signa perlustranda ab uno solstitio ad alterum. Solstitium æstivum fit cum Sol ingreditur Cancrum: sunt igitur ab æstivo ad hybernum decurrenda Soli signa Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Arcitenens, et Capricornus, quo tempore brumam efficit.

ones[10][h] hyeme anni in aqua nidulantur,[f] eos quoque septem esse dicit. Præterea scribit Lunæ curriculum confici integris quater septenis diebus. 'Nam duodetricesimo[g][11] Luna,' inquit, 'ex quo vestigio[h] profecta est, eodem redit:' auctoremque opinionis hujus Aristidem esse Samium: in qua re non id solum animadverti debere dicit, quod quater septenis, id est, octo et viginti diebus conficeret iter Luna suum; sed quod is numerus septenarius, si ab uno profectus[i] dum ad semetipsum progreditur, omnes, per quos progressus est, numeros[i] comprehendat, ipsumque se addat, facit numerum octo et viginti: quot dies sunt curriculi lunaris. 3. Ad homines quoque nascendos vim numeri istius porrigi pertinereque ait:[k] 'nam cum in uterum,' inquit, 'mulieris genitale semen datum est; primis septem diebus conglobatur coagulaturque,[l] fitque ad capiendam figuram idoneum. Post deinde quarta hebdomade, quod ejus virile secus futurum est,[12] caput et spina, quæ est in dorso in-

[f] *Nidum construunt.* [g] *Vigesimo octavo die.* [h] *Ex qua parte cœli.*
[i] *Si incipiatur ab unitate.*
[k] *Varro dicit potestatem hujus numeri extendi, et pervenire usque ad nativitatem hominum.* [l] *Colligitur et coalescit.*

nunc *Atque.*' J. F. Gronov.—10 '*Halcyones.* Nonius Marcellus: *Nidulatur, Varro hebdomadon primo: Dies deinde illos, quibus Halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.*' Jac. Gronov.—11 'Notabilis scriptura in Regio: *Nam die detricesimo.* An exciderunt literæ *un?*' Idem.—12 '*Quod ejus virile fœtus futurum est.* Lege cum Lipsio, *virile secus.* Sic enim plane Regius codex. Vide etiam, ni grave est, quæ scripsimus ad Livium lib. XXVI. 47.' *J. F. Gronov.* *Virile fœtus futurum est.* In his verbis monstrum latet. Corrige, *virile sexus*, vel *secus.* Nam utrumque neutro genere occur-

NOTÆ

[h] *Halcyones*] Halcyon avis maritima, nostris temporibus incognita, nido fabrica mirabili in mari impune constructo per hyemem parit ova: quo tempore halcyonum fœturæ sternitur tranquillum mare. *Aristoteles*, *Plinius*, *&c.* Ipseque Ovidius XI. Metamorph. sic ait, 'Perque dies placidos hyberno tempore septem Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis. Tum via tuta maris.' Nomen habet ἀπὸ τοῦ ἐν ἁλὶ κυεῖν quod in mari pariat. Unde rectius, opinor, cum antiquis scripseris halcyon, quam alcyon cum aliis, quicquid ex grammaticorum regulis afferant.

[i] *Omnes . . . numeros*] Scilicet unum, duo, tria et quatuor faciunt decem: et quinque, sex, et septem faciunt octodecim; quæ simul collecta viginti octo faciunt.

formatur.[m] Septima autem fere hebdomade, id est, nono et quadragesimo die, totus,' inquit, 'homo in utero absolvitur.' Illam quoque vim numeri hujus observatam refert, quod ante mensem septimum neque masculus[13] neque fœmina salubriter ac secundum naturam nasci potest;[n] et quod hi, qui justissime[14] in utero sunt,[o] post ducentos octuaginta dies,[15] postquam sunt concepti, quadragesima denique hebdomade ita nascuntur. 4. Pericula quoque vitæ fortunarumque hominum, quos climacteras[16][k] Chaldæi appellant, gravissimos quosque fieri affirmat septenarios.[p][17] Præter hoc modum esse dicit summum adolescendi humani corporis septem pedes.[q] Quod esse magis verum arbitramur, quam quod Herodotus, homo fabulator, in primo historiarum, inventum esse sub terra scripsit Oresti[18][l] corpus cubita longitudinis habens septem; quæ faciunt pedes du-

[m] *Figuratur caput et spina dorsi illius qui debet esse sexus virilis.*

[n] *Natus potest vivere juxta naturæ cursum ordinarium.*

[o] *Justissimo temporis spatio.*

[p] *Pariter asserit dies, quos Chaldæi vocant climacteras, formidabiles ob discrimen vitæ et fortunaram quod subeunt homines, esse septenarios.*

[q] *Dicit mensuram maximam humani corporis crescendi esse pedes septem.*

rit.' *Carolus.* *Virile fœtus* habet Delph.—13 Reg. *neque mas.*—14 Idem *justissimo.*—15 '*Ducentos octuaginta dies.* Unde extiterit, ignoro. Sed priores Stephano editi habent *post ducentos septuaginta tres dies* vel *post* CCLXXIII. *dies.* Hunc numerum res ipsa poscit, cum quadraginta hebdomades dierum includantur ducentis et septuaginta diebus, et post eos incipit jam labi prima et quadragesima. Immo sic quoque habet explanata scriptura Regius codex: et Schefferi, et Lincoln. per notas numerorum, cum in Rott. hæc sunt omissa.' *Jac. Gronov.*—16 *Quæ climacteras* Delph.—17 '*Gravissima quæque fieri affirmat septenariis.* Regius et Lincolniensis *gravissimos quosque*, tum *septenarios.* Quam ob rem Salmasius in libro de annis climactericis corrigit: *Periculi quoque vitæ fortunarumque hominum quos climacteras Græci appellant.* Sed quid opus facere *κλιμακτῆρας periculi*, cum ipsa pericula sint *κλιμακτῆρες*, et *κλιμακτῆρες* pericula, ut ipse ibidem docet. In Rot. major pars hujus capitis desideratur.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*gravissimos quosque.* Et mox *septenarios*, pro *septenariis.*' Vulgatas lect. dat Delph.—18 In Ms. Reg.

NOTÆ

[k] *Climacteras*] Numerus *κλιμακτὴρ* ita dicitur, quod ad eum quasi per quosdam gradus devenimus; *κλίμαξ* enim Græcis gradus est: talis est numerus qui e septies septem resultat.

[l] *Oresti*] Orestes Agamemnonis et Clytæmnestræ filius, poëtarum fabulis clarissimus, serpentis morsu periit. Dicitur autem modo Oresti in genitivo sicut Achilli, Ulyssi, &c. modo Orestis, ut Achillis, &c.

odecim et quadrantem:[19] nisi si, ut Homerus opinatus est, vastiora prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum: et nunc, quasi jam mundo senescente,[20] rerum atque hominum decrementa sunt.[1] 5. Dentes quoque et in primis septem mensibus[2] et septenos ex utraque parte gigni ait, et cadere annis septimis, et genuinos annasci annis fere bis septenis.[r] Venas etiam in hominibus, vel potius arterias, medicos musicos[m] dicere ait numero moveri septenario: quod ipsi appellant τὴν διὰ τεσσάρων συμφωνίαν, quæ fit in collatione quaternarii numeri.[s] Discrimina etiam periculorum in morbis majore vi fieri putant[3] in diebus, qui conficiuntur ex numero septenarii:[4] eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, κριτικοὺς ἢ κρισίμους[t n] cuique[5] videri, primam hebdomadam et secundam et tertiam.[u]

[r] *Et anno circiter decimo quarto dentes molares prope alios nasci.*
[s] *Quatuor tonorum symphoniam, quæ fit cum quatuor soni inter se conciliantur.*
[t] *Criticos et decretorios.*
[u] *Septimum diem, decimum quartum, et vigesimum primum.*

Orestis.—19 '*Pedes duodecim et quadrantem.* F. fuit scriptum *pedes XII = =*, id est pedes duodecim et trientem. Aut f. scribendum *pedes X̄S.* nam πῆχυς, pro quo Agellius *cubitum* vertit, sesquipes est.' *Sciopp.*—20 'Non temere est, quod Reg. et Rot. *mundum senescentem.* Vide an abolendum sit bis verbum substantivum, ut habeamus: *nisi, ut Homerus, opinatus est vastiora prolixioraque corpora hominum antiquorum, et nunc quasi jam mundum senescere rerum atque hominum decremento.*' J. F. Gronov.—1 'Primum pro *sunt*, lego *fiunt*: deinde, quod ab interpretibus omissum video, monere haud alienum puto, nimirum in vetustissima editione Veneta an. 1472. pro *decrementa* legi *detrimenta.*' Falster.—2 '*In septem mensibus primis.* Hac serie placuit has voces digestas exhibere ex Ms. Regio, ubi nunc edebant *in primis septem mensibus*, olim *in septem primis mensibus*, ut agnoscas ineptiam.' *Jac. Gronov.*—3 Ascripsit Sciopp. *putat*: quod etiam in Reg. est.—4 Idem cod. *senario.*—5 'Vetustæ edd. *cuiquam.* Regius et Lincoln. tantummodo *cui.* Forte: *κρισίμους εἰς vi-*

NOTÆ

[m] *Medicos musicos*] Fuit alias quoddam genus medicorum, qui musica morbos animi et corporis sanarent. Tradebant illi septenario modo musico venas et arterias subsilire. Ita phreneticos alias curatos tradit Asclepiades medicus. Nec est in Apulia adversus venenatos Tarentulæ morsus præsentius aliud remedium. Sed de his infra in Not. ad c. 13. l. IV.

[n] Κριτικοὺς ἢ κρισίμους] Sic appellant medici dies, quibus de morbo fieri potest judicium, et conjicitur an æger convaliturus sit necne.

Necnon id etiam est ad vim[6] facultatesque[x] ejus numeri augendas, quod, quibus inedia mori consilium est,[y] septimo demum die mortem oppetunt. 6. Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisite, sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula; veluti septem opera esse in orbe terrarum miranda,[7] et sapientes item veteres septem fuisse, et curricula ludorum circensium[o] solennia septem esse, et ad oppugnandas Thebas[p] duces septem delectos.[8] Tum ibi addit se quoque jam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse,[z] et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum conscripsisse:[a] ex quibus aliquammultos,[9] cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse.[b]

[x] *Potestates.* [y] *Qui volunt fame perire.*
[z] *Se pariter attigisse septies duodecim annos.* [a] *Septies septuaginta libros.*
[b] *Quorum aliquos addit non amplius visos fuisse, eversa sua bibliotheca, postquam ejus caput pretio addictum fuisset.*

deri: nempe medicis musicis.' *J. F. Gronov.*—6 Reg. *Neque non id etiam sumit ad vim.*—7 ' Reg. et Lincoln. *in orbe terræ miranda:* nam Rot. finit hoc caput in verbis 'rerum atque hominum decrementa sunt.'' *J. F. Gronov.*—8 '*Ad oppugnandas Thebas duces septem electos.* Non invenio in editis ante Gryphium. Omnes enim ut Reg. et Pal. apud Gebhardum 2. Antiq. 4. *delectos.*' Idem. *Electos* Delph.—9 '*Ex quibus aliquantum.* Ro. Ven. Ald. Vascos. Gryph. *aliquamdiu.* Optime Regius, *aliquam multos.*' J. F. Gron. Ascripsit Sciopp. *aliquam multos.* 'Legitur quoque *aliquos jam diu,* vel *aliquandiu.*' Thys.

NOTÆ

[o] *Ludorum circensium*] Circenses ludi vel a circo dicti sunt in quo exhibebantur, vel ab ensibus in circuitu ita dispositis, ut ignavis gladiatoribus aditus ad fugam præclusus esset.

[p] *Thebas*] Urbs Bœotiæ lapidibus ad fidium concentum aggestis ab Amphione exstructa, ut ferunt fabulæ. Hodie *Stives.*

CAP. XI.

Quibus et quam frivolis argumentis Accius in Didascalicis[a] *utatur, quibus docere nititur Hesiodum esse quam Homerum natu antiquiorem.*

SUPER ætate Homeri[a] atque Hesiodi non consentitur. Alii Homerum quam Hesiodum majorem natu fuisse scripserunt, in quis[b] Philochorus,[b] et Xenophanes: alii minorem; in quis L. Accius[c] poëta et Ephorus[d] historiæ scriptor. Marcus autem Varro, in primo de Imaginibus, uter prior sit natus[10] parum constare dicit; sed non esse dubi-

[a] *Libris qui sunt inscripti Didascalici.* [b] *Inter quos.*

10 '*Uter natus sit prior.* Numquid natu? Ut mox: 'per quæ ostendi putat Hesiodum natu priorem.' Sic enim Reg. et Rot. non solum *ostendit.*' J. F. Gronov. 'At ordo verborum in editionibus est *uter natus prior sit*, cum in Regio legatur *uter prior sit natus*, quem ut Gellianum nunc reposui. Interim in Rott. non legebatur illud *natus.*' Jac. Gronov. *Uter natus prior sit*

NOTÆ

[a] *Super ætate Homeri*] Ut Homeri patriam variæ gentes, sic ætatem diversa tempora quasi sibi vindicant. Troja a Græcis expugnata est anno ante Christum MCLXXXIV. qui est ante U. C. CCCCXXXI. Tradit Herodotus tempus Homerici natalis incidere in annum ab expugnatione Trojæ CLXVIII. Philochorus apud Clementem eum refert ad CLXXX. Euthymenes ad ducentesimum, Apollodorus Atheniensis ad ducentesimum et quadragesimum a Troja capta. Eum alii supparem Trojanis temporibus fecere, ut Dionysius apud Tzetzen. Alii a Troja removerunt tantum octoginta annis, ut Crates Grammaticus apud Clementem et Eusebium: alii centum, ut Eratosthenes: alii centum quadraginta, ut Aristarchus. Haud multo major est Latinos inter scriptores consensio, ut patebit criticis, quibus Cornelii Nepotis, Velleii, Cassii, Plinii, et Gellii nostri dissidentes de temporibus Homericis opiniones expendere libuerit. At quibus tandem præ ceteris habenda fides? iis subscribimus qui Homerum neque remotius ad Trojana, neque ad Olympiadum tempora propius referunt; sed mediam ineunt viam, ac floruisse volunt sub annum ante Christum M. post excidium Trojæ CLXXXIV.

[b] *Philochorus*] Vide Notas in lib. XV. cap. 19.

[c] *Accius*] Tragœdiarum scriptor nobilis floruit anno U. C. DCXIV.

[d] *Ephorus*] Historicus patria Cumæus, Isocratis auditor, quem ait Seneca sæpe decipi, sæpe decipere. Auctor est Diodorus Siculus eum res a Græcis et Barbaris ab Heraclidarum reditu pæne per DCCL. annos gestas et in triginta volumina distributas scripsisse.

um, quin aliquo tempore eodem vixerint; idque ex Epigrammate ostendi,[11] quod in tripode scriptum est, qui in monte Helicone[e] ab Hesiodo positus traditur. Accius autem in primo Didascalico levibus admodum argumentis utitur, per quæ ostendit[12] Hesiodum natu priorem. 'Quod Homerus,' inquit, 'cum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus, non addidit. Quam rem procul,' inquit, 'dubio dixisset, nisi ab Hesiodo jam dictum videretur.[13] De Cyclope[f] itidem,' inquit, 'vel maxime quod unoculus fuit, rem tam insignem non præterisset, nisi æque prioris Hesiodi carminibus vulgatum[14] esset.' 2. De patria quoque Homeri multo maxime dissensum est. Alii Colophonium, alii Smyrnæum, sunt qui Atheniensem, sunt qui Ægyptium dicant fuisse; Aristoteles tradit ex insula Io natum.[15] M. Varro, in libro de Imaginibus primo, Homeri imagini hoc Epigramma apposuit:

'Capella Homeri candida hæc tumulum indicat:
Quod hac Ietæ[16] mortuo faciunt sacra.'[c]
'Επτὰ πόλεις διερίζουσι[17] περὶ ῥίζαν 'Ομήρου·

[c] *Hæc alba capella ostendit sepulcrum Homeri, cui defuncto Ietæ sacrificant in altari.*

Lugd. Bat. Delph.—11 *Ostendit* Delph. *Ostendi* ascripsit Sciopp.—12 Idem ascripsit *ostendi putat.*—13 Rot. et Lincoln. *videret.*—14 Iidem codd. cum Lincoln. *invulgatum.* Etiam Sciopp. ascripsit, et invenit in Ms. Bibliothecæ Pembrocensis Auctor Observationum super Gellio, quæ inter Miscellaneas Observat. in Auctor. veteres et recent. Vol. iv. Tom. 3. editæ sunt.—15 '*Ex insula Io natum.* Τὸ *natum* amandant Reg. et Rot. quorum ille *ex insul cho:* alter, *ex insul co.* Scribe: *sunt qui Ægyptium dicant fuisse, Aristoteles tradit ex insula Io. M. Varro in libro,' &c.* J. F. Gronov. 'In Regio tamen legitur *sunt etiam qui Ægyptium:* qui et cum Lincoln. habet *tradidit:* sed ample hic Lincoln. *tradidit ex Io insula natum in consulatu M.* qualicunque regione certantes augere conetur.' *Jac. Gronov.*—16 '*Quod ara Ietæ mortuo.* Vett. edd. *Quod ariete.* Reg. *Quod aciete.* Rot. *Quod acietem.* Unde belle Salmasius: *Quod hac Ietæ:* nam et in Rott. primæ literæ τοῦ *acietem* superposita est aspiratio.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var. *Quoi ara Ietæ* Delph.—17 ''Επτὰ πόλεις διερίζουσι. Ante Aldum ἐρίζουσι. Reg. et Rot. his Græcis carent. E Pal. profert Gebhardus 2. Antiq. 28. ἐρίζουσι κλυτοῦ περὶ, conjicit

NOTÆ

[e] *Helicone*] Helicon mons in Bœotia Apollini et Musis sacer.

[f] *Cyclope*] Polyphemum indicat hominem immani corporis mole, cui Ulysses oculum, quem media sub fronte latissimum habebat, præusto scipione effodit, ut festive narrat Homerus in Odyssea.

Σμύρνα,[g] Ῥόδος,[h] Κολοφὼν,[i] Σαλαμὶν,[k] Ἴος,[18 l] Ἄργος, Ἀθῆναι.[d]

[d] *Septem urbes contendunt de origine Homeri, Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.*

autem ἐρίσουσι. Posset legi ἐριδαίνουσιν· aut, si retines τὸ κλυτοῦ, quando in editionibus priscis adjecerunt Latine, 'de stirpe insignis Homeri,' placeat, 'Ἑπτὰ πόλεις ἐρίδουσι κλυτοῦ περὶ ῥίζαν Ὁμήρου. Solent enim τῇ Δ ἀντὶ τῆς Ζ abuti.' *J. F. Gronov.*—18 'Quædam edd. habent Χίος. Utrumque recte.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[g] Σμύρνα] Smyrna urbs Ioniæ ab una Amazonum cognomine sic appellata.

[h] Ῥόδος] Urbs in insula ejusdem nominis sita in mari Carpathio.

[i] Κολοφὼν] Ioniæ in Asia Minori urbs, Altobosco *Zardo;* sed Nigro *Belvedere.*

[k] Σαλαμὶν] Urbs insulæ Cypri: Constantia, Stephano teste, postea dicta est *Constanza.*

[l] Ἴος] In insula maris Ægæi cognomine cives, cujus cives Ietæ sunt appellati. Vulgo dicitur *Nio.*

CAP. XII.

Largum[a] *atque avidum bibendi a P. Nigidio doctissimo viro novo et propemodum absurdo*[b] *vocabulo*[19] bibosum *dictum.*

Bibendi avidum P. Nigidius in commentariis grammaticis 'bibacem' et 'bibosum' dicit. 'Bibacem' ego, ut 'edacem' a plerisque aliis dictum lego. 'Bibosum' dictum nondum etiam usquam[c] reperi,[20] nisi apud Laberium; neque aliud est quod simili inclinatu[d] dicatur. Non enim simile est, ut, 'vinosus,' aut, 'vitiosus,' ceteraque, quæ hoc modo dicuntur: quoniam a vocabulis, non a verbis,[1] in-

[a] *Ebriosum.* [b] *Improprie.* [c] *Apud nullum auctorem.* [d] *Derivatione ab alio vocabulo.*

19 'Regius: *Largum atque avidum bibendi P. Nigidio doctissimo viro nova et prope absurda vocabuli figura bibosum dictum.*' J. F. Gronov.—20 '*Bibosus dictum etiam nusquam reperi.* Rot. *bibosum etiam nondum dictum usquam inveni.* Reg. *bibosum dictum nondum etiam usquam reperi.*' Idem. *Nusquam reperi* Lugd. Bat. Delph.—1 Reg. *verbo*, quod etiam ascripsit Sciopp. et præferendum censet Auctor Observat. super Gellio, quæ insertæ sunt Miscellaneis Observat. in Auctor. veteres et recent. Vol. IV. Tom. III. nam ita inve-

clinata sunt.[e] Laberius in mimo (vel primo)[f 2] qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita utitur:

'Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.'[g]

[e] *Derivata sunt.* [f] *In comœdia quidem prima.*
[g] *Mulier non habens turgentia ubera, non vetula, non bibosa, non impudens.*

nit in cod. Biblioth. Pembroc.—2 '*Laberius in mimo vel primo.* Sic jam Ro. et Veneta. Aldus, Vascos. Gryphius, *in mimo libro primo.* Reg. et Rot. *Laberius in mimo, qui Salinator inscriptus est.* Recte igitur Phil. Rubenius ea verba censet adtexta a scriptore hæsitanti *primo* scriberet an *mimo*, Electorum lib. II. 22.' *J. F. Gronov.* '*Vel primo* absunt.' *Sciopp.*

CAP. XIII.

Quod Demosthenes etiam tum adolescens, cum Platonis Philosophi discipulus foret, audito forte Callistrato rhetore in concione populi destitit a Platone, et sectatus est Callistratum.

HERMIPPUS[a] hoc scriptum reliquit, Demosthenem admodum adolescentem ventitare[a] in Academiam,[b] Platonemque audire solitum. Atque is, inquit, Demosthenes domo egressus, ut ei mos erat, cum ad Platonem pergeret,[3] complurisque populos concurrentis videret,[4] percontatur[5] ejus rei causam, cognoscitque currere eos auditum Callistratum.

[a] *Sæpe venire.*

3 'Sic transferenda censuit Ranchinus Var. Lect. Lib. I. c. 3. *Demosthenes domo egressus, cum ad Platonem pergeret, ut ei mos erat.* Sed nihil ista mutatione opus. Tolle potius virgulam: *ut ei mos erat cum ad Platonem pergeret.*' Otho.—4 Scribendum monet H. Steph. *compluresque e populo concurrentis viderit.* Vid. Not. Var. Ita quoque corrigit Ranchinus.—5 Ita Reg.

NOTÆ

[a] *Hermippus*] Is est, quantum conjicere licet Hermippus Smyrnæus Ptolemæi Philopatoris temporibus suppar, cujus Athenæus et Laërtius passim mentionem faciunt: floruerit itaque circa annum ante Christum CCXII.

[b] *Academiam*] Academia locus arboribus consitus ab Athenis mille passus distans, ubi Plato aliique philosophi maximo discipulorum concursu ludum aperuere.

Is Callistratus Athenis orator in republica fuit.[6] Illi δημαγωγοὺς b e appellant.[7] Visum est c paulum devertere,[d] experirique an ad digna auditu tanto properatum studio foret. Venit, inquit, atque audit Callistratum nobilem illam τὴν περὶ Ὠρωποῦ δίκην e dicentem: atque ita motus et demulctus[f] et captus est, ut Callistratum jam inde sectari cœperit; Academiam cum Platone reliquerit.

b *Populi ductores.* c *Eos qui ab aliis dicuntur oratores.*
d *Aliquantum digredi de via.*
e *De Oropo quæ urbs est Macedoniæ causam.* f *Delinitus.*

et Rot. vulg. *percunctatur.*—6 'Reg. *oratorum unus fuit.*' J. F. Gronov. 'Quod nempe in ora libri sui notavit Lambecius; sed nemo alius vidit.' *Jac. Gronov.*—7 'In illis verbis: *Illi, quam δημαγωγοὺς appellant*, vitium sedet. Dele *quam*, et pro virgula punctum substitue.' *Carolus.*

NOTÆ

e Δημαγωγοὺς] Non omnes passim oratores in Atheniensi Rep. vocabantur δημαγωγοί, sed ii tantum, quorum erat tanta dicendi vis, ut ad nutum animum populi possent inflectere.

CAP. XIV.

Dimidium librum legi, *aut,* dimidiam fabulam audivi, *aliaque ejuscemodi qui dicat, vitiose dicere, ejusque vitii causas reddere M. Varronem: nec quenquam Veterum iisce*[8] *verbis ita usum esse.*

'DIMIDIUM librum legi,' aut 'dimidiam fabulam audivi,' vel quid aliud hujusmodi,[9] male ac vitiose dici existimat Varro; 'oportet enim,' inquit, 'dicere dimidiatum librum; non, dimidium: et, dimidiatam fabulam, non dimidiam. Contra autem si sextario hemina a fusa est, non dimidia-

8 Reg. *veterem hisce.*—9 *Quid hujusmodi* Delph.—10 '*Si e sextario hemina*

NOTÆ

a *Sextario hemina, &c.*] Sextarius mensura apud Romanos tam liquidis quam aridis metiendis, amphoræ fuit pars quadragesima octava. Amphora porro tantum capit, quantum vas quoquoversus pedale: hemina autem, quæ et cotula dicitur, sextarii dimidium est. Quatuor sextarii chœni-

tum[10] sextarium fusum dicendum est: et qui ex mille nummum, quod ei debebatur, quingentos recepit, non dimidiatum recepisse dicemus, sed dimidium. At si scyphus,' inquit, 'argenteus mihi cum alio communis in duas partes disjectus[a] sit;[11] dimidiatum eum dicere esse scyphum debeo, non dimidium: argenti autem,[12] quod in eo scypho inest, dimidium meum esse, non dimidiatum.' Disseritque ac dividit subtilissime,[13] quid 'dimidium dimidiato' intersit:[b] et Q. Ennium scienter hoc in annalibus dixisse ait:

'Sicuti si quis ferat vas vini dimidiatum:'

sicuti pars, quæ deest ei vasi,[14] non 'dimidiata' dicenda est, sed 'dimidia.' 2. Omnis autem disputationis ejus, quam subtiliter quidem, sed subobscure explicat, summa hæc est; 'Dimidiatum' est quasi 'dismediatum,' et in partis duas pares divisum. 'Dimidiatum' ergo nisi ipsum quod divisum est dici haud convenit. 'Dimidium' vero est non quod ipsum 'dimidiatum' est, sed quæ ex 'dimidiato' pars altera est. Cum igitur partem libri dimidiam legisse volumus dicere, aut partem dimidiam fabulæ audisse; si 'dimidiam fabulam,' aut 'dimidium librum' dici-

[a] *Divisus.* [b] *Differat a dimidiato.*

fusa est, dimidium, non dimidiatum. Sane ita priores editi, cum tamen Parisina anni 1584. *si a sextario*, in qua vicissim editione, ut et Vascosani, extat vox *dimidium*, quæ in Gryphianis tam anni 1534. quam 1539. non habetur. Vascosanus addidit, et secutus fuit Stephanus, cum in Ms. Regio tantum appareat *si sexturio hemina fusa est, non dimidiatum.* An hic sensus non bene constare potest, si intelligatur sextario hemina affusa vel infusa? ut debuerint præpositionem *a* vel *e* interponere? Immo est dativus, et si sextario sit affusa hemina, tam bene dici debet dimidiatus sextarius fusus, quam si inde tantum fuerit effusum. Itaque delevi ista adscititia et nullum usum afferentia vocabula. Dimidium enim hoc optime intelligitur ex sequentibus.' *Jac. Gronov.* Vulgatam lect. dant Delph. Lugd. Bat.—11 'Lege vel invitis scriptis cum Vascosano, *dissectus*.' J. F. Gronov.—12 Reg. *argentum autem.* —13 '*Disserit ac dividit subtilissime.* Reg. et Rot. *disseritque ac dividit subtilissime.* Jungit enim particula hæc verba cum eo, quod præcessit, 'dici existimat.'' *J. F. Gronov.*—14 'Editiones priscæ *deest a vase:* vel *e non vase.* Lincoln. *ei vase.* Reg. et Rot. *ei vaso.* Recte omnino et antique.' *Idem.*

NOTÆ

ca complent; sex congium, atque sexies congius capit. Hæc et alia inde forsan sextarii nomen quod eum Budæus.

mus, peccamus; totum enim ipsum quod 'dimidiatum' atque divisum est, 'dimidium' dicis. 3. Itaque Lucilius eadem secutus,

'Uno oculo,' inquit, 'pedibusque duobus dimidiatus
Ut porcus:'

et alio loco:

'Quid ni? et scruta[b] quidem ut vendat scrutarius laudat
Præfractam[15] strigilem, soleam improbus[c] dimidiatam.'

Jam in vicesimo[d] manifestius 'dimidiam horam' dicere studiose fugit: sed pro, 'dimidia,' 'dimidium' ponit in hisce versibus:

'Tempestate sua atque eodem uno tempore et horæ
Dimidio, et tribus[16] confectis duntaxat eandem
Et quartam.'

Nam cum obvium proximumque esset dicere:

'et hora
Dimidia tribus confectis:'

vigilate atque attente verbum non probum mutavit.[17] 4. Per quod satis apparet ne 'horam' quidem 'dimidiam' recte dici, sed vel 'dimidiatam horam,' vel 'dimidiam partem horæ.' Propterea Plautus in Bacchidibus[e][18] 'dimidium auri' dicit, non 'dimidiatum aurum.' Item in Aulularia[f] 'dimidium obsonii,' non 'dimidiatum obsonium' in hoc versu:

'Ei adeo obsonii hinc[19] jussit dimidium dari.'

[c] *Fallax laudat.* [d] *Libro.* [e] *In comœdia quæ inscribitur Bacchides.*
[f] *Comœdia Plauti.*

Vaso ascripsit Sciopp.—15 Antiquissima ed. Veneta *Perfractam*.—16 '*Et horæ Dimidio, tribus.* Reg. Lincoln. Rot. *Dimidio et tribus confectis.* Item post paulo, *nam cum obvium esset dicere, Dimidia et tribus confectis*, iidem.' *J. F. Gronov.* 'Sane illud *et tribus* legebatur in prioribus editis, unde nuperi prave expulerunt. Mox etiam Reg. *Ac* vel *At quartam*.' Jac. Gronov.—17 Reg. et Rot. *vitavit*.—18 Scripti *Plautus quoque in Bacchidibus*.—19 Ascripsit

NOTÆ

[b] *Scruta*] Scruta vocantur attritæ usu vestes, refixi clavi, et omnia quæ detrita minore pretio venduntur.

In Menæchmis[g] autem 'dimidiatum diem,' non 'dimidium,' in hoc versu:

'Dies quidem jam ad umbilicum dimidiatus mortuu'st.'[h]

5. M. Cato[20] in libro, quem de agricultura conscripsit: 'Semen cupressi serito crebrum, ita uti linum seri solet. Eo cribro terram insternito,[1] dimidiatum digitum.[i] Jam[2] id bene tabula aut pedibus aut manibus complanato.' 'Dimidiatum' autem, inquit, 'digitum,' non, 'dimidium.' Nam digiti quidem 'dimidium,' digitum autem ipsum 'dimidiatum'[3] dici oportet. Item M. Cato de Carthaginiensibus ita scripsit: 'Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumposuerunt. Ita interfecerunt.' Neque quisquam omnium, qui probe locuti sunt, his verbis secus, quam[4] dixi, usus est.

[g] *Comœdia Plauti.*
[h] *Nunc quidem dies ad meridiem progressus media parte periit.*
[i] *Sparge super terram ad altitudinem medii digiti.*

Sciopp. *hic.*—20 Hic iterum scripti *M. etiam Cato.*—1 '*Eo crebro terram insternito dimidiatum digitum. Jam id bene.* Quæ nunc tractamus exemplaria Catonis, præferunt: *Eo terram cribro incernito, altum digitum transversum: eam terram tabula aut pedibus complanato,*' cap. 49. Utcumque autem quædam horum non inspecto libro ex memoria fallente facile sic edidisse Auctor possit videri, tamen Reg. et Rot. ostendunt eum non mutasse, *Eo cribro terram incernito.*' J. F. Gronov. *Incernito* ascripsit Sciopp.—2 '*Digitum. Jam* abest vox postrema.' *Idem.*—3 '*Digitum autem dimidiatum.* Stephanus omisit *ipsum*, idque probatur ab secutis editionibus, cum tamen Ms. Regius *digitum autem ipsum dimid.* ut fuit olim in editis, quod idcirco restitui.' *Jac. Gronov.* Τὸ *ipsum* non habent Lugd. Bat. Delph.—4 Reg. et Rot. *sequius quam.*

CAP. XV.

Extare[a] in literis perque hominum memorias traditum,[b] quod repente multis mortem attulit gaudium[a] ingens insperatum, interclusa anima[c] et vim magni novique motus non sustinente.

COGNITO repente insperato gaudio expirasse animam re-

[a] *Scriptum esse.* [b] *Et nos scire traditione hominum.* [c] *Impedita respiratione.*

fert Aristoteles philosophus Polycritam[5] [b] nobilem fœminam Naxo[d] [6] insula. Philippides[c] quoque comœdiarum poëta haud ignobilis, ætate jam edita,[e] [7] cum in certamine poëtarum præter spem vicisset, et lætissime gauderet; inter illud gaudium repente mortuus est. De Rhodio etiam Diagora celebrata historia est. 2. Is Diagoras tres filios adolescentes habuit, unum pugilem,[d] alterum pancratiasten,[e] ter-

[d] *Oriundam e Naxo.* [e] *Provecta.*

5 Fulv. *Policritan.*—6 Vulgo *e Naxo.*—7 'Sic omnes libri. Lipsius cum fatetur se ignorare an vocis *edita* vis hæc sit, et subjicit *exita*, passus est aliquid humani. Neque opus τῷ *media* Scioppii. Est enim *edita*, quæ Ciceroni 'acta decursaque, provecta et decrepita, confecta,' eidemque et Livio 'exacta.' *J. F. Gron.* 'Unde etiam patet audiri non debere illum, qui cum scripsisset edi vulgo *ætate jam edita*, inde subjicit se levissima et fere nulla mutatione formare *vieta.* Editur enim sic vulgo, sed caste et ex fide optima codicum Mss. qui manum Gellii servant; ut error et contumacia plane sit vel levissimum quid in eo mutavisse; utique vietam ætatem Gellio non placuisse colligas satis ex XIII. 2. Et lndit Phil. Carolus, cum censèt non male etiam legas *ætate jam exacta.* Nec enim agitur, ut appareat quid non male etiam legas, sed quid Gellius dederit.' *Jac. Gronov.* 'Conjiciebam *effœta.* Suspicabar nempe istam aberrationem evenisse ex facili pronoque lapsu exarantium *eteta*, aut *edeta*, unde tandem istud *edita* in omnes promanaverit codices. Puto meum propius accedere ad invulgatum *edita*, quam Gisb. Cuperi *vieta* ex Observat. lib. II. cap. 20. quem Jac. Gronov. supra tecto nomine reprehendit. Gasp. Scioppii *media* ex Suspect. Lection. lib. V. Ep. 19. prima fronte quidem aliquam speciem veri habet; sed tamen ea de causa rejicitur merito,

NOTÆ

[a] *Mortem attulit gaudium*] Enimvero gaudium ita diffundit spiritus, ut cor omnino destituant: ex adverso ita colligit tristitia, ut idem cor opprimatur. Quod autem ex gaudio plures mortem oppetant quam ex tristitia, ex eo fit, quod confluentem spirituum copiam cor perpetuo motu possit repellere, dissipatam autem ad se attrahere non valeat.

[b] *Polycritam*] Polycrita e Naxo fuit, quæ est Ægæi maris insula. Cum Naxios inter et Milesios bellum arderet, ut refert Plutarchus, ipseque hostis Diognetus maximas e Naxiis prædas ageret, Polycritam cepit, quæ captiva suos occulte monuit, quo tempore Milesii ad pugnam futuri essent imparati. Dicta die erumpunt Naxii, vincunt, victoriæ laus omnis in Polycritam refunditur, quæ tantis impar lætitiis expiravit. Plutarch. lib. de Virtut. Mulier.

[c] *Philippides*] Poëta Græcus, Atheniensis, cujus non nisi aliquot fragmenta variis in scriptoribus supersunt. Fabulas, ut refert Suidas, edidit XLV. Claruit Olymp. CXI. ante Christum CCCXXXVI.

[d] *Pugilem*] Pugiles erant qui cum alibi, tum in ludis Olympicis decertabant pugnis aut cæstibus: cæstus autem erant involucra ex tergoribus bubulis facta, quibus extremam brachii partem ad validiores ictus infligendos tegebant.

[e] *Pancratiasten*] Erant Pancratiastæ qui famosis quinque pugnandi ge-

tium luctatorem:[f] eosque omnes vidit vincere coronarique Olympiæ[g] eodem die:[8] et cum ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis, saviarentur,[f] cumque populus gratulabundus flores undique in eum jaceret; ibi in stadio,[9] inspectante populo, in osculis atque in manibus filiorum animam efflavit. 3. Præterea in nostris annalibus scriptum legimus, qua tempestate apud Cannas[h] exercitus populi Romani cæsus est, anum matrem nuntio de morte filii allato, luctu atque mœrore affectam esse, sed is nuntius non verus fuit; atque is[10] adolescens non diu post ex ea pugna in urbem rediit: anus, repente filio viso, copia atque turba et quasi ruina incidentis inopinati gaudii oppressa exanimataque est.[g]

[f] *Oscularentur.* [g] *Eam abundantia et ubertas lætitiæ improvisæ, quasi ruina incidens obruit et occidit.*

quod sententiæ Gellii plane repugnet.' *Otho.*—8 Ita Reg. et Rot. vulgo *eodem Olympiæ die.* Codd. iidem cum Fulv. et Lincoln. *eos omnes:* non *eosque.*—9 'Quatuor Mss. *ibidem in stadio.*' J. F. Gronov. *Ibidem* ascripsit Sciopp.—10 'Dele cum Regio posterius *is.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

neribus, lucta, saltu, cursu, disco, et pugilatu certabant. ἀπὸ τῶν πάντων κρατῶν ita dicti sunt, quod iis omnibus esset viribus enitendum.

[f] *Luctatorem*] Luctatores nudi et oleo peruncti ad terram sese affligere summo totius corporis nisu certabant. Ab iis spectaculis mulieres lex et pudor arcebat.

[g] *Olympiæ*] Olympiæ quæ urbs est in Elide, ludi quinto quoque anno in honorem Jovis Olympii celebrandi, ab Hercule primum, tum ab aliis, denique ab Iphito sunt instituti, anno ante Christum DCCLXXVII. atque ab illis temporibus certum aliquid in Græcorum historia incipimus habere. Olympia nunc *Langanico* dicitur in provincia *Belvedere* appellata. Vide Notas in cap. 1. lib. I.

[h] *Apud Cannas, &c.*] In insigni illa Romanorum clade an. U. C. DXXXVIII. ante Christum CCXVI. cæsa sunt ab Hannibale XL. millia Romanorum. In his Consul, senatores LXXX. equitum tanta multitudo, ut annulorum aureorum modius Carthaginem mitteretur. *Polybius, Livius, Florus, &c.*

CAP. XVI.

Temporis varietas in puerperiis[a] *mulierum quænam sit et a medicis et a philosophis tradita: atque inibi poëtarum quoque veterum super eadem re opiniones: multaque alia auditu atque memoratu digna; verbaque ipsa Hippocratis medici ex libro illius sumta, qui inscriptus est* περὶ τροφῆς.[b]

Et medici et philosophi illustres de tempore humani partus quæsiverunt, πόσος ὁ τῆς τῶν ἀνθρώπων κυήσεως χρόνος:[c] et multa opinio est, eaque jam pro vero recepta, postquam mulieris uterus conceperit semen,[11] gigni hominem septimo rarenter, nunquam[12] octavo, sæpe nono, sæpiusnumero decimo[13] mense; eumque esse hominem gignendi summum finem, decem menses non inceptos, sed exactos.[d] Idque Plautum veterem poëtam dicere videmus in comœdia Cistellaria his verbis:

'tum illa quam compresserat,[e]
Decumo post mense[14] exacto hic peperit filiam.'

2. Hoc idem tradit etiam Menander poëta vetustior, humanarum opinionum vel peritissimus. Versus ejus[15] super ea re de fabula Plocio posui:

Γυνὴ κυεῖ δεκάμηνος.[f]

[a] *Tempore pariendi.* [b] *De alimento.*
[c] *Quantum sit hominum gestationis in utero tempus.*
[d] *Et decem menses non inceptos, sed absolutos, esse maximum terminum pariendi hominem.* [e] *Fecerat gravidam.* [f] *Mulier parit decimo mense.*

11 '*Postquam mulieris uterus semen conceperit.* Hoc ordine verborum Reg. et Rott. sed uterque præterea, *uterum*. Quod correxerunt, quibus observatum aut in memoria non erat, Veteres 'Uterum' et 'Uterus' dixisse, ut ex Plauto et Turpilio notavit Nonius.' *J. F. Gronov.*—12 Jo. Meursius *nonnunquam*. Scripti vulgatum confirmant.—13 '*Sæpenumero decimo.* Reg. Lincoln. Rot. *sæpius numero*, ut Carrio fecit, et Stephanus edidit. Cujus etsi exemplum nunc in mundo non est, non tamen dubitamus, quin ex antiquiore aliquo hanc formam vocabuli hauserit. Mox etiam scripsisse censeo: *eumque esse hominum gignendi summum finem.* Sic enim et alibi loquitur.' *J. F. Gron.*—14 '*Decimo post mense.* Reg. et Rot. *Decumo*. Sic et infra Regius *Nona, Decuma, Morta*.' J. F. Gronov. 'Ita jam edidit Vascosanus, etiam Parisina anni 1584. Itaque cur non restitueretur? Sed et bis infra tuetur hanc scripturam ille prior codex *nono atque decumo mense*, et loco jam citato.' *Jac. Gronov.*—15 '*Versus ejus.* Nescio sane an Gellius de frusto hoc Menandri loquens ex ejus Plotio dicere possit; 'Versus ejus posuit.' Quare mihi sus-

Sed noster Cæcilius, cum faceret eodem nomine et ejusdem argumenti comœdiam, ac pleraque a Menandro sumeret; in mensibus tamen genitalibus nominandis,[g] non prætermisit octavum, quem præterierat Menander. Cæcilii versus hice sunt:[16]

'Insoletne mulier decimo mense parere?
Pol nono, etiam septimo, atque octavo.'[h 17]

3. Eam rem Cæcilium non inconsiderate dixisse, neque temere a Menandro atque a multorum opinionibus descivisse M. Varro uti credamus facit. Nam mense nonnunquam octavo editum esse partum in libro quartodecimo rerum divinarum scriptum reliquit: quo in libro etiam undecimo mense aliquando nasci posse hominem dicit; ejusque sententiæ, tam de octavo quam de undecimo mense, Aristotelem auctorem laudat.[i 18] Sed hujus de mense octavo dissensionis causa cognosci potest in libro Hippocratis,[a] qui inscriptus est περὶ τροφῆς,[k] ex quo libro verba hæc sunt: ἔστι δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ὀκτάμηνος γένεσις.[l 19] 4. Id tam[20] obscure atque præcise tamque adverse[m 1] dictum Sabinus medicus,

[g] *Partui destinatis.* [h] *An solet mulier parere decimo mense? Certe solet nono, &c.* [i] *Citat.* [k] *De alimento.* [l] *Est vero et non est octo mensium partus.* [m] *Breviter et repugnanter.*

picio est, aut Gellium plura adduxisse, aut legendum esse, *Verba ejus super ea re, &c.* Ceterum Westerhovius ad Terent. Adelph. III. 4. 29. ambigere videtur utrum hæc verba Menandri sint, an non. Recte: scivit enim tantummodo, Francisc. Fabricium et Farnabium ea ipsi attribuisse. Sed unde versus Cæcilii agnovit? certe non ex auctoritate Gellii. Secutus videtur rivulos, fontes præteriens.' *Otho.*—16 '*Versus hice sunt.* Olim hæc edebantur *hi sunt.* Stephanus dedit, ut modo citavi. Postea ediderunt *hicce sunt.* Ms. Reg. habet *hisce sunt*, ut et Lincoln. Manus dare oportuit Stephano, ut fecimus libentes.' *Jac. Gronov.*—17 Reg. Rot. Lincoln. *Pol noneque, etiam septimo et octavo.*—18 Vulg. *Aristotelem laudat auctorem.*—19 Lugd. Bat. Delph. γένησις.—20 Ascripsit Sciopp. τὰ ὀκτάμηνα *id tamen.*—1 'Reg. Rot. et Lincoln. *tanquam.* Sed id recte mutatum, et illa particula ab hoc loco prorsus aliena est.' *J. F. Gronov.* 'Sed equidem hoc *tanquam* recte

NOTÆ

[a] *Hippocratis*] Medicorum princeps Hippocrates in insula Co natus est, ut tradit Histomachus, anno I. Olymp. LXXX. scilicet ante Christum CCCCLX. obiit apud Larissæos, quo ætatis anno vix constat: tradunt alii nonagesimo, alii octogesimo quinto, alii centesimo quarto, alii denique centesimo nono. *Soranus.*

qui Hippocratem commodissime commentatus est, his verbis enarravit: ἔστι μὲν φαινόμενα ὡς ζῶα μετὰ τὴν ἔκτρωσιν. οὐκ ἔστι δὲ, ὡς θνήσκοντα μετὰ ταῦτα. καὶ ἔστιν οὖν φαντασίᾳ μὲν παραυτίκα ὄντα, δυνάμει δὲ οὐκ ἔστι.[n] Antiquos autem Romanos Varro dicit non recepisse hujuscemodi quasi monstruosas raritates;[2] sed nono mense aut decimo, neque præter hos aliis partionem mulieris secundum naturam fieri existimasse:[o] idcircoque eos nomina Fatis tribus[b] fecisse[3] a pariendo et a nono atque decumo mense. Nam 'Parca,' inquit, 'immutata litera una a partu nominata: item Nona et Decima a partus tempestivi tempore.' 5. Cæsellius autem Vindex in lectionibus suis antiquis, 'Tria,' inquit, 'nomina[4] Parcarum[c] sunt, Nona, Decuma, Morta,' et versum hunc Livii antiquissimi poëtæ ponit ex Ὀδυσσείᾳ:[d]

'Quando dies adveniet, quem profata[p] Morta est?'

[n] *Apparent quidem ut viventia post abortum, non sunt autem, utpote morientia statim. Et sunt quidem nunc imaginatione, potestate vero non sunt, quia non possunt vivere.*

[o] *Credidisse naturaliter accidere partum fœminæ.* [p] *Determinavit.*

se habere puto, ut hoc Hippocratis dictum Noster non vere sibi repugnans dicat, sed quod tantummodo sic videatur. Præterea addo ante *tanquam* conjunctionem *et*, ex ultima litera præcedentis, et prima sequentis verbi, sic: *præcise et tanquam adverse dictum.*' Otho. *Tanquam* legendum censet Lambecius, et ascripsit Sciopp.—2 Legendum monet Falster. Trillero suadente, *menstruosas raritates.*—3 '*Nomina Parcis tribus fecisse.* Quatuor Mss. *nomina Fatis tribus:* quod Salmas. ad Solinum jam ex Regio produxit. Nos eandem vocem restituimus Martiano Capellæ lib. I.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—4 '*Tria inquit nomina.* At in Ms. Regio est *tria sinequod nomina*, quasi sensum verbi hujus putaret retroagendum ex inferiore verbo '*ponit*.' Quid la-

NOTÆ

[b] *Fatis* [*Parcis*] *tribus*] Parcas vulgo putant sic appellatas per antiphrasin, quod nemini parcant. Varro, cui suffragatur Gellius, a partu quem vel felicem vel infaustum conferunt nascentibus vocatas censet. Sed fortassis verior fuerit Julii Scaligeri conjectura, qui Parcas a parcendo dictas opinatur. Una enim tantum, ut observat, dicitur filum incidere: duæ vero, altera vitam dare, altera vitæ tractum continuare. A pluribus igitur fit nominatio. Quin tertia quoque parcit; sustinet enim aliarum opus quoad Fatorum jussibus pareat.

[c] *Tria, inquit, nomina Parcarum, &c.*] Alio nomine dicuntur poëtis Clotho, Lachesis, et Atropos, quæ nendo ducebant hominum vitam. Filum ex colo deducebat Lachesis, ut fabulantur, glomerabat Clotho, Atropos secabat.

[d] Ὀδυσσείᾳ] Livius Andronicus Latinorum antiquissimus poëta Odys-

Sed homo minime malus [q] Cæsellius 'Mortam' quasi nomen [5] accepit, cum accipere quasi Mœram [e] deberet. Præterea ego de partu humano, præterquam quæ scripta in libris legi, hoc quoque venisse usu Romæ comperi: Fœminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, in undecimo mense, post mariti mortem, peperisse; factumque esse negotium [6] propter rationem temporis, quasi marito mortuo postea concepisset, quoniam decemviri [f] in decem mensibus [7] gigni hominem, non in undecimo scripsissent: sed divum Hadrianum, [g] causa cognita, decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse; idque ipsum ejus rei decretum nos legimus. 6. In eo decreto Hadrianus id statuere se dicit requisitis veterum philosophorum et medicorum sententiis. Hodie quoque in satira forte M. Varronis, [8] quæ inscribitur 'Testamentum,' legimus verba hæc: 'Si quis mihi filius unus pluresve in decem mensibus

[q] *Vir simplex.*

teat, ambigo. An voluit *Tria sanequam nomina?*' Jac. Gronov.—5 '*Quasi nomen.* Scilicet mortis. Nonnulli quoque, teste Badio, ita legerunt, *Mortam quasi mortem accepit, cum accipere quasi μοῖραν deberet.* Alii sic, *mortam quasi nomen* (scil. unius Parcarum) *accepit, cum accipere quasi mortem deberet.*' Thys. —6 'Videtur Auctor scripsisse: *factumque ei negotium.*' J. F. Gronov.— 7 *In decimo mense gigni.* Mss. *in decem mensibus*, ut Carrio et Stephanus.— 8 '*In Satira M. Varronis.* Reg. et Rot. *Hodie quoque in satura forte M. Varronis.* Et habent τὸ *forte* editiones ante Carrionem et Stephanum.' *J. F. Gro-*

NOTÆ

seam scripsit poëma epicum: 'primus,' inquit Cicero in Bruto, 'fabulam docuit anno ipso antequam natus est Ennius: post Romam conditam autem quartodecimo et quingentesimo.' Is est ante Christum CCXL.

[e] *Mœram*] Mœra una e tribus Parcis secundum Cæsellium, cui Gellius astipulatur: ἀπὸ τῆς μοίρας sive fato nomen habuit.

[f] *Decemviri*] Hi supremum olim in Repubt. magistratum loco Consulum gessere, adeoque ferendis duodecim tabularum legibus summo imperio præfuere. De quibus jam egimus in Notis ad leges duodecim tabularum lib. I. c. 12.

[g] *Divum Hadrianum*] Hadrianus ex Hispania oriundus Trajani successor imperare cœpit anno post Christum CXVII. vel, ut aliis juxta vulgarem epocham videtur, CXIX. Obiit anno ætatis LXXII. Christi CXXXVIII. qua ætate florebat Gellius. Porro Divus appellatur more Cæsarum qui primis temporibus Divi quasi Dii ab adulatoribus consecrabantur. *Xiphilin. Spartian.*

genuntur;[r] [9] ei si erunt ὄνοι λύρας,[s] [h] exhæredes sunto: quod siquis undecimo mense, κατ' Ἀριστοτέλη,[t] natus est; Accio idem quod Titio jus esto apud me.' Per hoc vetus proverbium Varro significat, sicuti vulgo dici solitum erat de rebus inter se [10] nihil distantibus, 'idem Accii quod Titii:' [11] ita pari eodemque jure esse in decem mensibus natos et in undecim. 7. Quod si ita, neque ultra decimum mensem fœtura mulierum[u] protolli potest; quæri oportet, cur Homerus scripserit Neptunum dixisse puellæ a se recens compressæ:[x]

> Χαῖρε γυνὴ φιλότητι· περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
> Τέξεις ἀγλαὰ τέκν', ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ
> Ἀθανάτων.[y]

Id cum ego ad compluris grammaticos attulissem; partim eorum disputabant Homeri quoque ætate, sicuti Romuli, annum fuisse non duodecim mensium, sed decem: alii convenisse Neptuno majestatique ejus dicebant, ut longiore tempore fœtus ex eo grandesceret: alii alia quædam nugalia.[z] Sed Favorinus mihi ait περιπλομένου ἐνιαυτοῦ non confecto esse anno, sed affecto.[a] In qua re usus verbo est non vulgariæ significationis. 'Affecta' enim, sicuti M. Cicero et veterum elegantissimi locuti sunt, ea proprie dicebantur, quæ non ad finem ipsum, sed proxime finem [12] progressa deductave erant. 8. Hoc verbum ad hanc sententiam in

[r] *Gignuntur.* [s] *Asini ad lyram; non fruantur hæreditate.*
[t] *Secundum Aristotelem.* [u] *Graviditas.* [x] *Factæ gravidæ.*
[y] *Gaude nunc amore, revoluto autem anno paries pulchros filios, quoniam non inanes sunt concubitus immortalium.* [z] *Afferebant.* [a] *Provecto.*

nov. *Forte* non habent Lugd. Bat. Delph.—9 'Antiquo modo locutus est, pro *gignuntur.*' Thys. 'Si modo constiterit Stephano, illisve qui sic mutarunt, fides calami Gelliani. Nam in prioribus editionibus habetur *gignuntur*, quod extat etiam in Regio et Rottendorff.' *Jac. Gronov.*—10 Ascripsit Sciopp. *inter sese.*—11 Reg. *Atti quod Teti*, et supra *Atcio idem quod Tecio.*—12 *Proxime fini.* Sic Ro. Ven. Gryphii. At Mss. Aldus,

NOTÆ

[h] Ὄνοι λύρας] Subaudi ἀκροαταί. Asini auscultatores lyræ. Hoc proverbium aptissime quadrat in eos, qui propter imperitiam nullo sunt judicio præditi.

Ciceronis oratione fuit, quam[13] dixit de provinciis consularibus. Hippocrates autem in eo libro de quo supra scripsi, cum et numerum dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur,[b] et tempus ipsius partionis nono aut decimo mense definisset, neque id tamen semper eadem esse fini [c] dixisset, sed alias ocyus fieri, alias serius; hisce ad postremum verbis usus est: *γίνεται δὲ ἐν τούτοις καὶ πλείω καὶ ἐλάσσω καὶ ὅλου κατὰ μέρος,*[14] *καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλείω πλειόνων, καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων.*[d] Quibus verbis significat quod aliquando ocyus fieret, non multo tamen fieri ocyus; neque quod serius, multo serius.[e][15] Memini ego Romæ accurate hoc atque solicite quæsitum, negotio non rei tunc parvæ postulante, an octavo mense infans ex utero vivus editus et statim mortuus jus trium liberorum[i] supplevisset;[f] cum abortio quibusdam, non partus, videretur mensis octavi intempestivitas.[g] Sed quoniam de Homerico annuo partu ac de undecimo mense diximus quæ cognoveramus; visum est non prætereundum quod in Plinii Secundi[k] libro septi-

[b] *Semen formam accipit.* [c] *Eundem habere terminum.*
[d] *Nascuntur autem in his et plures et pauciores: et ex toto per partes, et dicimus quidem plures pluribus, et pauciores paucioribus.*
[e] *Neque accidere multo tardius, id quod accidebat tardius.*
[f] *Potuisset dare parenti.* [g] *Partus mensis octavi, qui accidit extra tempus.*



Vascos. *proxime finem.*—13 'Rot. *sententiam Cicero in h' fuit quam.* Lincoln. *sent. Cicero in hoc fuit.* Reg. *sententiam Cicero in hoc fecit.* Fortassis: *Hoc verbum ad hanc sententiam Cicero in hac posuit, quam dixit de provinciis consularibus.* Quis enim non intelligit, τὸ 'in hac' requirere 'oratione?' Nisi mavis *fecit*: nec 'facere verbum' minus videtur dici posse quam 'facere verba.' Cogitabam etiam aliquando: *Cicero adhibuit, cum dixit.*' J. F. Gronov. 'Minus discesseris a scripta lectione, si legas *Ciceroni inhæsit, cum.*' Jac. Gronov.—14 'Apud Hippocratem extat: *καὶ ὅλον καὶ κατὰ μέρος.* Pro istis autem, *καὶ εἴπομεν δὲ καὶ πλείω πλειόνων καὶ ἐλάσσω ἐλασσόνων,* illic habetur, *οὐ πολλὸν δὲ πλείω καὶ ἐλάσσω.*' *J. F. Gronov.* Ὅλον καὶ ascripsit Sciopp.—15 Idem ascripsit *sepius multo sepius.*

NOTÆ

[i] *Jus trium liberorum*] Qui tres in urbe liberos, vel quinque in Italia, vel septem habebant in provincia, maximis donabantur immunitatibus.

[k] *Plinii Secundi*] Plinius Secundus, sive senior, variæ eruditionis palmam tulit imperante Vespasiano. Erumpentibus e Vesuvio monte flammis oppressus est improvidus novæ rei spectator, Anno post Christum LXXXI. Titi II.

mo naturalis historiæ legimus. 10. Id autem quia extra fidem[h] esse videri potest, verba ipsius Plinii posuimus: 'Massurius auctor est, L. Papirium Prætorem, secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse,[i] cum mater partum[k] se tredecim mensibus tulisse diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi statum[l] ei videretur.' In eodem libro Plinii Secundi verba hæc scripta sunt: 'Oscitatio in nixu[m] letalis est, sicut sternuisse a coitu abortivum.'[n]

[h] *Incredibile.* [i] *Cum secundus hæres juxta legem repeteret bona, adjudicasse contra eum hæreditatem puero nato.* [k] *Infantem in utero.* [l] *Definitum.* [m] *In pariendo.* [n] *Post coitum sternutatio facit abortionem.*

CAP. XVII.

Id quoque esse a gravissimis viris memoriæ mandatum, quod tres libros Plato[16] Philolai Pythagorici et Aristoteles pauculos Speusippi philosophi mercati sunt pretiis fidem non capientibus.

Memoriæ mandatum est[a] Platonem philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse:[b] atque eum tamen tris Philolai[a] Pythagorici libros decem millibus denarium[b] mercatum.[c] Id ei pretium donasse quidam scripserunt amicum ejus Dionem Syracosium.[17] Aristotelem quoque

[a] *Scriptis traditum est.* [b] *Habuisse patrimonium omnino angustum.* [c] *Emisse.*

16 '*Quod tres libros Plato.* Carrio et Stephanus locupletius: *Id quoque esse a gravissimis viris memoriæ mandatum, quod tres libros Plato.* Hoc ne quenquam offendat, sciendum sic legi in codice Regio.' *J. F. Gron.*—17 Sic Reg.

NOTÆ

[a] *Philolai*] Philolaus Crotoniata, philosophus Pythagoricus, affectatæ tyrannidis crimine suspectus moritur. *Laërt.*

[b] *Decem millibus denarium*] Denarius nummus decem, aliquando etiam sexdecim, asses valuit: denarius denum assium assibus tribus nostratibus et semis respondet: igitur decem millia denarium 1750. libris Turonicis possunt æstimari.

traditum libros pauculos Speusippi[a] philosophi, post mortem ejus, emisse talentis Atticis tribus.[d] Ea summa fit nummi nostri HS. duo et septuaginta.[18][e] Timon[f] amarulentus[d] librum maledicentissimum conscripsit, qui Σίλλος[e][19] inscribitur. In eo libro Platonem philosophum, quem dixeramus tenui admodum pecunia familiari fuisse,[20] con-

[d] *Scriptor mordax.* [e] *Sillus.*

et Rot. Vulg. *Syracusanum.* Lincoln. *Syracusum.*—18 'Ms. Regius perinde ut Lincoln. habet *ea summa nummi nostri sestertia duo et* LXX. *milia.* Ubi cum certe ita pateat vocem *milia* ab Gellio venire, etsi scribatur integris literis *sestertia,* videtur ea vox ab scriba venisse, eandem terminationem attribuente, quam videbat esse in *milia,* cum deberet nota HS aut similis explanari *sestertium.* Utique sic non opus integrum vocabulum *milia,* quod extat in antiquis, non sine violentia delere. Sane etiam lib. III. cap. 3. de Pecunia Vetere scribit Pater apud A. Gellium 'tria talenta Attica' explicari 'septuaginta duo millia sestertium.' Et Gelliana exemplaria v. 2. scribunt 'æris nostri summa est sestertia trecenta duodecim,' ut certo scias ab librariis non additum esse *millia,* ubi adesse non oportebat. Nam τὸ *fit* nequaquam requisierim.' *Jac. Gronov.*—19 'Menagius ad Laërtii librum III. occasione Platonis hunc locum recensens obiter injicit se malle Σίλλοί.' *Idem.* 'Sed quid ea mutatione opus sit non video.' *Otho.*—20 'Neque in Regio neque in Rot. neque in Lincoln. visuntur, *quem diximus.* Quare et illa, *tenui admodum pecunia familiari fuisse,* cancellanda existimo, tanquam per imprudentiam librarii, postquam iterum 'Platonem Philosophum' scripsisset, oculis in superiorem partem aberrantibus repetita: qui cum litura maculare scriptum suum noluisset, et hæc supervacua reliquisset, ubi inculcaverat, secutus aliquis audaculus allevit quasi ferrumen illud, *quem diximus,* ut viderentur commodius cohærere iis, quæ præcedunt, quæque sequuntur. Nam *impenso pretio* sane Regius *immenso:* sed retinet *impenso* Rottendorfianus: et id impendio elegantius esse quam alterum, neminem præterit.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[a] *Speusippi*] Speusippus Atheniensis post Platonem scholam rexit annis octo CVIII. Olymp. ante Christum anno CCCXLVIII. vir iracundiæ, avaritiæ, ac voluptati deditus, tristitia confectus ob paralysim dicitur sibi necem attulisse. *Laërt.*

[d] *Talentis Atticis tribus*] Talentum Atticum appendebatur sex drachmarum millibus: singulæ drachmæ denario Romano, id est, tribus assibus et semis nostratibus respondebant. Igitur, cum denarius Romanus quatuor sestertios contineat, talentum Atticum sex denariorum millia complectens, vicies quater mille sestertios, sive viginti quatuor sestertia valebat, quæ summa libras Turonicas ML. conficit. Unde tria ejusmodi talenta ad 3150. libras nostrates revocantur.

[e] *HS. duo et septuaginta*] Sestertium quodlibet ad nostros calculos revocatum XLIII. libras et XV. asses conficit. Septuaginta duo sestertia 3150. libras nostrates.

[f] *Timon*] Timon Phliasius philosophus mordaci carminum genere et dicteriis perstringit e philosophis plurimos. Claruit Olymp. CXXV. annis ante Christum CCLXXX.

tumeliose appellat,[f] quod impenso pretio librum Pythagoricæ disciplinæ emisset, exque eo Timæum[g] nobilem illum dialogum concinnasset.[1] Versus super ea re Timonis hi sunt:

Καὶ σὺ Πλάτων.[2 h] *καὶ γάρ σε μαθητὴν ὁ πόθος ἔσχε.*
Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξαο βίβλον.
Ὅθεν ἀπαρχόμενος γράφειν ἐδιδάχθης.[g]

[f] *Conviciis onerat.*
[g] *Et tu Plato; etenim te discendi desiderium tenuit. multa autem pecunia paucos emisti libros, unde incipiens talia scribere edoctus es.*

Ascripsit Sciopp. '*quem dixeramus* absunt.' 'Etiam Cod. Biblioth. Pembrocens. hæc verba omittere testatur Auctor Observ. super Gellio inter Miscell. Observ. Vol. IV. Tom. 3. Legendum itaque fortassis est: *tenui admodum cum pecunia familiari fuisset:* omissis istis, quæ Mss. non agnoscunt.' *Otho.*—1 '*Quod impenso pretio, &c. continuasset.* Quem non prima facie offendit verbum *continuasset?* Repone ejus loco ex Ms. R. *concinnasset*, et salva res erit. Pro *impenso pretio* Ms. legebat *immenso pretio*.' Lambecius. '*Concinnasset* Reg. Rot. Fulvii codex: et ita conjecit olim Jo. Meursius in Critico Arnobiano et Miscellis. Tum Ἔνθεν ἀπαρχόμενος τοιαῦτα γράφειν ἐδιδάχθης.' *J. F. Gronov.*—2 Vid. inf. et Not. Var. 'Sane illud Τιμαιογραφεῖν etiam confirmat Iamblichus in Nicomachi Arithmeticam p. 148. editus ab avunculo meo Samuele Tennulio. Etiam Henr. Valesius in suo libro annotaverat: 'Scribe, ἠλλάξαο βίβλον, Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς Τιμαιογραφεῖν ἐδιδάχθης' ex Iamblichi libri III. de vita Pythagoræ, qui extat Ms. in Biblioth. Regia. Prousteus tamen soli glandi assuetus ample annumerat suum studium, quo hos versus, scilicet mirum in modum deformatos ac mutilos, correxerit ex H. Stephani conjecturis. Fruatur.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[g] *Timæum*] Timæus Platonis dialogus in quo de rerum natura suam explicat opinionem: nomen habet ab interlocutore cognomine.

[h] *Καὶ σὺ Πλάτων*] Hos versus mirum in modum deformatos ac mutilos correximus ex H. Stephani conjecturis: *καὶ γάρ σε μαθητὴν ὁ πόθος ἔσχε*, quod prius legebatur, mutavimus in *μαθητεύειν*, ἤλλαξας in ἠλλάξαο, ut staret versus hexameter. In tertio versu pro Ὅθεν scripsimus Ἔνθεν; et, cum certum sit ad implendum hujus versus numerum aliquam vocem desiderari, secundum ejusdem conjecturas sane εὐστόχους addidimus τοιαῦτα.

CAP. XVIII.

Quid sint pedarii senatores, *et quam ob causam ita appellati: quamque habeant originem verba hæc ex edicto tralaticio Consulum:* SENATORES. QUIBUS. Q. IN. SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET.

Non pauci sunt qui opinantur 'pedarios senatores' appellatos, qui sententiam in Senatu non verbis dicerent, sed in alienam sententiam pedibus irent.[a] Quid igitur? cum senatusconsultum per discessionem[b] fiebat, nonne universi senatores sententiam pedibus ferebant? atque hæc etiam vocabuli istius ratio dicitur, quam Gabius[3] Bassus in commentariis suis scriptam reliquit. Senatores enim dicit in veterum ætate, qui curulem magistratum[c] gessissent, curru solitos honoris gratia in curiam vehi: in quo curru sella esset, supra quam considerent; quæ ob eam causam 'curulis' appellaretur: sed eos senatores, qui magistratum curulem nondum ceperant, pedibus itavisse[a] in curiam: propterea senatores nondum majoribus honoribus functos[b4] 'pedarios' nominatos. 2. Marcus autem Varro in satira

[a] *Ire solitos esse.* [b] *Qui nondum obtinuerant ampliores magistratus.*

3 Al. *Gavius.*—4 '*Senatores nondum majoribus honoribus functos.* Postremum vocabulum nec in Regio nec in Rot. comparet. Neque adeo dubito, quin abesse possit, atque elegantius subaudiatur: et *Senatores nondum majoribus honoribus* sit dictum, ut noster defendit, 'Ipse Quirinali lituo,' lib. v. 8. Sta-

NOTÆ

[a] *In sententiam pedibus irent*] Primis senatoribus duas in partes divisis, ceteri solebant non voce suam sententiam aperire, sed ad eos se conferebant quorum opinionem amplectebantur, tumque proprie dicebantur pedibus ire in sententiam.

[b] *Senatusconsultum per discessionem*] In rebus levioris momenti senatores non privatim rogabantur sententiam, sed tantum monebat Consul, ut qui hoc vel illud sentiret in hanc vel illam partem discederet. Quod senatusconsultum censebatur fieri per discessionem.

[c] *Curulem Magistratum*] Curules magistratus amplissimi fuere Dictator, Consul, Censor, Prætor, Ædilis curulis, qui sellæ curulis jus habebant.

Menippea, quæ 'Ἱπποκύων'[c] inscripta est, equites quosdam dicit pedarios appellatos: videturque eos significare qui nondum a censoribus in Senatum lecti erant,[d] senatores quidem non erant;[5] sed quia honoribus populi usi quidem erant,[6] in Senatum veniebant et sententiæ jus habebant. Nam et curulibus magistratibus functi, qui nondum[7] a censoribus in Senatum lecti erant, senatores non erant: et, quia in postremis[8] scripti erant, non rogabantur sententias, sed, quas principes[e] dixerant, in eas discedebant. Hoc significabat edictum, quo nunc quoque Consules cum senatores in curiam vocant, servandæ consuetudinis causa tralaticio utuntur.[f] 3. Verba edicti hæc sunt: SENATORES. QUIBUS. Q. IN. SENATU. SENTENTIAM. DICERE. LICET. Versum quoque Laberii,[d] in quo id vocabulum positum est, notari jussimus,[9] quem legimus in mimo,[e] qui 'Scriptura' inscriptus est:[g][10]

[c] *Equi catellus.* [d] *Ascripti inter senatores.* [e] *Primi.*
[f] *Quod aliunde translatum consules adhibent, ut servent morem, cum cogunt senatores in locum publici consilii.* [g] *Comœdia cui titulus est Scriptura.*

---

tim Rot. in *satura Menippea.*' J. F. Gronov.—5 '*In senatum lecti erant, senatores quidem non erant.* Non video causam, cur prius illud *erant* Carrio et Stephanus obtrudant nobis, quod neque in Mss. olimque editis extat, et manifeste turbat orationem.' *J. F. Gronov.* 'Sane olim hic edebatur *in senatum lecti, Senatores quidem non erant* cui bene convenit cum Ms. Rottend. Verum Ms. Reg. habet *in senatum lecti erant, quidem non erant.*' Jac. Gronov.—6 'Tolle τὸ *quidem*, quod item non est in Mss. et inepte hic repetitur.' *J. F. Gronov.* 'Prout sustulit hunc locum citans in Præfatione Tomi I. Antiquitatum Roman. Cl. Grævius, sed, quod miror, non veritus duplicare in præcedentibus τὸ *erant*, quod tam clare est vitiosum.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*quidem* abest.'—7 Idem ascripsit *si nondum*.—8 J. F. Gronov. legit *et qui in p.*—9 'Reg. et Rot. *positum et notarius sumus.* Videntur velle: *Versum quoque Laberii, in quo id vocabulum positum, enotari jussimus.* Puta per anagnosten vel librarium nostrum. Loquitur enim, ut qui dictasset opus suum. Vide quæ supra diximus ad lib. II. cap. 23.' *J. F. Gronov.*—10 Rot. *"qs t'e cure ins. e.* Reg. *Stricturæ inscriptus est.* *Stricturæ* quoque ascripsit

NOTÆ

[d] *Laberii*] Vide Notas in cap. 7. lib. I.

[e] *Mimo*] Mimus, Diomede teste, dicitur ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod 'sermones ac facta cujusque imitetur cum lascivia.' Id nominis convenit tam in poëma quam in auctorem. Deinde quod actores ejusmodi comœdiarum appellentur mimi, nemo nescit.

'Caput sine lingua pedaria[11] sententia est.'[h] Hoc vocabulum a plerisque barbare dici animadvertimus. Nam pro 'pedariis,' 'pedaneos,' appellant.

[h] *Sententia pedariorum senatorum est caput sine lingua.*

Sciopp. Antiquissima Ven. *Scriptor.* Aldus, *Scripturæ.*—11 Reg. *pedarii.* Lincoln. *pedæ.* Ascripsit Sciopp. *pedani.*

CAP. XIX.

Qua ratione Gabius Bassus scripserit, parcum hominem *appellatum, et quam ejus vocabuli*[12] *causam putarit: et contra, quem in modum, quibusque verbis Favorinus hanc traditionem ejus eluserit.*[a]

Apud cœnam Favorini philosophi cum discubitum fuerat, cœptusque erat apponi cibus; servus assistens mensæ ejus legere inceptabat[13] aut Græcarum quid literarum aut nostratium: velut eo die, quo affui ego, legebatur Gabii[14] Bassi eruditi viri liber de origine verborum et vocabulorum. In quo ita scriptum fuit: 'Parcus composito vocabulo dictus est, quasi par arcæ: quoniam sicut in arca[15] omnia reconduntur, ejusque custodia servantur et continentur; ita homo tenax parvoque contentus omnia custodita et recondita habet sicuti arca. Quam ob causam parcus, quasi par arcæ nominatus est.' Tum Favorinus ubi hæc audivit, Superstitiose, inquit, et nimis moleste atque odiose confabricatus commolitusque[b] magis est originem vocabuli Gabius iste Bassus, quam enarravit. Nam, si licet res

[a] *Refutaverit id quod scripserat Gabius.*
[b] *Inepte et fastidiose confinxit et commentus est.*

12 Reg. *quam esse ejus vocabuli.*—13 'Reg. *temptabat* m. p. Rot. *legere tentabat.* Forte *legere cœptabat.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *attemptabat.*—14 '*Gavii,* ut et paulo inferius *Gavius,* pro *Gabius.*' Idem.—15 Auctor Observat. super Gellio, loco sup. memorato, hanc ex Ms. Biblioth. Pembrocens. ut elegantiorem præfert lectionem: *quando sicut in arca.*

dicere commenticias, cur non probabilius videatur ut accipiamus 'parcum' ob eam causam dictum, quod pecuniam consumi atque impendi arceat et prohibeat, quasi 'pecuniarcus.' Quin potius, inquit, quod simplicius veriusque est, id dicimus? 'Parcus' enim neque ab arca, neque ab arcendo sed ab eo quod, est 'parum,' et 'parvum,' denominatus est.

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER IV.

CAP. I.

Sermo quidam Favorini philosophi cum grammatico jactantiore factus in Socraticum modum: atque inibi in sermone dictum, quibus verbis penus *a Q. Scævola definita sit.*

In vestibulo ædium Palatinarum [a] omnis fere ordinum multitudo [1] opperientes [*] salutationem [b] Cæsaris [c] constiterant, atque ibi, in circulo doctorum hominum, Favorino philosopho præsente, ostentabat quispiam grammaticæ rei

[*] *Expectantes.*

1 'Nimium hoc et quantum turbæ ne Cæsareum quidem atrium capiat.

NOTÆ

[a] *Ædium Palatinarum*] Palatinus mons unus fuit e septem Romæ collibus, in quo prima Romæ fundamenta jacta sunt, ubi primum reges, deinde Consules, tum imperatores plerique domum habuere. Hinc domus regiæ et imperatoriæ palatia dicta sunt: nunc præter hortos, rudera et subterraneos fornices nihil ibi superest.

[b] *Opperientes salutationem*] Ab ortu Solis hora prima et altera, salutatores in palatium imperatoris confluebant, ibique in vestibulo expectabant donec in cubiculum interius admitterentur. 'Prima salutantes atque altera continet hora,' inquit Martialis.

[c] *Cæsaris*] Is fuit, ut probabile est, Hadrianus, cujus ætate floruit Favorinus.

scitior[2] scholica quædam nugalia,[b] de generibus et casibus vocabulorum disserens, cum arduis superciliis, vocisque et vultus gravitate composita,[c] tanquam interpres et arbiter Sibyllæ oraculorum.[d] 2. Tum aspiciens ad Favorinum, quanquam ei nondum etiam satis notus esset: 'Penus quoque,' inquit, 'variis generibus dictum et varie declinatum est. Nam et hoc penus et hæc penus, et hujus peni et peneris et peniteris[3] et penoris Veteres dictaverunt.[d] Mundum quoque muliebrem[e] Lucilius in Satirarum sextodecimo non virili genere, ut ceteri, sed neutro appellavit his versibus:

Legavit quidam uxori mundum omne penumque.[4]
Quid mundum, quid non?[5] nam quis dijudicet isthuc?'[f][6]

Atque horum omnium[7] et testimoniis et exemplis constrepebat:[g] cumque nimis odiose sibi placeret, intercessit[h] placide Favorinus, et, jam bone, inquit, magister, quicquid est[8] nomen tibi, abunde multa docuisti, quæ quidem igno-

[b] *Nescio quis grammaticæ magister jactitabat quasdam nugas e schola sua.*
[c] *Elato supercilio et affectata majestate vocis et vultus.*
[d] *Sæpe dixerunt.* [e] *Ornatum fæminarum.*
[f] *Quidam testamento dedit conjugi omne mundum et penum. Quid intelligit per mundum, quid non? Quis hoc discernat?* [g] *Importunus erat.*
[h] *Abrupit ejus sermonem.*

Rectius Reg. et Rot. *omnium fere ordinum multitudo.*' J. F. Gronov.—2 '*Grammaticæ rei doctor.* Quædam edd. *doctior.* Reg. Rot. et Lincoln. *ditier.* Lege, *Grammaticæ rei scitior*, id est, nonnihil supra vulgum peritus.' *Idem.* *Dicior* ascripsit Sciopp. 'Inscitum profecto hoc *scitior* videtur, quod Gronovius ex ingenio in textum intulit, quia in tribus codd. obvium fuit *ditior.* Mihi placet vulgatum et a Stephano atque antiquissimis melioris notæ editionibus receptum, *doctor.*' Falster. Vulgatum quoque dant antiquissima Ven. ed. Lugd. Bat. et Delph.—3 'Notavit Thysius: 'Vet. Ed. *Peniris et penitiris.*' Quod equidem est in Gryphianis etiam, et Parisina 1584. At Vascosanus dedit *penetiris.* Puto interesse, ut scias in codice Reg. legi *penuris*, unde manus secunda fecit *penoris.* Sequentes quinque voces idem codex ignorat, in quibus Gryphiana anni 1534. pro *penoris* habet *penois.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*peneris et peniteris* absunt. Et deinde *penuris*, pro *penoris.*' —4 Idem ascripsit *omne atque penumque.*—5 Vetus ed. Ven. *Quod mundum atque penum?*—6 Ad *quid non? nam quis dijudicet* ascripsit Sciopp. *quid penum? qui dividet.*—7 Vulg. *Atque omnium horum.*—8 'Reg. cum Rottend. *et ambo inquit magister.* Lincoln. *et amabo ne inquit.* Forte: *et, Abunde, inquit, magister, quicquid est nomen tibi, abunde multa docuisti.* Suavis enim et ἐμφατικὴ

NOTÆ

[d] *Sibyllæ oraculorum*] De Sibyllarum oraculis jam dictum est lib. I. in Notis ad cap. 19.

rabamus, et scire haud sane postulabamus. 3. Quid enim refert mea, ejusque quicum loquor, quo genere 'penum' dicam, aut in quas extremas literas declinem; si nemo id non nimis barbare fecerit?[9] Sed hoc plane indigeo addiscere, quid sit 'penus,' et quo sensu[10] id vocabulum dicatur, ne rem quotidiani usus, tanquam qui in venalibus[11] Latine loqui tentant, alia, quam oportet, voce appellem.[i] Quæris, inquit, rem minime obscuram. Quis adeo ignorat 'penum' esse vinum et triticum et oleum et lentem et fabam atque hujuscemodi cetera? Etiamne, inquit Favorinus, milium et panicum et glans[12] et hordeum 'penus' est? sunt enim propemodum hæc quoque ejusmodi. Cumque ille reticens hæreret: nolo, inquit, hoc jam labores,[k] an ista, quæ dixi, 'penus' appellentur. Sed potesne mihi, non speciem[e] aliquam de penu dicere, sed definire genere

[i] *Ut non appellem alio nomine quam oportet, rem qua utimur quotidie, sicut utuntur, qui res venales volunt nominibus Latinis appellare.* [k] *De hoc solicitus sis.*

adverbii repetitio.' *J. F. Gronov.* 'Non videntur tamen illuc conjecturam salubrem dirigere prisca exemplaria; quorum sane Regium vult, *et, amabo, inquit, &c.*' Jac. Gronov. 'Lincolniensis autem videtur vestigia ostendere τῶν *et, amabo bone, inquit.* Nam prima syllaba in *bone* omissa videtur ob ultimam verbi præcedentis.' *Otho.*—9 'Reg. et Rott. membranæ, *fecerimus*, ut se scilicet una ibidem trahat. Poterat autem particula negans abesse: ideo Vascosanus expunxit.' *J. F. Gronov.*—10 'Rursus uterque codex cum Fulviano: *indigeo discere.* Sed et duo priores: *et quo fani.* Non temere est. Facile suspicari, quod et Salmasius exemplari suo ascripserat: *et qua fini id vocabulum dicatur:* hoc est, quousque sensu sese extendat et porrigat, quantum rerum complectatur.' *Idem. Discere* ascripsit Sciopp.—11 'In margine Vossiani codicis *venabulis.*' Thys. 'Talem variam lectionem qui profert, videtur fere ignorasse, quid intelligatur in his venalibus. Sicut certe non intellexisse se ostendit Prousteus, dum interpretatur, *ut non appellem, &c.*' Jac. Gronov. Vid. Interp. sup. Reg. et Rot. *coeptant*, pro *tentant.* V. c. *qui juvenalib.* al. antiquior Ms. *venalib.* Rectissime. Vide Livium lib. XL. cap. 42. de Cumano Prætore, legendum *præcone*, cui a Senatu permissum, ut Latine posset vendere.' *Sciopp.* 'Itaque esset ad Scioppii sententiam *in venalibus* idem, quod *in venditione.* Sed quis unquam sic illa verba accepit? pudeat te, Scioppi, hæc dixisse. Scilicet te latuit, hic *in venalibus* significare inter servos, qui peregre venum agebantur Romam.' *Otho.*—12 Reg. et Rot.

NOTÆ

[e] *Speciem*] Species, ut sentiunt philosophi, est attributum commune multis numero solo differentibus. ex. gr. homo, quæ species est, convenit Platoni, Aristoteli, Socrati, et ceteris, qui dicuntur a logicis habere tantum differentiam numericam. Non quærebat autem Favorinus speciem, sed definitionem penus.

proposito et differentiis appositis[f] quid sit 'penus?' Quæ genera et quas differentias[13] dicas, non hercle, inquit, intelligo. 4. Rem, inquit Favorinus, plane[l] dictam postulas, quod est difficillimum,[14] dici planius. Nam hoc quidem pervulgatum est, definitionem omnem ex genere et differentia consistere. Sed si item mihi præmandere,[m][15] quod aiunt, postulas; faciam sane id quoque honoris tui habendi gratia.[16] Atque deinde ita[17] exorsus est: Si, inquit, ego

[l] *Clare.* [m] *Cibum præmansum in os inserere.*

glandem. Lincoln. *glande.*—13 '*Quid sit penus. Quot sint penus genera et quas differentias.* Sic edebatur, cum Carrio fecit: *Quæ genera et quas differentias.* Scripti, *qui sit penus, quod sint penus et quas differentias.* Lege: *definire genere proposito et differentiis appositis qui sit penus. Quod tu, inquit, genus et quas differentias dicas, non hercle intelligo.* Nam et ubi vulgo τὸ *inquit* ponitur, nempe post *hercle*, in Mss. non apparet.' *J. F. Gronov.* Antiquiss. Ven. *Quot sint penus genera.*—14 '*Rem, inquit Favorinus, plane dicam. postulas quod non est difficillimum.* Reg. et Rot. *dictam* sine τελείᾳ ὑποστιγμῇ, merito probante Lambecio. Quod sequitur, Carrio fecit: nam Ro. Ven. Ald. Vasc. Gryph. *quod difficilius est.* Quatuor calamo exarati, *quod difficillimum est.* Unde extrico: *Rem, inquit Favorinus, plane dictam postulas (quod difficile non est) dici planius.*' J. F. Gronov. '*Plane dicam.* Corruptum hunc et male divulsum locum ita restituo: *Rem, inquit Favorinus, plane dictam postulas (quod est difficillimum) dici planius.* Vide quantum unica litera in sensu valeat, et quam temere et absque ulla ratione in novitiis aliquot Gellii editionibus particula negativa verbis hisce inserta sit.' *Lambecius. Dictam postulas* ascripsit Sciopp. '*Quod non est.* Media vox abest.' *Idem.*—15 'Vulgo male *præmandare.*' Thys. '*Sed si item mihi præmandare.* Erasmus Desiderius: *sed si idem me tibi præmandere,* quod secutus Gryphius. Jos. Mercerus, *si id me tibi præmandare.* Neuter sine magna specie. Regius *sed siste mihi præmandere.* Unde Salmasius: *si ista mihi præmandare.* In Rot. video: *sed si te mihi præmandate.* Alia excerpta: *si ita mihi præmandare.* Equidem 'postulas te mihi præmandare' videtur esse Plautinum. Subscribam Erasmo et ego legamque: *Sed si me tibi præmandere, quod aiunt, postulas.* Vidi qui tentaret: *Sed si idem εἰπεῖν ἀμαθέστερον quod aiunt, postulas.* At ille nimium sibi licere voluit.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *tibi præmandere.* Falsterus legit, *sed si istam tibi præmandi rem q. a. p.* Pro *item mihi* legendum monet Thys. *me tibi.*—16 '*Honoris tui habendi gratia.* Hic idem *moris tui gerendi gratia:* neque enim 'honorem habere' dixisse, nec voluisse Favorinum, sed 'morem gerere' potius. Cur non igitur, *moris tibi gerendi?* nam 'alicui morem gerere' dicimus, non 'alicujus.' Haud videtur tamen sine causa hic offendisse: quanquam vocabulo *honoris* offendi non debebat. Redundat τὸ *habendi.* nam 'honoris tui gratia' vel 'causa' eo sensu quo dicimus alias 'in tuam gratiam, ut tibi morem geram, ut te demerear,' Plauto, Ciceroni, Livio frequens satis.' *J. F. Gronov.*—17 '*Atque deinde ita.* Secundam vocem ignorat Rott. Pro prima Reg. habet *ac,* Lincoln. *at.* Vides vulgatum certe nullo niti. Tu

NOTÆ

f Definire genere p. et differentiis ap.] Definitio est oratio quæ explicat naturam rei. Secundum strictas logicorum regulas, ut sit perfecta, debet constare primo ex genere, quod multis convenit specie differentibus, tum

nunc te rogem uti mihi dicas et quasi circumscribas verbis, quid 'homo' sit; non, opinor, respondeas hominem esse te atque me. Hoc enim, quis homo sit, ostendere est; non, quid homo sit, dicere. Sed si, inquam, peterem ut ipsum illud, quod homo est, definires, tum profecto mihi diceres, hominem esse mortale animal rationis[18] et scientiæ capiens; vel quo alio modo diceres, ut eum a ceteris animalibus omnibus separares. Proinde igitur nunc te rogo, ut, quid sit 'penus,' dicas,[19] non ut aliquid ex 'penu' nomines. 5. Tum ille ostentator voce jam molli atque demissa, Philosophias, inquit, ego non didici nec discere appetivi; et, si ignoro an hordeum ex 'penu' sit, aut quibus verbis 'penus' definiatur, non ea re[n] literas quoque alias nescio.[20] Scire, inquit[1] ridens jam Favorinus, quid 'penus' sit, non ex nostra magis est philosophia quam ex grammatica[2] tua. Meministi enim credo quæri solitum, quid Virgilius dixerit, 'penum instruere'[3] vel 'longam' vel 'longo ordine.' Utrumque enim profecto scis legi solitum. 6. Sed, ut faciam te æquiore animo ut sis;[o] ne illi quidem veteris juris

[n] *Non idcirco.* [o] *Ut faciam te accipere in bonam partem quæ dico.*

elige.' *Jac. Gronov.*—18 'Istud *animal* nec in Reg. nec Rott. nec Lincoln. extat: sicut sequens *animalibus* itidem omittitur in Reg. et Lincoln. In Rott. annotatum nihil est. Videre potes quid ex Cardano attulerit Philipp. Carolus. Etiam Regius, *tu profrcto mihi dic.*' Idem.—19 'Scripti uterque: *ut qui sit penus, dicas*, quemadmodum supra; in Reg. etiam *uti.*' J. F. Gronov.—20 'Notaverat sane ad hæc verba Lambecius: 'Quid voces istæ *ea re* sibi velint, non video. Credo legendum *non propterea literas quoque alias nescio.*' Verum in Emendandis attentior factus itidem notavit: 'retinenda particula *ea re* pro ob eam rem, qua præter ipsum Gellium aliquoties utuntur Lucretius, Cicero, Phædrus.' Quod sane sufficiebat excusando. Nihilominus et Marq. Gudius acer ad Phædri fabulam XI. acerbe satis Lambecii castigandi hanc occasionem arripuit. Verius fuerat Lambecium sibi reliquisse.' *Jac. Gronov.*—1 'Reg. *scire ꝁ inquit.* Quasi vellet, *scire næ inquit.*' Jac. Gronov. 'Minime: hujusmodi enim sigla *enim* significari cognovi, quod hic pro *autem* accipiendum esset admodum eleganter.' *Otho.*—2 Ita Reg. et Rot. Vulg. *quam Grammatica.*—3 Apud Virgilium hodie *struere* legitur.—4 'Reg. *ad demonstrandam*

NOTÆ

ex differentia, quæ nullam in aliam rem transferri possit. Ut in hac definitione, 'homo est animal rationale,' in prima voce, 'animal,' habes genus, quod tam cadit in equum, canem, &c. quæ specie differunt, quam in ipsum hominem. In altera voce 'rationale' differentiam habes, quæ non potest in aliud animal nisi in hominem transferri.

magistri, qui Sapientes appellati sunt, definisse satis recte existimantur quid sit 'penus.' Nam Q. Scævolam,[f] ad demonstrandum 'penum,'[4] his verbis usum audio: 'Penus est,' inquit, 'quod esculentum aut poculentum est.[p] Quod ipsius patrisfamilias,[5] aut liberum patrisfamilias ejusque familiæ, quæ circum eum aut liberos ejus est et opus eorum facit,[6] causa paratum est, ut Mucius ait, penus videri debet.[q] Nam quæ ad edendum bibendumque in dies singulos prandii aut cœnæ causa parantur, penus non sunt: sed ea potius, quæ hujusce generis longæ usionis gratia contrahuntur et reconduntur,[r] ex eo quod non in promtu sint,[s] sed intus et penitus habeantur, penus dicta sunt.'[7] 7. Hæc ego, inquit, cum philosophiæ me dedissem, non insuper tamen habui[t] discere: quoniam civibus Romanis Latine loquentibus rem non suo vocabulo demonstrare non minus turpe esset, quam hominem non suo nomine appellare. Sic Favorinus sermones in genus[u] communes[8] a rebus parvis et frigidis abducebat ad ea, quæ magis utile esset[9] audire ac discere, non allata extrinsecus,

p *Quod potest edi et bibi.*

q *Nam juxta sententiam Mucii, illud debet appellari penus quod paratum est pro patrefamilias, pro filiis patrisfamilias, et pro ejus familia, quæ occupatur ejus aut filiorum ejus causa, et in ministeriis versatur.*

r *Comparantur et reservantur ad diuturnos usus.*

s *Non sint exposita unicuique.* t *Non neglexi.* u *Indeterminate.*

penu. Voluit fortasse mutare genus, ut esset aut *ad demonstrandum penu*, aut *ad demonstrandam penum*, ut erat in Rott. quemadmodum juris consultis, 'De penu legata.'' *J. F. Gronov.* *Ad demonstrandam* ascripsit Sciopp. et dat antiquies. Ven. ed.—5 '*Quod enim ipsius patrisfamilias.* Particula causalis nec in Reg. nec in Rot. nec in Lincoln. est. Dein Rot. *liberum*, ut plerumque malebant. Rursus Reg. et Rot. *patrisfamilias ejus, quam circum eos.* Nec cerno, quid opus sit, *ejusque familiæ*. Scribe igitur: *Quod ipsius patrisfamilias aut liberum patrisfamilias ejus, quæ circum eum aut liberos ejus est.*' J. F. Gronov. *Liberorum* Lugd. Bat. Delph.—6 '*Et opus non facit.* Quorsum hæc verba? Rescribendum ex Reg. *et opus eorum facit.*' Lambecius.—7 'Rot. *ex eo quod non in promtu est, sed intus et penitus habeatur, penus dicta est.* Nec discedere ab hoc Regium et Lincoln. voluisse inde conjicio, quod ex eis excerptum video duntaxat *in promtu est*. Fac igitur et *habetur*.' J. F. Gronov.—8 'Scripti *commune*. Sed recte opinor Mercerus: *sermones id genus communes*. Mox uterque: *quæ magis utile esset*.' Idem.—9 '*Quæ esset magis utile*. Ordinem hunc mutavi ad indicium paternum ex Regio exemplari. A quo etiam,

NOTÆ

f *Q. Scævolam*] De quo diximus in Notis ad cap. 2. lib. III.

non per ostentationem, sed indidem[x] nata acceptaque. 8. Præterea de penu ascribendum hoc etiam putavi, Servium Sulpicium in reprehensis Scævolæ capitibus scripsisse, Cato Ælio[h] placuisse[10] non quæ esui tantum et potui forent, sed thus quoque et cereos in 'penu' esse, quodque esset[11] ejus ferme rei causa comparatum.[y 12] Massurius autem Sabinus, in libro juris civilis secundo,[13] etiam quod jumentorum causa apparatum esset, quibus dominus uteretur, 'penori' attributum dicit.[z] Ligna quoque et virgas et carbones, quibus conficeretur 'penus,' quibusdam ait videri esse in 'penu.' Ex his autem, quæ promercalia[i] et usuaria in locis isdem essent, ea sola esse 'penoris' putat, quæ sint usui annuo.[a 14]

[x] *Ex illis rebus maxime communibus.*
[y] *Seium Ælium existimasse penum dici non solum quæ possent manducari et bibi, sed etiam thus et cereos, et quod esset emtum ad eam rem.*
[z] *Appellatum fuisse penum.* [a] *Destinata.*

perinde ac Rott. offertur *rem non vocabulo demonstrare* omissa voce *suo*.' Jac. Gronov.—10 '*Seio Ælio placuisse*. Ald. *Seio Helio*. Ro. et Ven. *Saco helio*. Reg. et Rot. *Sato Ælio*. Sed *Sex. Cæcilium* poscit l. III. D. de penu leg. 'Sex. autem Cæcilius etiam thus et cereos in domesticum usum paratos contineri legato scribit.' Et meminit ejusdem lib. XX. 1. Vide Menagium cap. 23. Amœnitatum.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'V. c. *Sato*. f. *Cato*.' Vid. Not. inf. et Not. Var.—11 Ascripsit Sciopp. *quod non esset*.—12 Vulg. *causa apparatum*. Conjicit Sciopp. *paratum*.—13 'Sic Carrio: nam priores edit. cum scriptis: *in juris civilis secundo*: excluso τῷ *libro*. Et cur hoc Auctori non permittamus?' *J. F. Gronov.*—14 Scripti, *isdem in locis esse, ea sola penoris putat, quæ satis sint usu annuo.*

NOTÆ

[h] *Cato* [*Seio*] *Ælio*] Legendum *Sexto Ælio*, qui quidem et in jure civili, et in eloquentia peritissimus fuit, ut testatur Cicero: cum T. Quintio Flaminio consulatum iniit anno U. C. DLVI. ante Christum CXCVIII.

[i] *Promercalia*] Promercalia, ut sentit Budæus, ea sunt, quæ paterfamilias habet venalia præter ea quæ usui suo servat.

CAP. II.

Quid differat morbus et vitium, et quam vim habeant vocabula ista in edicto ædilium: et an eunuchus et steriles mulieres redhiberi possint, diversæque super ea re sententiæ.

In edicto ædilium curulium,[a] qua parte de mancipiis[b] vendundis cautum est,[a] scriptum sic fuit: TITULUS. SCRIPTORUM.[15][c] SINGULORUM. UTEI.[16] SCRIPTUS. SIT. CŒRATO.[b][17][d] ITA. UTEI. INTELLEGI. RECTE. POSSIT. QUID. MORBI. VITII. VE. QUOI.[c] Q. SIT. QUIS. FUGITIVUS. ERRO. VE. SIT. NOXA. VE. SOLUTUS.[e] NON. SIT. Propterea[18] quæsierunt jureconsulti veteres, quod 'mancipium morbosum' quodve 'vitiosum' recte diceretur: quantumque 'morbus' a 'vitio' differret. Cælius[19] Sabinus, in libro quem de edicto ædilium curulium composuit, Labeo-

[a] *Prospectum est.* [b] *Curato.* [c] *Unicuique.*

15 Ita Reg. et Rot. vulg. *servorum.* 'Salmasius, licet ipse ex codice Regio ascripsisset oræ suæ *scriptorum*, tamen id recte non quivit aut noluit, adeo ut de Modo Usurarum p. 668. ponere istud non dubitaverit, prout edi videbat.' *Jac. Gronov.* 'Ego receptum illud *servorum* retineo.' *Falster.*—16 Ascripsit Sciopp. 'UTEI abest.'—17 Ranchinus *curanto.* Scaliger *coirato.*—18 Vulg. *Præterea.*—19 Al. *Cæcilius.*—20 Vulg. *veluti phthisis ... veluti cæci-*

NOTÆ

[a] *Ædilium curulium*] Ædiles curules primi creati sunt an. U. C. CCCLXXXVIII. ante Christum CCCLXVI. cum enim propter civiles discordias compositas, quod refert Livius lib. VI. censeret Senatus ut ludi maximi fierent, recusantibus id munus ædilibus plebis, conclamatum est a juvenibus patriciis se id honoris Deorum immortalium causa libenter acturos ut ædiles fierent; tumque duo e Patribus ædiles creati. Eorum munus fuit ludos solennes procurare et instituere, sacrarum ædium curam gerere; templa, theatra, et mœnia magnificis operibus reficere.

[b] *Mancipiis*] Mancipium erat proprie homo in bello captus et servituti subjectus, idem enim fere est mancipare atque manu capere. Hic tamen, sicut et pluribus aliis in locis, pro quolibet servo accipitur.

[c] *Titulus scriptorum* [*servorum*] Servi venales appensum e collo gestabant titulum, in quo morbos et vitia servorum inscribere dominos oportebat.

[d] *Cœrato*] Pro curato dicitur: plurima enim vocabula, quæ per *u* efferimus, Veteres scripserunt per *œ*.

[e] *Noxa ve solutus*] Servus qui nullum maleficium admiserit, cujus causa actio possit adversus eum institui.

nem refert, quid esset 'morbus,' hisce verbis definisse: 'Morbus est habitus cujusque corporis contra naturam, qui usum ejus facit deteriorem.' Sed 'morbum' alias in toto corpore accidere dicit, alias in parte corporis. 2. Totius corporis 'morbum' esse, veluti sit phthisis[f] aut febris: partis autem, veluti sit cæcitas[10] aut pedis debilitas. 'Balbus autem,' inquit, 'et atypus[1 g] vitiosi magis quam morbosi sunt: ut equus mordax, aut calcitro,[d] vitiosus, non morbosus est. Sed cui morbus est,[2] idem etiam vitiosus est. Neque id tamen contra fit. Potest enim, qui vitiosus est, non morbosus esse. Quamobrem, cum de homine morboso ageretur, nequaquam,' inquit, 'ita diceretur:[3] QUANTI. OB. ID. VITIUM. MINORIS. ERIT.'[e 4] 3. De eunucho[h] quidem quæsitum est, an contra edictum ædilium videretur venumdatus, si ignorasset emtor eum eunuchum esse. Labeonem respondisse aiunt, redhiberi[i] posse quasi

[d] *Qui solet recalcitrare.* [e] *Ob hoc vitium quanto viliore pretio constabit.*

tas.—1 '*Balbus et alypus.* Mihi (inquit Trillerus meus) rejectis aliis divinationibus commodissime legi posse videtur *Œdipus*, h. e. qui vitio pedum laborat; sequitur enim mox 'equus calcitro,' quo antecedentia respicere possunt.' *Falster.* Vid. Not. Var.—2 'Forsan legendum, *qui morbosus est.* Primis enim editionibus leguntur sequentia verba, *is etiam vitiosus est* et quæ sequuntur de *morboso*, et *vitioso* idem confirmare videntur.' *Thys.* '*Cui morbus est, id etiam vitiosum est.* Sic Carrio. Priores, *is etiam vitiosus est.* Lincoln. *id etiam vitiosus est.* Reg. et Rott. *idem etiam vitiosus est.*' J. F. Gronov. 'Vetustissima sequi præstat.' *Jac. Gronov.*—3 'Lege cum tribus membranis: *Quamobrem, cum de homine morboso agetur, nequaquam, inquit, ita dicetur.*' J. F. Gronov. 'Sed in Regio et Lincoln. est *neque inquit.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*agetur*, ut et paulo post *dicetur*, pro *diceretur*.'—4 'Non male: sed quia scripti, *quando*, videtur Auctor reliquisse, *quanto ob id vitium minoris*

NOTÆ

[f] *Phthisis*] Phthisis est pulmonis exulceratio, quam efficit e capite defluens pituita. Appellationem habet ἀπὸ τοῦ φθίειν corrumpere.

[g] *Atypus*] Atypus dicitur cujus lingua non satis est expedita, ut voces omnes exprimat et conformet. Radix hujus nominis τυπόω informo, exprimo, et α privativum.

[h] *Eunucho*] Quod eunuchi sive semiviri servandis regum cubilibus plerumque alias adhiberentur, nomen habuere ἀπὸ τῆς εὐνῆς, quod est cubile, et ἔχω custodio.

[i] *Redhiberi*] Redhibere est facere ut rursus habeat venditor id quod habuerat. Quod quia reddendo fit, ideo redhibitio est appellata quasi redditio.

morbosum: sues autem[5] fœminas, si steriles[6] essent, et venum issent,[f] ex edicto ædilium posse agi[g] Labeonem scripsisse. De sterili autem muliere, si nativa sterilitate sit,[h] Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt. Nam cum redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, putasset necesse: 'non oportere' aiunt[7] Trebatium ei edicto apposuisse, 'si ea mulier a principio genitali sterilitate esset.' 4. At si valetudo ejus offendisset, exque ea vitium factum esset, ut concipere fœtus non posset;[i] tum sanam non videri, et esse in causa redhibitionis.[k] De myope[λ] quoque, qui 'luscitiosus' Latine appellatur, et περὶ νωδοῦ dissensum[8] est;[l] alii enim redhiberi omnimodo[m] debere,[9]

[f] *Et venditæ fuissent.* [g] *Actionem institui in jure.* [h] *Si natura sterilis sit.*
[i] *Si ejus sanitas fuisset læsa, et ab ea id incommodum ortum fuisset, ut non posset suscipere liberos.* [k] *Et tunc esse causam illius redhibendæ.*
[l] *De edentulo variæ fuerunt sententiæ.* [m] *Omnino.*

erit.' J. F. Gronov.—5 Rot. et Reg. *sues etiam.*—6 Ascripsit Sciopp. '*sterilæ*, ut et paulo inferius *sterila*, pro *sterili*.'—7 Idem ascripsit *sanam putasset, necesse aiunt.* '*Necesse* abest a veteri editione.' *Thys.* 'Locus satis vexatus. Romæ datum et Gryphio repetitum: *putasset non oportere Trebatium ex edicto apposuisse.* Aldus, *putasset necesse autem Trebatium ex edicto apposuisse.* Vascosanus et Ascensius: *putasset necesse aiunt Trebatium.* Fulvii quoque Ursini codex exulatum mittit τὰ *non oportere*, et Lincoln. qui *necesse autem Trebatium.* Rott. et Reg. *putasset necesse esset Trebatium ex edicto apose.* Lege: *Trebatium contra Labeonem respondisse dicunt: nam cum redhiberi eam Labeo, quasi minus sanam, putasset, negavisse Trebatium ex edicto agi posse, si ea mulier a principio genitali sterilitate esset. Genitali sterilitate* Reg. Rot. nec non Fulvianus, sine media præpositione *in*, ut item supra: 'si nativa sterilitate sit.'' *J. F. Gronov.* 'Hæc cum procedant optime, tum sane in Regio codice notavi *putasse aiunt Trebatium*, quod nescio qui fugerit oculos: unde patet τὸ *necesse* degeneravisse ex *negasse*, non *negavisse*, (quod quidem opportune hic excogitatum est,) et verbum *aiunt* prorsus venisse ex manu Gellii: sicut enim nec ipsum verbum *dicunt* necessarium hoc loco est, et ab præcedente *aiunt* commode poterant omnia pendere, quod tamen Gellio placuit interponere; ita hoc postremum *aiunt*, quod sane potest abesse, ita quoque videtur etiam appositum voluisse.' *Jac. Gronov. Ex edicto* vet. ed. ap. Thys. *Apposse* ascripsit Sciopp. Idem notat τὸ *in* abesse.—8 '*Et περὶ νωδοῦ quoque dissensum.* Sic Gryphius. Romæ et Venetiis: *Demum ope περὶ νωδὸν id est de edentulo quoque.* Aldus et Vascos. omiserunt τὰ *id est edentulo quoque.* Sed in scriptis nec τῶν et περὶ νωδοῦ ullum vestigium est. Et sane quæ sequuntur, id additamentum spernunt segregantque; tantummodo enim de myope pronuntiantur: cum si

NOTÆ

[λ] *Myope*] Myopes illi sunt, qui res non possunt nisi propius oculis admotas discernere. Græca dictio est composita a verbo μύω claudo, et ὤψ oculus, quasi id hominum genus, quod ad majorem lucem conniveat, clausis oculis intueri videatur.

alii contra, nisi id vitium morbo contractum esset. Eum vero, cui dens deesset, Servius redhiberi posse respondit; Labeo in causa esse redhibendi negavit. 'Nam et magna,' inquit, 'pars dente aliquo carent: neque eo[n] magis plerique homines morbosi sunt: et absurdum admodum est dicere, non sanos nasci homines, quoniam cum infantibus non simul dentes gignuntur.' 5. Non prætereundum est, id quoque in libris veterum jurisperitorum scriptum esse 'morbum' et 'vitium' distare:[o] quod 'vitium' perpetuum, 'morbus' cum accessu discessuque[10] sit.[p] Sed hoc si ita est;[11] neque cæcus neque eunuchus morbosus est, contra Labeonis, quam supra dixi, sententiam. Verba Massurii Sabini apposui ex libro juris civilis secundo: 'Furiosus mutusve, cuive quod membrum lacerum læsumque[12] est, aut obest quominus ipse aptus sit, morbosi sunt. Qui non longe videt,[13] tam sanus est, quam qui tardius currit.'[14]

[n] *Idcirco.* [o] *Hunc differentiam habere.* [p] *Accedat ac deinde discedat.*

junctim nominasset ambos et quasi divisionem dicendorum fecisset, de priore sic loquendum habuisset: *myopem vel luscitiosum alii redhiberi debere.* Homo non indoctus cum ad marginem posuisset exemplaris sui *περὶ νωδοῦ*, hoc tanquam Auctoris in id, quod parabat, exemplar retulit librarius.' *J. F. Gronov.* —9 '*Alii enim redhiberi omnimodis debere.* A Carrione: olim enim *omnino.* Ego ut illud haudquaquam improbo, ita ex mera libidine inculcare antiquis incivile censeo. Regius, *alii eum:* et hoc quoque argumentum est *τὰ περὶ νωδοῦ quoque* supposita esse. Dein Reg. Rott. Lincoln. *omnimodo.*' Idem.—10 Alii *decessuque.*—11 'Sic auxit hunc locum prima patris editio, cum in prioribus omnibus *τὸ si* non haberetur. In quo ne turbes, scito sic plane legi in codice Regio, ut idcirco audiendus non sit Mercerus in Notis ad Nonium pag. 198. jubens scribere *si hoc ita est*, qui sane hanc suspicionem suam ascripsit quoque editioni Stephani.' *Jac. Gronov.*—12 Ascripsit Sciopp. *læsumve.*—13 Reg. Rot. Lincoln. *Qui natura longe minus videt.*—14 Antiquiss. Ven. ed. *qui tardus currit.*

CAP. III.

Quod nullæ fuerint rei uxoriæ actiones in urbe Roma ante Carvilianum divortium: atque inibi quid sit proprie pellex: quæque ejus vocabuli ratio sit.

MEMORIÆ traditum est, quingentis fere annis[a] post Romam conditam,[15] nullas rei uxoriæ neque actiones neque cautiones[a] in urbe Romana[16] aut in Latio[b] fuisse: quia profecto nihil desiderabantur,[17] nullis etiam tunc matrimoniis divertentibus.[b] Servius quoque Sulpicius in libro, quem composuit de dotibus, tum primum cautiones rei uxoriæ necessarias esse visas scripsit, cum Sp. Carvilius,[c] cui Rugà cognomentum fuit, vir nobilis, divortium cum uxore fecit; quia liberi ex ea, corporis vitio, non gignerentur, anno urbis conditæ DXXIII.[18] M. Atilio, P. Valerio Coss.[d]

[a] *Nullas fuisse contentiones de dote uxoris post divortium, neque promissiones de reddenda dote.*
[b] *Quia certe non opus erat, cum illis temporibus nulla fierent conjugum divortia.*

15 'Puto hic excidisse vocem *plus*, et scriptum olim fuisse a Gellio: *quingentis plus fere annis P. R. C.*' Lambecius. Pro *quingentis* mālit Cujacius *sexcentis*.—16 Antiq. ed. ap. Thys. *in urbe Roma:* et ita quoque legitur in cod. Regio.—17 Legitur quoque *cum profecto non desiderabantur*, vel *quia profecto nihil desiderabatur*, ut est in Reg.—18 '*Anno U. C.* DXXIII. Scriptus uterque, *quingentesimo vigesimo tertio*. At lib. XVII. cap. 21. eum annum edit quingentesimum undevicesimum: ad quem annum vide Stephanum Pighium in an-

NOTÆ

[a] *Quingentis fere annis*] Id est, quingentis circiter annis, non autem quingentis prope annis; alioquin secum ipse pugnaret Gellius, qui hoc eodem capite initium divortii refert ad annum quingentesimum vicesimum tertium.

[b] *Latio*] Latium pars Italiæ, cujus Latini quondam incolæ fuerunt, hodie vocatur *Campagna di Roma*.

[c] *Sp. Carvilius*] Hic bis consulatum gessit, primum quidem cum collega L. Posthumio anno U. C. DXX. deinde cum Q. Fabio anno DXXVI. ante Christum CCXXVIII.

[d] *M. Atilio, P. Valerio Coss.*] Hos Consules hic refert Gellius ad annum ab Urbe condita DXXIII. cum certum sit ex fastis consularibus hoc ipso anno M. Pomponium Mathonem II. et C. Papirium Massonem renuntiatos fuisse Consules, nec nisi anno DXXVII. consulatu functos esse M. Atilium et P. Valerium. Deinde vero lib. XVII. cap. 21. hujus primi divortii tempus retrahit ad annum U. C. DXIX. qui Consules habuit T. Manlium Torquatum et C. Atilium. Valerius

atque is Carvilius traditur uxorem, quam dimisit, egregie dilexisse, carissimamque morum ejus gratia[19] habuisse; sed jurisjurandi[20] religionem animo atque amori prævertisse;[c] quod jurare a censoribus coactus erat uxorem se liberum quærendum[1] gratia habiturum. 'Pellicem' autem appellatam, probrosamque habitam eam,[2] quæ juncta consuetaque esset cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii causa foret,[d] hac antiquissima lege ostenditur, quam Numæ regis fuisse accepimus: PELEX.[e] ASAM.[f] IUNONIS.[3] NE. TAGITO.[g] SI. TAGET. IUNONI.[h] CRINIBOUS. DEMISSIS. ARNUM. FŒMINAM. CAIDITO.[e][i] Pellex autem quasi πάλλαξ, id est, quasi παλλακίς: ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum est.[f]

[c] *Sed anteposuisse sacrum jusjurandum propensioni suæ et amori.*
[d] *Et creditam fuisse infamem illam quæ familiaritatem et rem haberet cum eo, cui per matrimonium alia erat conjux.*
[e] *Agnum fœminam immolato.* [f] *Derivatum est.*

nalibus.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—19 'Christ. Colerus *morum ejus gratiam*, Parergorum cap. 20. Non videtur necessarium.' *J. F. Gronov.*—20 Delph. *jusjurandi.*—1 Sic Reg. *quærundum* Rott. *quærendorum* Vulg. Ascripsit Sciopp. *quærundorum.*—2 Nec Reg. nec Rot. nec Lincoln. τῷ *eam* utuntur. Abest etiam a Badiana ed.—3 Antiq. Ven. ed. *pellex.* '*Pellex asam Junonis. Aram* Carrio a Festo in Pellices mutuatus est; *asam* fecit ipse, quod antiquissimos hanc pro canina litera tradatur adamasse. Ceterum scripti ambo, ut superiores editi, *ædem*: deinde *agnum*, non *arnum*, quod L. Fruterius in Epist. ad Muretum finxit ex Festi 'Arnæ caput.'' *J. F. Gronov.* Fruterius legit, *Pellex aram J. ne tagito: si tagit, Junoni crinibus demessis arnum fœminam cædito.* Veteres edd. *agnum fœminam.*

NOTÆ

Maximus primum illud virum inter et uxorem repudium statuit anno U. C. DXX. Plutarchus, quod mirum est, anno CCXXX. quod ipse testatur tum in Romulo, tum in Numa; non anno DXX. ut sibi finxit Thysius interpres Batavus. Dionysius Halicarnasseus, mea quidem sententia, rectius, qui cum a se ipse minime dissentiat, Gellio nostro aliquatenus suffragatur. Is lib. II. primum illud Sp. Carvilii divortium accidisse dicit Olymp. CXXXVII. M. Pomponio et C. Papirio Coss. nempe anno ante Christum DXXIII. Quem igitur Urbis annum assignavit Gellius, hic retinendus est, sed substituendi Consules quos Dionysius notavit.

[e] *Pelex*] Antiquitus uno l scribebatur.

[f] *Asam*] Asam pro ara Veteres dixere, ut Valesios pro Valeriis.

[g] *Tagito*] Archaismus pro tangito.

[h] *Junoni*] Juno Jovis soror et conjux nuptiis præerat.

[i] *Crinibous. . . . Arnum. Caidito.*] Antiqua vocabula: nunc dicimus crinibus, agnum, cædito. Arnus originem ducit a voce Græca ἀρς ἀρνὸς, agnus.

CAP. IV.

Quid Servius Sulpicius in libro, qui est de dotibus, scripserit de jure atque more veterum sponsaliorum.

SPONSALIA [a] in ea parte Italiæ, quæ 'Latium' [4] appellatur, hoc more atque jure solita fieri scripsit Servius Sulpicius in libro, quem scripsit de dotibus: 'Qui uxorem,' inquit, 'ducturus erat, [5] ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur [b] eam in matrimonium ductum iri; [a] [6] cui daturus erat, itidem spondebat daturum. [7] Is contractus stipulationum sponsionumque [b] dicebatur [8] sponsalia. Tum, quæ promissa erat, sponsa appellabatur; qui spoponderat [9] ducturum, [c] sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur; [d] qui stipulabatur ex sponsu agebat. [e] Judices cognoscebant. Judex, quamobrem data

[a] *Postulabat ut is, a quo erat accipienda in uxorem, promitteret fore ut illam certo haberet conjugem.* [b] *Promissionum.* [c] *Se accepturum eam in uxorem.* [d] *Accipiebatur.* [e] *Instituebat actionem vi promissionis prius factæ.*

4 'In margine mei codicis ascriptum, *quod Latium.*' Thys.—5 Edidit Stephanus *daturus erat.*—6 Ascripsit Sciopp. *ducturum iri.* 'Legendum esse censeo: *stipulabatur eam in matrimonium datum iri; qui daturus erat, itidem spondebat.* Sic Pompon. l. si servus π. de stipulat. servor. 'Si servus meus a liberto meo operas sibi dari stipuletur.' Et sic a jureconsultis sæpius. Quod sequitur verbum *daturum*, inducendum esse censeo, quod neque agnoscunt Mss. optimi, atque editiones nonnullæ veteres, neque necessarium est.' *Otho.*—7 '*Qui daturus erat, itidem spondebat daturum.* Non aliter Romana et Veneta. Aldus, Vascos. Gryphius ignorant τὸ *daturum.* Ignorant et Reg. et Rot. qui præterea cum tertio: *cui ducturus erat.* Lego: *cui daturus erat, idem spondebat.*' J. F. Gronov. Qui etiam addit: sequitur *quamobrem data acceptave non fuisset uxor:* nam ita scripti, non *esset.* Item, *quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari.* Denique: *qui spoponderat, quive stipulatus erat.* Sic enim scribo, quia τὸ *aut* in utroque scripto ἀόρατον.—8 *Sponsionumque dicebatur.* Bourdelotius, Salmasius, Lambecius, frater in codice Regio non viderunt has voces: ego autem notavi abfuisse modo *que dicebatur*, ut legatur illic *Is contractus stipulationum sponsionum sponsalia*, quod mihi videtur præclarum etiam. Sed et infra legebatur ibidem *eum, qui spoponderat, qui stipulatus erat*, absque *aut*, ut jam notavit pater.' *Jac. Gronov.*—9 Antiq. Ven. ed.

NOTÆ

[a] *Sponsalia*] Promissio futurarum nuptiarum.

[b] *Stipulabatur*] Stipulari verbum juris significat postulare ut aliquid sibi promittatur solennibus verbis. Hinc derivatur stipulatio et stipulatiuncula, quæ certa verborum est formula, qua is, qui interrogatur, dicturum facturumve se id de quo agitur promittit.

acceptave non esset uxor, quærebat. Si nihil justæ causæ videbatur, litem pecunia æstimabat:[f] quantique interfuerat eam uxorem accipi aut dari, eum, qui spoponderat aut qui stipulatus erat, condemnabat.'[g] Hoc jus sponsaliorum observatum dicit Servius ad id tempus, quo civitas[c] universo Latio lege Julia data est.[h] Hæc eadem Neratius[10] scripsit, in libro, quem de nuptiis composuit.

[f] *Condemnabat ad certam quandam pecuniam solvendam.*
[g] *Et eum qui promiserat, aut qui stipulatus erat, ad minus vel majus pretium solvendum obligabat, prout referebat eam duci aut concedi conjugem.*
[h] *Quo totum Latium donatum est privilegiis civium Romanorum.*

sponderat: et ita ascripsit Sciopp.—10 ' Antiquiss. Ven. male hic substituit, *Horatius.*' Thys. Reg. et Lincoln. habent *Veratius.*

NOTÆ

[c] *Ad id tempus quo civitas*] Id est, ad annum U. C. DCLXIV. ante Christum XC. quo tempore plerique Italiæ populi, maximeque Latini, cum ægre ferrent se laborum omnium participes a civitatis communione rejici, quod jure non poterant, armis extorquere tentarunt. Dubio Marte sæpius decertatum: atque ut rebelles reipublicæ conciliarentur, lege Julia, quam scilicet tulit L. Julius Cæsar Consul, primum quidem Etrusci et Umbri, qui nondum aperte defecerant, tum alii nominis Latini socii civitate donati sunt. *Appianus, Velleius, &c.*

CAP. V.

Historia narrata de perfidia haruspicum Etruscorum: quodque ob eam rem versus hic a pueris Romæ urbe tota cantatus est; Malum consilium consultori pessimum est.

STATUA Romæ in comitio[a] posita Horatii Coclitis[b] for-

NOTÆ

[a] *Comitio*] Fuit Comitium foro conjunctum, imo pars fori a Palatii porta incipiens et finiens ad templum S. Mariæ novæ, ut ex Marliano refert Rosinus.

[b] *Horatii Coclitis*] Horatius Cocles Romanus impetum hostium in ponte Sublicio tamdiu sustinuit unus, quoad pons a tergo rescinderetur. Tum in Tiberim desiliit, et incolumis ad suos transnatavit, anno U. C. CCXLVII. partæ libertatis III. ante Christum DVII. *Livius, &c.*

...simi viri de cœlo tacta est.[a] Ob id fulgur piaculis luendum, haruspices ex Etruria acciti,[b] inimico atque hostili in populum Romanum animo, instituerant eam rem contrariis religionibus 11 procurare.[c] Atque illam statuam suaserunt in inferiorem locum perperam[d] transponi, quem Sol oppositu circum undique aliarum ædium 12 nunquam illustraret.[e] Quod cum ita fieri persuasissent, delati ad populum proditique sunt; et cum de perfidia confessi essent,13 necati sunt: constititque eam statuam, proinde ut veræ rationes post compertæ monebant,[f] in locum editum subducendam, atque ita in area Vulcani sublimiori loco statuendam: eaque res bene et prospere reipubl. cessit.14 2. Tunc igitur, quod in Etruscos haruspices male consulentes animadversum vindicatumque fuerat,[g] versus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur:

'Malum consilium consultori[h] pessimum est.'

Ea historia de haruspicibus ac de versu isto senario[i]

a *Fulmine percussa est.*
b *Haruspices e Tuscia advocati ad expiandum sacrificiis hoc fulmen.*
c *Decreverant adhibere ritus oppositos expiationi.* d *Male.*
e *Qui a Sole nunquam illuminabatur propter objectas undecumque domos.*
f *Certo apparuit eam statuam in locum sublimem attollendam, ut veræ rationes postea exploratæ suadebant.*
g *Quod Etrusci haruspices puniti et castigati fuerant.* h *Danti consilium.*
i *Hexametro.*

11 Ascripsit Sciopp. *contractis regionibus.*—12 Reg. *circum montis aliarumque ædium.*—13 Ascripsit Sciopp. *confessent.*—14 'Reg. *ex quo r. b. ac prospere P. R. cessit*, quasi voluerit *reipublicæ populi Romani*: qui codex etiam infra modo habet: *in Etruscos haruspices male consulentes vindicatum fuerat.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *P. R. cesserat.*

NOTÆ

a *Fulgur*] Fulgur aliquando sumitur pro fulmine, ut hoc loco. Nam collisis in aëre nubibus, qui sonitus auditur, proprie dicitur tonitru; qui splendor emicat, fulgur; qui erumpit ignis, fulmen appellatur. Aures tonitru, fulgur oculos, fulmen obvia quæque percellit.

d *Piaculis luendum*] Piaculum est sacrificium, vel quidlibet aliud, quod vel ad satisfaciendum pro crimine, vel ad avertendam cœlitum iram adhibemus.

e *Etruria*] Regio Italiæ Augurum peritia celebris: nunc *la Toscane.*

f *In area Vulcani*] Romæ templum fuit Vulcano consecratum: quem, Jovis et Junonis filium, propter deformitatem exturbatum e cœlo, ferrariam exercuisse poëtæ fabulantur.

scripta est in Annalibus Maximis libro undecimo, et in Verrii Flacci[g] libro primo rerum memoria dignarum. Videtur autem hic versus de Græco illo Hesiodi versu expressus:

Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.[k]

[k] *Malum vero consilium consultori pessimum.*

NOTÆ

[g] *Verrii Flacci*] Verrius Flaccus libertinus Romæ docuit, ipsisque Augusti nepotibus præceptor electus cum tota schola transiit in palatium, ea lege, ut ne quem præterea discipulum admitteret: et sestertia centena, quæ libris nostratibus 4375. æstimantur, in annum accepit. Senex obiit imperante Tiberio. *Sueton. lib. de Illustr. Grammat.*

CAP. VI.

Verba veteris S. C. in quo decretum est hostiis majoribus expiandum,[a] *quod in sacrario hastæ Martiæ movissent:*[b] *atque inibi enarratum quid sint* hostiæ succidaneæ: *quid item* porca præcidanea: *quodque Capito Ateius* ferias *quasdam* præcidaneas *appellavit.*

Ut 'terram movisse' nuntiari solet, eaque res procuratur,[c] ita in veteribus memoriis[d] scriptum legimus, nuntiatum esse Senatui, in sacrario[a] in regia hastas Martias[b] movisse. Ejus rei causa senatusconsultum factum est M. Antonio A. Postumio Coss.[c] ejusque exemplum hoc est: QUOD. C. JULIUS. L. F. PONTIFEX. NUNTIAVIT. IN. SACRARIO. IN.

[a] *Majora sacrificia esse facienda ad avertendam Deorum iram.*
[b] *Sponte motæ fuissent.*
[c] *Quemadmodum mos est annuntiare terram tremuisse, et tunc fiunt certa quædam sacrificia.* [d] *Monumentis.*

NOTÆ

[a] *Sacrario*] Sacrarium est locus sacer in templo, ubi sacra reconduntur.

[b] *Hastas Martias*] Mars Deus belli præses, cujus statua utraque manu hastam tenebat.

[c] *M. Antonio A. Posthumio Coss.*] Hi Consules creati sunt anno U. C. DCLV. ante Christum XCIX.

REGIA. HASTAS. MARTIAS. MOVISSE. DE. EA. RE. ITA. CENSUERUNT. UTI. M. ANTONIUS. CONSUL. HOSTIIS. MAJORIBUS. JOVI. ET. MARTI. PROCURARET.[e] ET. CETERIS. DIS. QUIBUS. VIDERETUR. PLACANDIS.[15] UTI. PROCURASSET.[f] SATIS. HABENDUM. CENSUERUNT. SI. QUID. SUCCIDANEIS.[d] OPUS. ESSET. ROBIGUS.[e] ACCEDERET.[g][16]

2. Quod 'succidaneas hostias' Senatus appellavit, quæri solet quid verbum id significet. In Plauti quoque comœdia, quæ Epidicus inscripta est, super eodem ipso verbo requiri audio in his versibus:[h]

'Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam,
Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?'[i]

'Succidaneæ' autem 'hostiæ' dicuntur, *e*, litera per morem[17] compositi vocabuli in, *i*, literam commutata.[k] Nam quasi 'succædaneæ' appellatæ: quoniam, si primis hostiis litatum non erat,[l] aliæ post easdem ductæ hostiæ cædeban-

[e] *Sacrificaret.* [f] *Et decreverunt non esse curandum quomodo sacrificaret reliquis Diis quos judicaret esse placandos.*

[g] *Censuerunt ut sacrificia Robigo adderentur, si requirerentur succidaneæ hostiæ.*

[h] *Video quæri significationem hujus vocabuli.*

[i] *An debeo solvere pænam tuæ insaniæ, ut facias meum dorsum succidaneum tuæ insaniæ?*

[k] *Quia litera e mutatur in literam i, quod solet accidere vocibus compositis.*

[l] *Non erant placati Dii.*

15 Ascripsit Sciopp. '*plantantibus* v. c. f. *placandis: is uti*, vel *ibus uti*.' Conjicit Otho *placandis. isq. uti.*—16 Reg. et Rot. *robus succideret:* quod præfert Salmasius ad Solinum p. 1359. In margine Vossiani codicis habebatur *robus succederet*. In alio codice *robius*. Ascripsit Sciopp. *Robiis succederet.*—17 'Reg. et Rott. *dicuntur aliter per morem:* deinde, *in literam nam quasi*, sine τῷ *commutata:* ut et Lincoln. Forte: *Succidaneæ autem hostiæ videntur A et E literis per morem compositi vocabuli in I literam versis, quasi succædaneæ appellatæ.*' J. F. Gronov. 'Sed figuram *æ* patet ab Gellio agnitam pro litera; et hinc ostendunt libri veteres scripsisse eum *æ litera per morem*

NOTÆ

[d] *Succidaneis*] Merito, ut notat Vossius, in controversiam vocare licet, an 'præcidaneæ' et 'succidaneæ' hostiæ a 'cædendo' sic dicantur, quod Gellius, Festus Pompeius, et alii sentiunt, an potius a 'cedendo,' quia 'præcedunt' aut 'succedunt.' Et vero cum apud Ateium 'feriæ succidaneæ' quæ succedant, et apud Ulpianum 'succedaneus alieni periculi' dicatur in quem alieni periculi incommodum redundat, ejusmodi vocabula a cedendo derivata non inepte conjici potest.

[e] *Robigus*] Deus fuit qui colebatur avertendæ rubiginis causa, quam pestem segetum vocamus *nielle*.

tur. Quæ, quasi[18] prioribus jam cæsis, luendi piaculi gratia, subdebantur[m] et succidebantur;[n] ob id 'succidaneæ' nominatæ, litera, *i*, scilicet tractim[o] pronuntiata. Audio enim quosdam eam literam in hac voce barbare corripere.[p] 3. Eadem autem ratione verbi 'præcidaneæ' quoque hostiæ dicuntur, quæ ante sacrificia solennia pridie cæduntur. 'Porca' etiam 'præcidanea' appellata, quam[19] piaculi gratia ante fruges novas captas[q][20] immolari[1] Cereri[f] mos fuit, si qui familiam[2] funestam[g] aut non purgaverant, aut aliter eam rem, quam oportuerat, procuraverant. Sed porcam et hostias quasdam præcidaneas, sicuti dixi, appellari vulgo notum est; 'ferias præcidaneas' dici, id, opinor, a vulgo remotum est. Propterea verba Ateii Capitonis ex quinto librorum, quos de pontificio jure composuit, scripsi: 'Tib. Coruncanio[3] pontifici[4] maximo feriæ præcidaneæ in atrum diem[h] inauguratæ sunt.[r] Collegium decrevit non habendum religioni,[s] quin eo die feriæ præcidaneæ[i] essent.'

[m] *Succedebant in locum priorum victimarum jam occisarum ad expiandum aliquod crimen.* [n] *Postea cædebantur.* [o] *Longa.* [p] *Breviare.*
[q] *Antequam segetes novæ sint præcisæ.* [r] *Consecratæ sunt.*
[s] *Non esse scrupulose dubitandum.*

comp.' Jac. Gronov.—18 'Quid *quasi* hoc loco sibi velit, equidem non video. Quare puto legendum: *Quæ, quia prioribus jam cæsis, luendi piaculi gratia subdebantur et succidebantur, ob id, &c.*' Otho. Ascripsit Sciopp. *duæ quæ.* et 'ob id absunt.'—19 Aliter *quoniam.*—20 Conjicit J. F. Gronov. *ante fruges carptas.* Vet. ed. ap. Thys. *fruges novas fieri cæptas.*—1 Ascripsit Sciopp. *immolare.*—2 Reg. *si quid fam.*—3 '*Composuit, scripsi. Ibi Coruncanio.* Sic in Aldo primo reperi. Romæ et Venetiis dederunt *scripsi Lib. Cornucario.* Reg. et Rott. *Corin.* vel *Coruncario,* et Lincoln. *scripsit ibi Coruncanio.* Emenda: *ascripsi. Ti. Coruncanio pontifici maximo feriæ præcidaneæ in diem atrum inauguratæ sunt.*' J. F. Gronov.—4 'Scribe aut *pontifice,* aut cum antiquissimis *PONT.*' Falster.

NOTÆ

[f] *Cereri*] Ceres Saturni et Opis filia frugum Dea fuit apud Antiquos.

[g] *Familiam funestam*] Funesta erat ea familia quæ luctum et exequias alicujus celebrabat. Et quidem vox 'funestus' a funere ducit originem.

[h] *Atrum diem*] Quis sit dies ater explicat Gellius lib. v. cap. 17.

[i] *Feriæ præcidaneæ*] Quæ solennes legitimas ferias præcedebant.

CAP. VII.

De Epistola Valerii Probi grammatici ad Marcellum scripta super accentu nominum quorundam Pœnicorum.[a a]

VALERIUS PROBUS[b] grammaticus inter[5] suam ætatem[b] præstanti scientia fuit. Is 'Hannibalem' et 'Hasdrubalem' et 'Hamilcarem' ita pronuntiabat, ut penultimam circumflecteret:[c] ut testis est Epistola ejus[6] scripta ad Marcellum, in qua Plautum et Ennium multosque alios Veteres eo modo pronuntiasse affirmat. Solius tamen Ennii versum unum ponit ex libro, qui 'Scipio' inscribitur. Eum versum quadrato numero[d c] factum subjecimus; in quo, nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexa ponatur, numerus clausurus est.[e 7] Versus Ennii, quem dixit, ita est:

[a] *Carthaginiensium.* [b] *Pro suis temporibus.*
[c] *Pronuntiaret quasi longam.* [d] *Versibus octometris.* [e] *Quantitas deficit.*

5 Ascripsit Lambecius exemplari suo *intra.*—6 'Reg. et Rott. et Lincoln. *circumflecteret ut est Epistola*, sine vocabulo *testis*. Scribendum est: *ita pronuntiabat, ut penultimam circumflecteret, teste Epistola ejus scripta ad Marcellum.*' J. F. Gronov. 'Quasi vocabulum *testis* adeo esset necessarium, ut sine eo nullo modo sententia stare posset. Tolle hoc auctoritate codicum, et nihilominus sententia erit salva, integra, atque incolumis.' *Otho.*—7 '*Circumflexa ponatur, numerus claudus est.* Reg. et Rott. *circumflexe promatur.* Lege: *nisi tertia syllaba de Hannibalis nomine circumflexe pronuntietur.* Dein uterque idem liber: *numerus clausurus est.* Rectissime. Sic enim dixit pro 'claudicaturus.' Placuisse autem 'claudere' et producta media et correpta pro 'claudicare' copiose ad Livium disputavimus. Lincoln. eodem alludit exhibendo *clausus est.*' J. F. Gronov. 'Non itaque dubito, quin ipsius Gellii animus manusque sit *promatur.* Antiquiores quidem eo verbo usi sunt pro dicere, eloqui: sed quis hoc in Gellio graviter ferat, si idem verbum pro pronuntiare acceperit. Hoc certe facile affirmarem, quod *promatur* hic longe præferendum sit τῷ vulgato *ponatur:* circumflexa enim jam *posita* est ab Ennio, in versu adducto; requiritur igitur, ut quis ibi etiam circumflexam *promat.*' *Otho.* Ascripsit Sciopp. *promatur numerus clausurus.* Lugd. Bat. et

NOTÆ

[a] *Pœnicorum*] De hac voce consule Notas in caput 4. lib. III.

[b] *Valerius Probus*] M. Valerius Probus, ex urbe Beryto oriundus, militiæ tædio ad studia se contulit, nec mediocrem reliquit sylvam observationum sermonis antiqui. *Sueton. lib. de Illustr. Grammat.*

[c] *Quadrato numero*] De quadratis versibus supra diximus in Notis ad caput 29. lib. II.

'Qui propter Hannibalis copias considerant.'[8]

Delph. dant *claudus est.*—8 'In marg. Cod. Voss. *Quapropter.*' Thys. 'Id vero est codicis Regii, nec id solum, sed *Qua propter Hannibalis copias Consederat.* Quod adeo non placet G. J. Vossio, ut in Historicis Latinis pag. 10. scribat apud Gellium perperam *Qui* pro *Et qui* vel *Quique* legi vulgo, unde edit *Quique propter Annibalis copias consederant.* Qua tandem auctoritate? Et quid non potuit his fragmentis contingere?' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *considerat.*

CAP. VIII.

Quid C. Fabricius de Cornelio Rufino homine avaro dixerit; quem cum odisset inimicusque esset, designandum[a] tamen Consulem curavit.

Fabricius Luscinus[9] [a] magna gloria vir magnisque rebus gestis fuit. P. Cornelius Rufinus[b] manu quidem strenuus,[b] [10] et bellator bonus, militarique disciplina peritus admodum fuit;[11] sed furax homo et avaritia acri erat. Hunc Fabricius non probabat, neque amico utebatur: osusque eum morum causa fuit.[c] Sed cum in temporibus rei-

[a] *Eligendum.* [b] *Ad arma promtus.* [c] *Et ei erat infensus propter indolem.*

9 'Vulgo male etiam in antiq. ed. *Lucinus.*' Thys. '*Fabricius Lucinus.* Lege cum Ms. Reg. *Luscinus*, approbante Valerio lib. II. cap. 9.' *Lambecius.* 'Miror a viro docto sic citari Gellium, cum posset, debebat certe nosse, Henr. Stephanum recte jam edidisse, nec aliter in editione Lugdunensi ann. 1644. exhibitum esse.' *Jac. Gronov.*—10 'Reg. *manus quidem strenuus:* quod forte non aspernabile.' *J. F. Gronov.*—11 '*Militarisque disciplinæ admodum peritus fuit.* Sic Carrio et Stephanus. Priores, *militarique disciplina peritus admodum fuit.* Rott. *militarisque disciplina præditus admodum fuit.* Non possum dedignari olim vulgatum, quod et in Regio esse suspicor.' *Idem.* 'In Ms. Regio plane legitur in genitivo *militarisque disciplinæ.*' Jac. Gronov.—

NOTÆ

[a] *Fabricius Luscinus*] Vir optime de rep. Romana meritus tertium Consul fuit an. U. C. CCCCLXXX. ante Christum CCLXXIV.

[b] *P. Cornelius Rufinus*] Fabricio secundum Consuli successit in eadem dignitate anno U. C. CCCCLXXVI. ante Christum CCLXXVIII. quam Consulis dignitatem prius sustinuerat collega M. Curio Dentato anno U. C. CCCCCLXIII. ante Christum CCXCI.

publ. difficillimis[d] Consules creandi forent; et is Rufinus peteret consulatum; competitoresque ejus essent imbelles quidam et futiles:[e] summa ope adnisus est Fabricius, uti Rufino consulatus deferretur. 2. Eam rem plerisque admirantibus, quod hominem avarum, cui esset inimicissimus,[12] creari Consulem peteret, quem hostiliter oderat; Fabricius inquit, 'Nihil est quod miremini, si malui compilari, quam venire.'[f] Hunc Rufinum postea bis consulatu et dictatura functum censor Fabricius Senatu movit, ob luxuriæ notam;[g] quod decem pondo[e] libras argenti facti

[d] *In maximis reip. miseriis.* [e] *Inutiles.* [f] *Vendi.* [g] *Ob nimium luxum.*

12 '*Cui esset inimicissimus.* Laborant hæc verba manifesto glossematis vitio: quis enim non videt, inani et inepta geminatione idem dici, *cui esset inimicissimus*, et *quem hostiliter oderat?* Quare alterutrum omnino tolli debet, malim ego posterius. In Ms. R. hic locus mutilus erat, concipiebatur autem hoc modo: *Eam rem plerisque admirantibus, quod hominem avarum, cui esset inimicissimus creari compilet quam hostis vendat.* Quantum quidem ex hisce verborum reliquiis conjici potest, puto scriptum fuisse.: *Nihil est quod miremini, si malim, ut Consul me compilet, quam hostis vendat.* Censeo tamen vulgatam lectionem potius retineri posse, cum brevitate sua majus acumen habeat. Interim quam ex Ms. eruimus παραφράσεως loco sit.' *Lambecius.* Vid. Not. Var. 'Subjungitur statim, *quem hostiliter oderat:* quorum alterumutrum non potest non esse suspectum. Sed prius Mss. auctores habet: posterius an habuerit, ambiguum reddunt exemplaria, quibus utimur, hic mutila. Regius enim et Rott. *quod hominem avarum, cui esset inimicissimus, creari compilet quam hostis vendat. Hunc Rufinum, &c.* Lincoln. *creari complet quam hostino vendat. Hunc Ruf.* Schefferi: *creari cuperet quem hostino dat hunc Rufinum.* Numquid fuit: *crearit Consulem; Malo, inquit, me inimicus compilet, quam hostis vendat.*' J. F. Gronov. 'Ergo hactenus adjutum ab Mss. agnosco Gellium, ut appareat audacia primorum editorum, quos non puduit ita ex arbitrio suo replere Gellium indecoro et longo narrationis tractu et diverso, quam is dederat, quantum video, componentes omnia ad exemplum Quintiliani sic narrantis 'Malui a cive meo spoliari,' cum Gellius subjunctivum usurpandi prætulerit lubidinem. Sed ex conatibus novis restituendi et emendandi non video causam et originem corruptelæ, ut solet illa plerumque apparere in geminatione aliqua vocis, per quam oculus scribentis in frustrationem incidit, et postremæ attendit omissa prima, quod per verbum *creari* hoc loco opinarer contigisse, etsi nunc eo pervenire mihi non liceat.' *Jac. Gronov.* 'Quod si ego quid video, puto, post *creari*, fuisse *cuperet*, omisso vocabulo *Consulem*, quod necessarium non est. Quoniam autem aliqua inter *cuperet* et *compilet* similitudo intercedit, eo factum esse credo, ut *cuperet* cum sequentibus usque ad *compilet* omissum sit nimis negligenter. Puto autem omnem locum ita fuisse: *Eam rem plerisque admirantibus, quod hominem avarum, cui esset inimicissimus, creari cuperet, ille, Malo, inquit, Consul me compilet, quam hostis vendat;* aut, quod magis placet, *ille, Consul, inquit, me compilet quam hostis vendat.* omisso

NOTÆ

[e] *Pondo*] Est libra duodecim unciarum. Sæpissime ponitur absolute, aliquando ut hoc loco adjungitur pondo libra. Porro argenti libra li-

haberet.[h 13 d] 8. Id autem, quod supra scripsi, Fabricium de Cornelio Rufino ita, ut in pleraque historia scriptum est,[14] dixisse, M. Cicero non aliis a Fabricio, sed ipsi Rufino gratias agenti, quod ejus gratias[e] dedignatus Consul esset,[15] dictum esse refert in libro secundo de Oratore.

[h] *Facti haberet in unum vasorum, &c.*

potius.' Otho.—13 Vid. Not. Var. '*Q. decem pondo argenti factitaret.* Corrige Gellium ex Gellio, et lege: *q. decem pondo argenti facti haberet.* Ita inf. l. XVII. c. 21.' *Lambecius.* '*Pondo libras argenti* recte Carrio et Stephanus. Sic enim et Regius Rottendorfianusque ac Lincolniensis: et genus loquendi in Pecunia vetere illustravimus. Sed *factitaret* nihili est, pro quo recte Freinshemius ad Flori I. 18. *facti haberet.*' J. F. Gronov. 'Ita est. Freinshemius in Floro illam notam absolutam esse non censuit, nisi hunc Gellii locum illic adductum sic corrigeret, et *factum argentum* exponeret. Sed jam decem annis ante eum Ludov. d'Orleans ipsum istud purgaverat ad Tacitum III. Annal. 53. cui justior honor habebitur; siquidem ita acquiescere nos oportebit. Sed sicut libro XVII. c. 21. potuit Gellius scribere *decem pondo argenti facti habere*, ita certe in hoc loco potuit illud *facti* omisisse. Et sic tamen nemo non intelligeret argentum factum. Itaque videndum, an non indicare nunc voluerit Gellius, quo modo ad id cognoscendum venerint censores, et ipse Rufinus in culpa fuerit, ut sic notaretur, nimirum *quod decem pondo libras argenti jactitaret*: vel verbis prædicando tantum a se possideri, vel semper ostentando. Quicquid sit, certe putida admodum est Lambecii ambitio.' *Jac. Gronov.*—14 '*Ita ut in pleraque historia est.* Scripti, *uti in pleraque historia scriptum est.* Sed et τὸ *scriptum* omnes editi ante Stephanum; qua auctoritate vel ipse vel Carrio id deleriut, ignoramus.' *J. F. Gronov.* 'Voculam *in* non agnoscit Reg.' *Jac. Gronov.*—15 '*Quod ejus gratiam dedignatus non esset.* Attende et deridebis ridiculam hanc lectionem. Emendo auctore Cicerone et vestigio veteris scripturæ: *Quod ejus gratia designatus Consul esset.* Ita profecto dictarat Gellius, sed ob ultimam syllabam vocis *Consul* male ab exscriptore omissam, pro *cos* quod ex veteri scriptura supererat, *non* substitutum est: et ne reliqua quoque verba omni prorsus sensu carerent, alii porro ex *gratia gratiam*, et ex *designatus dedignatus* fecerunt.' *Lambecius.* Vid. Not. Var. '*Quod ejus gratiam dedignatus non esset.* Genus loquendi non reprehendimus. Sed tres scripti codices: *quod ejus dedignatus esset*: sine τῷ *gratiam*, sine adverbio negandi. Lambecius igitur: *quod ejus gratia designatus Consul esset.* Idem ex Fulvii Ursini libro notatum habeo: sed et hujus conjecturam esse suspicor. Prior vox, fateor, aut aliqua idem significans, abesse non potest: posterior facile intelligitur, et perinde, ut prior, manum antiquam non habet suffragantem. Sit igitur, *quod ejus gratia designatus esset.* Sive malis, *ejus studio, beneficio, opera.*' J. F. Gronov. 'Nisi etiam aliud evanuerit, quod per primæ syllabæ in verbo *designatus* similitudinem

NOTÆ

bris septemdecim et decem assibus nostratibus respondet.

[d] *Facti haberet*] Ita cum Lambecio restituimus, cum prius legeretur *factitaret*.

[e] *Quod ejus gratias* [*gratia*] Idem Lambecius sic legendum esse colligit ex subjectis Gellii verbis, et vestigio veteris scripturæ, cum prius haberetur, *quod ejus gratiam dedignatus non esset*.

Verba Ciceronis hæc sunt:[16] 'Arguta[1] etiam significatio est, cum parva re et sæpe verbo res obscura et latens illustratur: ut cum C. Fabricio P. Cornelius homo, ut existimatur, avarus et furax, sed egregie fortis et bonus imperator gratias ageret, quod se homo inimicus Consulem fecisset, bello præsertim magno et gravi: Nihil est quo mihi gratias agas,' inquit, 'si malui compilari quam venire.'

[1] *Subtilis.*

probabilius reddi videtur, *quod ejus ope designatus*, cum toties Cicero 'opes et potentiam' jungat, Livius 'opem auxiliumque.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'f. *quod ejus gratia designatus Consul esset.*' 'Sed si vestigiis Mss. insistendum sit, malim, *quod eas dedignatus esset*: nempe Fabricius gratias Rufini.' *Otho.*—16 '*Verba Ciceronis hæc sunt.* Horum usque ad finem capitis in Mss. nullum vestigium est: et dubito, an Auctor ascribenda ea judicarit.' *J. F. Gronov.*

CAP. IX.

Quid significet proprie, religiosus,[a] *et in quæ diverticula significatio vocabuli istius flexa sit,*[b] *et verba Nigidii Figuli ex commentariis ejus super ea re sumta.*

NIGIDIUS FIGULUS, homo, ut ego arbitror, juxta M. Varronem[b] doctissimus, in undecimo commentariorum gram-

[a] *Ad quas alias res applicata sit hujus vocis significatio.* [b] *Post M. Varronem.*

NOTÆ

[a] *Quid significet proprie, religiosus*] Hujus vocis triplex est ἔτυμον aliqua dignum observatione. Primum affert Tullius lib. II. de Nat. Deor. 'Majores nostri religionem a superstitione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur et immolabant, ut sui liberi sibi superstites essent, superstitiosi sunt appellati: quod nomen postea latius patuit. Qui autem omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent et tanquam relegerent, dicti sunt religiosi ex relegendo, tanquam a deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes.' Alterum est ex Massurio Sabino et Gellio desumtum, qui religiosum censet a relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ a carendo. Tertium suppeditat Lactantius lib. IV. de vera sapientia cap. 28. 'Hoc vinculo pietatis,' inquit, 'obstricti Deo et religati sumus: unde ipsa religio nomen accepit.'

maticorum refert versum ex antiquo carmine memoria hercle dignum:

'Religentem esse oportet; religiosum nefas.'[c]

Cujus autem id carmen sit, non scribit.[17] Atque in eodem loco Nigidius, 'Hoc,' inquit, 'inclinamentum[d] semper hujuscemodi verborum, ut, vinosus, mulierosus, religiosus, nummosus, signat copiam[18] quandam immodicam rei,[e] super qua dicitur. Quocirca religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione sese alligaverat,[f] eaque res vitio assignabatur.'[g] 2. Sed præter ista, quæ Nigidius dicit, alio quodam diverticulo[h] significationis 'religiosus' pro casto atque observanti cohibentique sese certis legibus finibusque dici cœptus. Simili autem modo illa quoque vocabula, ab eadem profecta origine, diversum significare videntur, 'religiosi dies,' et, 'religiosa delubra.'[b] 'Religiosi' enim 'dies' dicuntur tristi omine infames impeditique,[i] in quibus et res divinas facere[k] et rem quampiam novam exordiri temperandum est:[l] quos multitudo imperitorum prave et perperam[m] 'nefastos'[e] appellant. 3. Itaque M.

[c] *Oportet esse pium, non oportet esse superstitiosum.* [d] *Terminatio.*
[e] *Denotat nescio quam abundantiam maximam.*
[f] *Qui amplectebatur majorem religionem et superstitiosam.*
[g] *Habebatur vitiosa.* [h] *Sensu.*
[i] *Tristibus signis infelices, et vacui ab opere.* [k] *Sacra Deorum curare.*
[l] *Abstinendum est.* [m] *Male.*

17 'Rot. *non refert*: neque absurde id verbum repetitum videtur.' *J. F. Gronov.*—18 '*Nummosus signat copiam.* Prima vox neque in Reg. neque in Rot. conspicua est: dein uterque, licet parum intersit, *significat.*' Idem.—

NOTÆ

[b] *Delubra*] Delubrum locus est in quo consecratum est Dei simulacrum: ut enim, inquit Varro, locus ille in quo ponitur candela candelabrum appellatur, ita id in quo Deum ponerent, dicebant delubrum. Cincius antiquissimus scriptor delubrum, teste Servio, ait esse fontem aut lacum ante templum ubi se deluerent.

[e] *Nefastos*] 'Dies nefasti vocantur,' inquit Varro, 'per quos dies nefas est fari Prætorem,' sive quibus non licet jus dicere. Unde Ovidius libro I. Fastorum: 'Ille nefastus erit per quem tria verba silentur: Fastus erit per quem lege licebit agi.' Tria verba solennia intelligit Ovidius, Do, Dico, Addico: quæ omnem juris actionem indicant. Do, dicebat Prætor, cum dabat potestatem citandi aliquem: Dico, cum pronuntiabat sententiam in causa quam cog-

Cicero in libro epistolarum nono ad Atticum, 'Majores,' inquit, 'nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ,[d] quam Urbis captæ;[n] [e] quod hoc malum ex illo.[o] Itaque alter[p] religiosus etiam nunc dies, alter[q] in vulgus ignotus.'[19] Idem tamen M. Tullius, in oratione de accusatore constituendo, 'religiosa delubra' dicit, non ominosa[r] [20] nec tristia, sed majestatis venerationisque plena. Massurius autem Sabinus, in commentariis quos de indigenis[1] composuit, 'Religiosum,' inquit, 'est quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositum a nobis est, verbum a relinquendo dictum, tanquam cærimoniæ a carendo.'[s] 4. Secundum hanc Sabini interpretationem templa quidem ac delubra,[t] quia horum cumulus in vituperationem non cadit, ut illorum, quorum laus immodesta est,[2] 'religiosa' sunt,[3] quæ non vulgo ac temere, sed cum castitate

[n] *Romæ.* [o] *Expugnatio Romæ venit ex pugna Alliensi.* [p] *Alliensis pugna.*
[q] *Urbis Romæ.* [r] *Aliquod malum portendentia.*
[s] *Sicut cærimoniæ dictæ sunt a carendo, quod vulgus iis careat.*
[t] *Templa, quia eorum dignitas non potest vituperari, sicut res profanæ, quorum laudes sunt supra meritum, sunt religiosa, et ea non sunt frequentanda inconsiderate ac sine pietate, &c.*

19 'Abest vocabulum *ignotus* apud Nonium, sed ex Gellio et Cicerone restituendum.' *Thys.*—20 Ad marginem Voss. cod. ex Ms. *non ignominiosa.*—1 'Lipsius mallet *de indigitamentis*. Eique se assentiri scribit Rupertus ad Enchiridion Pomponii p. 436. Brevius tamen possis *de Indigetibus*.' Jac. Gronov. Vid. Not. Var.—2 'Lege cum Reg. et Rot. *quorum laus in modo stat.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *in modo exstat.*—3 '*Religiosa sunt.* Hoc verbum, quod ab editionibus omnibus prioribus abest, recte inseruit H. Stephanus. Nullus alioquin fuerit sensus.' *Thysius.* 'Dubito an recte effe-

NOTÆ

noverat: Addico, cum quis in jure cedebat. Nefasti dies N litera notabantur, ut observat Festus. Poterat tamen diebus nefastis Prætor habere concionem, et legem promulgare.

[d] *Alliensis pugnæ*] Allia fluvius est Umbriæ in Sabinis, ad quem Romani a Gallis Senonibus fusi fugatique sunt, anno U. C. CCCXLIV. ante Christum CCCXC. Vulgo *Caminate*, teste Leandro, et *Rio de Mosso* auctore Blondo appellatur.

[e] *Urbis captæ*] Alliensi pugna ferociores Galli duce Brenno captam Romam ferro flammaque populantur, et Capitolium, quo se flos nobilitatis receperat, obsident: jamque erant illud expugnaturi, nisi Manlius anserum clangore excitatus subeuntes per acclive præcipites egisset. Eos demum Camillus ab exilio revocatus ita delevit, ut ne cladis quidem nuntius superesset, anno U. C. CCCLXIV. ante Christum CCCXC. *Livius, Florus, &c.*

cærimoniaque adeunda[4] et reverenda et reformidanda sunt magis quam invulganda:[u] sed dies 'religiosi' dicti, quos ex contraria causa, propter ominis diritatem,[x] relinquimus. Idcirco ait Terentius[e] in Heautontimorumeno:[5f]

'Tum, quod dem ei, recte est. Nam, nihil esse mihi,
religio est dicere.'[y]

5. Quod si, ut ait Nigidius, omnia istiusmodi inclinamenta nimium ac præter modum significant, et idcirco in culpas cadunt,[z] ut, 'vinosus,'[a] 'mulierosus,' 'verbosus,' 'morosus,' 'famosus:' cur 'ingeniosus,' 'formosus' et 'officiosus' et 'speciosus,' quæ pariter ab ingenio et forma et officio inclinata sunt; cur etiam 'disciplinosus,'[b] 'consili-

[u] *Proferenda in vulgus.* [x] *Propter pessimum augurium.*
[y] *Deinde commode suppetit quod ipsi largiar. Nam scrupulus est mihi dicere me nihil habere.* [z] *Vitiosa sunt.*
[a] *Amans nimium vini, mulierum, verborum.* [b] *Qui facile discit.*

rat, quod in animo habebat. Non enim verbum, sed utrumque quod citatur ab Stephano additum est contra editiones perinde præcedentes ac Mstos antiquos. An laudabili exemplo, patebit ita. In Regio codice pro illis *immodesta est* legitur *in modo estat*. Hinc videtur Gellius scripsisse: *Secundum hanc Sab. interpretationem templa quidem ac delubra* (nempe sic vocantur, ut in antecedentibus dictum est,) *quia horum cumulus in vituperationem non cadit, ut illorum, quorum laus in modo est, ac quæ non vulgo,' &c.* Jac. Gronov.—4 'Rott. *adeundem*, sed penultimam literam *u* superposita significans corrigendam. Regius etiam et Lincoln. *adeundum*. 'Quæ adeundum' docte atque antique, ut 'pœnas in morte timendum.' Dices numquid ergo *et reverendum et reformidandum*, tum *invulgandum*. Potuisset utique sic etiam hæc efferre; tamen quia vulgatis hic scripti consentiunt, nihil mutem, et crediderim utroque loquendi genere adhibito ludere Auctorem voluisse, præsertim cum τὸ *quæ* sit ambiguum, et commode ad τὸ *adeundum* casu quarto, ad sequentia primo accipi possit.' *J. F. Gronov.*—5 'Aldus edidit *Terentius in eunu.* In Regio pro his verbis tantum legitur *et terrenti justum*. in Lincoln. *ac Terentius tum*. Certe nomen Comœdiæ vix videtur ab Gellio additum. Ex Rott. nihil video nota-

NOTÆ

[e] *Terentius*] P. Terentius Afer, comicorum inter Latinos facile princeps, Carthagine natus, servivit Romæ Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium et formam non institutus modo liberaliter, sed et mature manumissus; ut in ejus vita tradit Suetonius. Cum ex Græcia rediret in Italiam, in mari periit Coss. Cn. Cornelio Dolabella et M. Fulvio Nobiliore, anno U. C. DXCV. ante Christum CLIX.

[f] *Heautontimorumeno*] Heautontimorumenos comœdia quæ a Cicerone, qui Terentii fabulas diligenter legerat, redditur 'ipse se puniens: ἑαυτοντιμωρούμενος.

osus,'[c] 'victoriosus,' quæ M. Cato ita affiguravit;[d] [6] cur item 'facundiosa,'[e] quod Sempronius Asellio tertiodecimo rerum gestarum ita scripsit, 'Facta sua spectari oportere; non dicta,[7] si minus facundiosa essent:' cur, inquam, ista omnia nunquam in culpam, sed in laudem dicuntur; quanquam hæc quoque incrementum[8] sui[f] nimium demonstrent? an propterea, quia illis quidem,[9] quæ supra posuit,[10] adhibendus est modus quidam necessarius? nam et 'gratia,' si nimia quidem atque immodica, et 'mores,' si multi atque varii, et 'verba,' si perpetua atque infinita[11] et obtundentia,[g] et 'fama,' si magna et inquieta et invidiosa sit, neque laudabilia neque utilia sunt. 'Ingenium' autem et 'officium' et 'forma' et 'disciplina' et 'consilium' et 'victoria' et 'facundia,' sicut ipsæ virtutum amplitudines, nullis finibus cohibentur; sed quanto majora auctioraque[h] sint, etiam tanto[12] laudatiora sunt.

[c] *Qui dat sapientia consilia.* [d] *Finxit.* [e] *Eloquens.*
[f] *Abundantiam rei de qua agitur.* [g] *Insipida et stolida.* [h] *Abundantiora.*

tum.' *Jac. Gron.*—6 'Sic legitur in cod. Rott. at Reg. simpliciter *ita figuravit*. Lincoln. *Ita afiguravit*, ut mirer unde venerit hesternum *effiguravit*.' Idem.—7 Vulg. *dicta non*.—8 'Reg. Rot. et Lincoln. *hæc cum incrementum*. Forte *quanquam æque incrementum*.' J. F. Gronov. 'Equidem illo *hæc* carere facillime sermo Gellii potest. Sed si consideres codices vetustos, in iis plane agnoscas latere, *quanquam eccum incrementum sui n.*' Jac. Gronov.—9 Tò *quidem* abest a Parisiensi Badiana ed.—10 Vet. ed. ap. Thys. *posui*.—11 Vulg. *infrunita*: quod etiam maluit Carrio. Scripti et edd. *infinita*.—12 'Rott. *sunt m ito etiam tanto*. Reg. *into etium tanto*: vel *iuito*. Scribe: *sed quanto majora auctioraque sunt, multo etiam tanto laudatiora sunt*.' J. F. Gronov.

CAP. X.

Quid observatum de ordine rogandarum[a] sententiarum in Senatu, jurgiorumque in Senatu C. Cæsaris Consulis et M. Catonis diem dicendo eximentis.[b]

ANTE legem, quæ nunc de Senatu habendo[c] observatur, ordo rogandi sententias varius fuit. Alias primus rogaba-

[a] *Petendarum.* [b] *Extrahentis tempus longiori oratione.*
[c] *De Senatu in concilium convocando.*

tur, qui a censoribus princeps in Senatum lectus fuerat,[d] alias qui designati Consules erant: quidam e Consulibus studio aut necessitudine aliqua adducti, quem iis visum erat, honoris gratia, extra ordinem sententiam primum rogabant. Observatum tamen est, cum extra ordinem fieret, ne quis quenquam, ex alio quam ex consulari loco,[e] sententiam primum rogaret. C. Cæsar [a] in consulatu, quem cum M. Bibulo gessit, quatuor solos extra ordinem rogasse sententiam dicitur: ex iis quatuor principem rogabat M. Crassum,[b] sed, postquam filiam Cn. Pompeio [c] desponderat, pri-

[d] *Primus relatus fuerat inter senatores.* [e] *Ex ordine eorum qui fuerant Consules.*

NOTÆ

[a] *C. Cæsar*] C. Julius Cæsar primum Consul renuntiatus est collega M. Calpurnio Bibulo, anno U. C. DCXCV. ante Christum LIX. Tumque Pompeium Julia filia collocata sibi devinxit: conciliato præterea Crasso, et ceteris potentioribus, Galliam obtinuit provinciam, anno U. C. DCXCVI. eamque annos novem administravit. Deinde gliscente discordia, Romam infesto exercitu contra Pompeium contendit. Hic fugit, et delato ad Pharsaliam in Thessalia bello deletur, iterumque profugus in Ægypto occisus est a Ptolemæo. Romam reversus Cæsar perpetuum se dictatorem appellat, sed paulo post conjuratione Bruti et Cassii viginti tribus vulneribus in Senatu confossus periit anno æt. LVI. U. C. DCCX. ante Christum XLIV. 'Vir vigore animi,' ut ait Velleius, 'acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem evectus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum, Magno illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo simillimus, qui denique semper et somno et cibo in vitam non in voluptatem uteretur.' Mirum vero quod de illo tradit Plinius lib. VII. Hist. Nat. cap. 25. 'Scribere et legere simul, dictare et audire solitum. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. Idem signis collatis quinquagies dimicavit . . . præter civiles victorias undecies C. et XCII. M. hominum occisa præliis ab eo.' Et quod laudum omnium instar esse possit, omnes clementia superavit. V. Plutarchum, &c.

[b] *M. Crassum*] Hic Romanorum longe ditissimus, inito fœdere cum Cæsare et Pompeio, Parthici belli curam suscepit, et in itinere expilato templo Hierosolymitano cum maxima militum parte miserrime periit, an. U. C. DCXCIX. ante Christum LV. Aurum liquidum in os ejus cadaveris infuderunt barbari, 'ut cujus animus,' inquit Florus, 'arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum et exsangue corpus exureretur.'

[c] *Cn. Pompeio*] Cnæi Pompeii mores nemo pressius et ingeniosius Velleio descripsit his verbis: 'Vir fuit innocentia eximius, eloquentia medius, dux bello peritissimus, civis in toga, nisi ubi vereretur ne quem haberet parem, modestissimus; potentia sua nunquam aut raro ad impotentiam usus, pæne omnium vitiorum expers. In quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat; neque

mum cœperat Pompeium rogare. 2. Ejus rei rationem reddidisse eum Senatui Tiro Tullius M. Ciceronis libertus refert: itaque se ex patrono suo audisse scribit. Id ipsum Capito Ateius in libro, quem de officio senatorio [13] composuit, scriptum reliquit. In eodem libro Capitonis id quoque scriptum est, 'Caius,' inquit, 'Cæsar Consul M. Catonem [d] sententiam rogavit. Cato rem quam consulebatur,[14] quoniam non e rep.[f] videbatur, perfici nolebat. Ejus rei gratia ducendæ,[g] [15] longa oratione utebatur eximebatque dicendo diem.[e] Erat enim jus senatori, ut, sententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet aliæ rei [16] et quoad vellet. Cæsar Consul viatorem[f] vocavit; eumque, cum finem

[f] *Non utilis Reip.* [g] *Ut eam rem protraheret.*

13 '*De officio senatoris*. Operarum errorem in Carrionis et Stephani editione censeo, cum et in scriptis et antiquitus impressis sit *senatorio*.' J. F. Gronov.—14 'Colerus ad Valerium Maximum corrigit, *quam consulebat*: quid opus? Sed Reg. et Rot. *quæ consulebatur*.' Idem.—15 '*Ejus rei gratia ducendæ*. Colerus expungit τὸ *ducendæ*. Injuria: est enim ut 'ducere comitia,' 'ducere bellum,' 'ducere judicium.'' *Idem*. Regius vero *ejus rei ducendæ gratia*.—16 '*Quicquid vellet alii rei*. Jo. Meursius Anim. Misc. IV. 9. tentat *ali rei*, tanquam ab *alis* pro *alius*. Sed scripti plane: *quicquid vellet aliæ rei*. Quod mutandum non fuit.' *J. F. Gronov*. 'Aliter *alius rei*.' Thys.

NOTÆ

eo viro quisquam aut alia omnia minus aut gloriam magis concupiit: in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus.' His dotibus rebusque fortiter gestis Magni cognomen consecutus est. Domitium in Africa vicit, subegit Numidiam, bellum Servile, Piraticum, et Mithridaticum feliciter confecit. Mediam, Albaniam, Iberiam, ac Syriam Romanis subjecit. Quocumque arma inferret adeo felix, ut primum ex Africa, iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet: et quot partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta victoriæ suæ. In bello civili ex Italia fugatus a Julio Cæsare, ab eoque victus in Pharsalicis campis, cum in Ægyptum profugisset, Ptolemæi regis Ægypti gratiam victoris turpiter ambientis jussu cæsus est ætatis anno LIX. U. C. DCCVI. ante Christum XLVIII. *Plutarchus, &c.*

[d] *M. Catonem*] Consulantur Notæ in cap. 19. lib. XIII.

[e] *Eximebatque dicendo diem*] Prolixo sermone protrahebat diem, quo elapso senatusconsultum ferre non licebat.

[f] *Viatorem*] Viator proprie is est qui facit iter; hic ministrum publicum sive apparitorem significat. 'Viatores,' inquit Festus, 'appellantur, qui magistratibus apparent, eo quia initio omnium tribuum, cum agri in propinquo erant urbis, atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via quam urbe; quod ex agris plerumque homines vocabantur a magistratibus, et frequens eorum erat ab agris ad urbem via.'

non faceret, prehendi[17] loquentem et in carcerem duci jussit. Senatus consurrexit: prosequebatur Catonem in carcerem. Hac,' inquit, 'invidia facta[h] Cæsar destitit, et mitti Catonem jussit.'

[h] *Hac re odiosa peracta.*

Alii Lugd. Bat. Delph.—17 Scripti *prendi*.

CAP. XI.

Quæ qualiaque sint, quæ Aristoxenus, quasi magis comperta,[a] de Pythagora memoriæ commendavit:[b] et quæ item Plutarchus eundem in modum de eodem Pythagora scripsit.

Opinio vetus falsa[18] occupavit[c] et convaluit, Pythagoram philosophum non esitavisse[d] ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem *κύαμον*[e] Græci appellant. Ex hac opinione Callimachus[a] poëta scripsit:

Καὶ κυάμων[b] *ἄπο χεῖρας ἔχεν ἀνιώντου ἔδεσθαι,*[19]
Κἀγὼ, Πυθαγόρας ὡς ἐκέλευε, λέγω.[f]

[a] *Certa.* [b] *Scriptis tradidit.* [c] *Præoccupavit animos, et confirmata est.* [d] *Comedisse.* [e] *Fabam.* [f] *Et a fabis manus abstinere, et sanguinis expers comedere. Et ego, ut Pythagoras jussit, dico.*

18 Reg. *Opinio vetus et falsa:* prout nempe a Lambecio annotatum est.—19 'Tentaveram *ἀμίαντον*· ut esset *ἀπέχειν ἔδεσθαι κυάμων χεῖρας ἀμίαντον*. Sed forte melius H. Stephanus, *ἔχειν καὶ ἄναιμον ἔδεσθαι*. *J. F. Gronov.* 'Et id quidem satis molle ac benignum. Interim doleo in hodiernis Mss. codicibus hæc Græca non reperiri, atque etiam non extare causam, cur cum ad annum usque 1534. ediderint *ἀνιώντων*, ita repente secuti editores parere potuerint prælis Ascensianis, a quibus primum anno 1536. exhibitum fuit *ἀνιώντον*, ut habet Gryphiana anni 1539. cum præcedens anni 1534. retineat geminum *ω*. Quæ vero causa fuit mutandi, cum utrumque esset venæ pessimæ? nec melior erat versio, quam idcirco Stephanus ad suam scriptionem transtulit;

NOTÆ

[a] *Callimachus*] Hic patria Cyrénæus, natus in Africa, floruit in Græcia Olymp. CXXV. annis ante Christum CCLXXX.

[b] *Καὶ κυάμων, &c.*] Ita quidem in antiquissimis legitur exemplaribus, in quibus proculdubio subest aliquod mendum. Nos in interpretatione secuti sumus Henrici Stephani conjecturam, qui sic emendat: *Καὶ κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχειν, καὶ ἄναιμον ἔδεσθαι.*

Ex eadem item opinione M. Cicero in libro de Divinatione primo hæc verba posuit: 'Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis,[g] ut nihil sit quod errorem animis perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoreis interdictum[h] putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus[20] tranquillitatem mentis quærentibus contrariam.'[i] Hæc quidem M. Cicero. 2. Sed Aristoxenus[c] musicus vir literarum veterum diligen-

[g] *Ita dispositis.* [h] *Vetitum.* [i] *Quia maxime inflat hoc legumen, quod est contrarium cupientibus quietem mentis.*

Græcum ascivit Prousteus, vocans 'Stephani conjecturam, qui sic emendat,' cum neutra voce utatur Stephanus. Latinam interpretationem a Thysio accepit. Et sane licet ille vocis hujus *ἄναιμον* vestigia, id est, quasdam reliquas ejus literas *αιμον* habeat, an et vocalam *καὶ* tueri ita potest? Ferocius et acerbius tamen multo est, quod nuper ex Anglia Bentleius trajecit, cum edidisset *ἔχεν ὁ ἀνίεντον*, monens, versiculum priorem ita poteris emendare *ἔχειν ἀβίωτά τ' ἔδεσθαι*, et *ἀβίωτα* addit se hic intelligere *ἄψυχα*. Tanquam verbum *ἔχειν* non fuisset centum annis ante ab Stephano emendatum. Alia Græca sic defendit, ut dum ipse in noxa est unus, Callimachum velit traduci maximum novatorem. Quæ vel exigua propinquitas est inter *ἀβίωτά τ'* et *ἀνίεντον*? Mihi quidem semper adhæsit, nec etiamnum ab eo discedo *ἔχειν*, *ἄπνευστον ἔδεσθαι*. Ita nihil credo rarum nunc scripsisse. Si scribas *ἄπνευστον*, videre potes viciniam literarum.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'V. c. *ἔσχεν ἀνιόντος ἐδεσούς*. et in dextero latere ascripsit *ἐδεσῶν* V. C.' Vid. inf. et Not. Var. 'Trillerus, cunctis doctorum emendationibus neglectis, legit *ἀνεμοέντων*, aut *ἀνεμόντων*, sc. *κυάμων*; h. e. 'fabæ ventosæ,' seu 'inflantes:' qua emendatione nihil putat ad hunc locum aptius.' *Falster.*—20 'Editiones antehac: *quæ res habet inflationem magnam: is cibus tranquillitatem mentis quærentibus constat esse contrarius.* Ex Ciceronis, quæ nunc extant, exemplaribus videtur mutationem sumsisse Carrio: quamvis ibi quoque sit, *tranquillitati mentis quærenti vera.* In scriptis nihil video ab editis olim distans, nisi quod *contrariam* Rot. quoque Reg. et Lincoln. non *contrarius.* Itaque suspicor, si non apud ipsum Tullium, apud Gellium duntaxat fuisse: *ne faba vescerentur, quæ res habet inflationem magnam, tranquillitatem mentis quærentibus contrariam.* Nam illud, *quæ res*, non est plebeium, sed alibi et ipsius Ciceronis, ut notavimus III. Observ. 24. Ad Atticum IV. 10. 'Ego hic pascor bibliotheca Fausti. Fortasse tu putabas his rebus Puteolanis et Lucrinensibus: ne ista quidem desunt.' Vix est ut non horum verborum explicatio sit *is cibus:* quo in contextum recepto ab imprudenti librario malus aliquis medicus et interjecit *constat esse*, (quas voces Stephanus ex editione sua omisit,) ac barbare fecit *contrarius ἀντὶ τοῦ contrariam.* Quid est autem, cur triumphet Stephanus *inflammatione* pro *inflatione*, quam tenent omnes libri, subjecta?

NOTÆ

[c] *Aristoxenus*] Hic ortus urbe Tarento philosophicis juxta et musicis disciplinis eruditus extitit. Aristotelem audivit præceptorem, in quem officii parum memor subinde invectus est, quod Aristoteles in schola sibi delegisset Theophrastum successorem, anno circiter ante Christum CCCXX. *Suidas.*

tissimus, Aristotelis [1] philosophi auditor, in libro, quem de Pythagora reliquit, nullo sæpius legumento Pythagoram dicit usum quam fabis: quoniam is cibus et subduceret sensim alvum et lævigaret.[k] Verba ista [2] Aristoxeni subscripsi: *Πυθαγόρας δὲ τῶν ὀσπρίων μάλιστα τὸν κύαμον ἐδοκίμασε· λίαν κινητικόν τε γὰρ εἶναι, καὶ διαφορητικόν·*[3] *διὸ καὶ μάλιστα κέχρηται αὐτῷ.*[l] Porculis quoque minusculis et hœdis tenerioribus victitasse idem Aristoxenus refert. Quam rem videtur cognovisse ex Xenophilo [4] [d] Pythagorico familiari suo, et ex quibusdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagoræ haud multum aberant. 3. Ac de animalibus Alexis [e] etiam poëta in comœdia, quæ Pythagoræ vita [5] [f] inscribitur, docet.[6] Videtur autem de *κυάμῳ* non esitato [m] causam erroris fuisse, quia in Empedocli [g] carmine, qui [7] disciplinas Pythagoræ secutus est, versus hic invenitur:

Δειλοὶ, πάνδειλοι, κυάμων ἄπο χεῖρας ἔχεσθαι.[n] [8]

[k] *Paulatim solveret ventrem et molliret.*

[l] *Pythagoras vero ex leguminibus maxime fabam probavit admodum: eam enim movere alvum, et ciere: quapropter et præcipue utebatur illa.*

[m] *Faba non manducata.* [n] *Miseri, miserrimi, a κυάμων manus abstinete.*

Vide Lud. Nonnium de re cibaria I. 9.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—1 Reg. *Aristoteli:* ut post paulo 'carmina Empedocli.'—2 Reg. *ipsa:* quod et ascripsit Sciopp.—3 'Gebhardus notavit in Palatino *κινητικόν τε γὰρ εἶναι·* neque aliter Romana et Veneta editiones. Aldus mutavit, et, puto, jure.' *J. F. Gronov.*—4 'Lenius scripti *e Xenophilo.*' Idem.—5 Rot. *pythagoruua inscribitur.* Reg. et Lincoln. *pythagoræ via.* Vid. Not. inf. Emendationem Reinesii non improbat Jac. Gronov. Joh. Johnsius quoque in Historia Philosoph. I. 19. sic de sententia ejusdem Rein. notat: 'est qui Gellium hic ex Athenæo corrigendum censeat, neque magnopere repugno.'—6 Ascripsit Sciopp. *id docet.*—7 Rutgersius 4. Var. 19. *quo.* *Secutus* ab Aldo est, et firmant scripti. Ro. et Ven. *sectatus.*—8 Vet. ed. ap. Thys. *ἐλέσθαι.*—9 'Rot.

NOTÆ

[d] *Xenophilo*] Xenophilus musicus celeberrimus, patria Chalcidensis, vixit CV. annos morborum expers, ut ex Aristoxeno refert Valerius. Quod miraculum et solitarium exemplum reperiri ait Plinius Hist. Nat. lib. VII. cap. 50.

[e] *Alexis*] Alexis Thurii, quæ urbs dicta est deinde Sybaris, in magna Græcia natus, poëta comicus Menandrum ætate præcessit. Floruit Olympiade CXII. annis ante Christum CCCXXX.

[f] *Quæ Pythagoræ vita* [*Pythagorizusa*] Sic legendum monuit Reinesius Athenæi nixus auctoritate, qui Alexin testatur scripsisse comœdiam Πυθαγορίζουσαν. In prioribus editionibus sic habetur. *In comœdia quæ Pythagoræ vita inscribitur.*

[g] *Empedocli*] Empedocles philosophus, idemque poëta Agrigentinus.

Opinati enim sunt plerique *κύαμον* legumentum vulgo dici.[9] Sed qui diligentius scitiusque[10] carmina Empedocli arbitrati sunt,[o] *κυάμους* hoc in loco testiculos significare dicunt; eosque more Pythagoræ operte atque symbolice *κυάμους* appellatos, quia sint *εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ αἴτιοι τοῦ κυεῖν,*[p][11] et genituræ[12] humanæ vim præbeant,[q] idcircoque in Empedocli versu[13] isto non a fabulo edendo, sed a rei venereæ proluvio[r][14] voluisse homines deducere. 4. Plutarchus quoque homo in disciplinis gravi auctoritate[s] in primo librorum, quos de Homero composuit, Aristotelem philosophum scripsit eadem ipsa de Pythagoricis scripsisse; quod non abstinuerunt[15] edundis animalibus,[t] nisi pauca carne quadam. Verba ipsa Plutarchi, quoniam res inopinata est,[u] subscripsi: *Ἀριστοτέλης δὲ μήτρας, καὶ καρδίας, καὶ ἀκαλύφης, καὶ τοιούτων ἄλλων*[16] *ἀπέχεσθαί φησι τοὺς Πυθαγορικούς· χρῆσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις.*[x] *Ἀκαλύφη*[17] autem est animal marinum, quod urtica appellatur. Sed et piscibus nonnullis abstinere Pythagoricos Plutarchus[18] in Symposiacis dicit.

[o] *Et accuratius expenderunt versus Empedocli.*
[p] *Ad generandum apti et causa generandi.*
[q] *Et dent facultatem hominis generandi.* [r] *Sordibus.*
[s] *Maximi nominis in doctrinis.* [t] *A comedendis.* [u] *Extraordinaria.*
[x] *Aristoteles vero vulva, et corde, et urtica, et talibus aliis abstinere dicit Pythagoricos: uti vero aliis.*



tianius. Dein Rot. *legumentum dicitur.* Lincol. *legumentum a vulgo dicitur.* Regius, *legumentum dicitur a vulgo dicitur.* Nimirum legendum: *Opinati enim sunt plerique* Κυάμους (puta in versu Empedoclis) *legumentum dici, ut a vulgo dicitur*, quod etiam odoratus fuit Salmasius.' *J. F. Gronov.*—10 '*Qui diligentius anquisitiusque.* Et hoc Carrionis: nam scripti et editi veteres, *diligentius scitiusque.* Alludit Lincoln. qui *satiusque.*' Idem. *Diligentius anquisitiusque* Lugd. Bat. Delph.—11 'Rot. *quod sint Gr. et genituræ.* Reg. *quod sint αἴτιοι τοῦ κυεῖν et genituræ humanæ vim præbeant.* Illa *εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ καὶ* non agnoscit. Lincoln. *quid sint.*' J. F. Gronov.—12 '*Et genituræ.* Hæ quinque voces sunt interpretis verba, non Gellii, et a Bad. et Ald. Ed. absunt.' *Thysius.* 'Nequaquam, et abstinuisset talia scribere, si cognitam habuisset scripturam codicis Regii.' *Jac. Gronov.*—13 '*Iccircoque in Empedocli versu.* Hoc ab Aldo est. Ro. Ven. Gry. *Iccircoque Empedoclem.* Scripti, *iccircoque in Empedoclem*, vel *in Empedocle.* Lege: *iccircoque et Empedoclem versu isto, non a fabulo edendo, sed a rei venereæ proluvio voluisse homines deducere.* Nam in minuta scriptura, quoties compendia sectatur, inter præpositionem istam et conjunctionem parum interest.' *J. F. Gronov.* 'Nisi innuant Auctorem dedisse *iccirco eum Empedoclem.*' Jac. Gronov.—14 'In margine mei codicis ascriptum *prolubio.*' Thys.—15 Ascripsit Sciopp. *abstinuerint.*—16 Idem ascripsit *τοιούτων τινων ἄλλων.*—17 Alii legunt Ἀκαλήφη.—18 'Reg. et Rot. *piscibus nullis*, (ita quidem ut in Reg. prima linea in voce *nullis* sit erasa)

5. Pythagoram vero ipsum sicuti celebre est Euphorbum primo se[19] fuisse[h] dictitasse; ita hæc remotiora sunt his, quæ Clearchus[i] et Dicæarchus[k] memoriæ tradiderunt, fuisse eum postea Pyrandrum,[20] deinde Callicleam, deinde fœminam pulchra facie meretricem, cui nomen fuerat[1] Alce.[2]



Lincoln. *piscibus nullis*. Dein nomen philosophi Chæronensis nescit hic Rot. atque id sane potest integro sensu abesse. Sed neque de *nonnullis* neque de *nullis* Plutarchus. Locus est 8. Συμποσ. ubi legis, *ὅτι δὴ μάλιστα τῶν ἰχθύων ἀπείχοντο*. Et, *ἄλλα μέν ἐστιν ὅτε μετρίως προσφερομένοις, καὶ νὴ Δία θύουσιν, ἰχθύος δὲ μὴ γεύσασθαι τὸ παράπαν ὑπομένουσιν*. Et, *ἡ τῶν Πυθαγορικῶν πρὸς τὸν ἰχθὺν ἐκεχειρία*. Numquid igitur fuit? *piscibus nullis non*: aut *piscibus μάλιστα abstinere*.' J. F. Gron.—19 ' Pronomen *se* non apparuit in ullo ex tribus Mss.' *Jac. Gronov.*—20 ' Ms. Regius *Pyrrandrum*, qui præterea exhibet *deinda et halidena*, sicut et Lincoln. *thalidena*, at Rott. *callideria*. Itaque pro verissima apparet habendam suspicionem Cl. Menagii statuentis legendum videri *dein Æthaliden*.' Jac. Gronov. ' Staveren rejicit merito suspicionem Menagii pro *deinde Callicleam*, substituentis *dein Æthaliden*.' Otho. Ascripsit Sciopp. ' V. C. *Chalidenam*. Sed Laërtius *Calliclen*.' Legunt alii *Calliclem*. Bad. ed. *Callideam*. Aut. Ven. *Callidenam*.—1 ' Antiq. Ven. *fuerit*. Abest in alia vet. ed.' *Thys*.—2 ' Alii *Aspasiam* dictitant inter quos Lucianus in Gallo. Legitur quoque *Alco*.' Idem. ' *Cui nomen fuerit Alce*. Non incommoda vox Ἀλκή, Lincoln. tamen *alio*: Reg. et Rott. *Alco*, quasi fuerit Ἀλκώ, ut Ἀκκώ. ' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

Eum tradunt, ut absumto corpore crederetur immortalis, in ardentem Ætnæ montis voraginem sese dedisse præcipitem; ejectis autem ferreis crepidis rem fuisse deprehensam. Ita Hippobotus apud Laërtium, qui neque hoc neque alia de ejus morte figmenta approbat. Id constat, eum floruisse Olympiade LXXXIV. ante Christum CCCCXLIV. annis.

[h] *Euphorbum primo se fuisse, &c.*] Pythagoras primus auctor fuit τῆς μετεμψυχώσεως sive transfusionis animarum in alia corpora. Dicebat itaque, ut hanc sententiam astrueret, se fuisse primo Euphorbum, virum illum Trojanum quem occidit Menelaus, deinde Pyrandrum hominem fraudulentum, tum Callicleam. Si tamen aliis credimus, asserebat se primum Æthaliden Mercurii filium, deinde Euphorbum, tum Hermotimum, postea Delium piscatorem nomine Pyrrhum, denique se Pythagoram fuisse. *Laërtius.*

[i] *Clearchus*] Aristotelis discipulus, et, auctore Josepho, Peripateticorum nulli secundus. Eum Solensem fuisse patet ex Suida et Diogene Laërtio. Claruit annis ante Christum CCCX.

[k] *Dicæarchus*] Iisdem quibus Clearchus temporibus floruit Dicæarchus Messenius Aristotelis auditor, ut tradit Athenæus. Vide Vossium.

CAP. XII.

Notæ et animadversiones censoriæ[a] *in veteribus monumentis repertæ memoria dignæ.*

Si quis agrum suum passus fuerat sordescere,[b] eumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat; sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictui:[c] non id sine pœna fuit; sed erat opus censorium:[d] censoresque ærarium faciebant.[a] Item si quis eques Romanus[b] equum habere gracilentum[e] aut parum nitidum visus erat, 'impolitiæ' notabatur.[f] Id verbum significat quasi si tu dicas, 'incuriæ:' cujus rei utriusque auctoritates sunt: et M. Cato id sæpenumero attestatus est.

[a] *Ignominiæ et pœnæ quibus censores afficiebant.* [b] *Sylvescere.*
[c] *Minime curaverat.* [d] *Quod censores debebant punire.* [e] *Macilentum.*
[f] *Afficiebatur ignominia negligentiæ.*

3 Ascripsit Sciopp. *eum quem diligenter.*—4 Vet. ed. ap. Thys. *non is.*

NOTÆ

[a] *Ærarium faciebant*] Ærarius fieri sive inter Ærarios referri dicebatur, qui jure suffragii et civis Romani privatus referebatur in tabulas, ut æra tributi nomine penderet.

[b] *Eques Romanus*] Proximam a senatoribus in republica Romana dignitatem obtinebant equites. 'Horum nomen sæpe variatum,' inquit Plinius lib. XXXIII. cap. 2. 'Celeres sub Romulo regibusque appellati sunt, deinde Flexumines, postea Trossuli, cum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX. M. cepissent ejus vocabuli.' Eos a plebe distinxit annulus aureus, angustus clavus a senatoribus, quorum insigne fuit latus clavus. Census, ut ex Suetonio in Julio Cæsare colligitur, fuit quadringentorum millium.

CAP. XIII.

Quod incentiones[a] *quædam tibiarum certo modo factæ ischiacis*[5] *mederi possint.*

Creditum[b 6] hoc a plerisque est et memoriæ mandatum;[c]

[a] *Concentus aliqui.* [b] *Scriptum.* [c] *Et in libris traditum.*

5 Ascripsit Sciopp. *Ischiadicis.*—6 Ita Reg. et Rot. et vet. edd. Vulg.

ischiaci[a] cum maxime[7] doleant, tum, si modulis lenibus tibicen incinat,[d] minui dolores. Ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni viperarum morsibus[b] tibicinium[8] scite modulateque[e] adhibitum mederi. Refert etiam idem Democriti liber,[9] qui inscribitur περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν.[f][10] In quo docet plurimis hominum morbis[11] medi-

[d] *Si auletes cantum suaviorem ediderit.* [e] *Doctum et peritum.*
[f] *De peste et pestilentibus malis.*



Proditum.—7 'Liber uterque *ischia cum maxime.* Scribe, *ischiacis, cum maxime:* ut referatur ad *τὸ minui dolores.*' J. F. Gronov. 'Nisi probabilius sit retineri simpliciter scripturam veterem, Gellio studiose eligente vocabulum Græcum ἰσχία, *ischia*, ut magis diserte alluderet ad dolores vel ægrotos inde ab Græcis appellatos ischiacos vel ischiadicos.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. ἰσχιαδικοὶ *Gr.*—8 '*Viperarum morsibus tibicinem.* Lincoln. *tibicinum.* Reg. et Rot. *tibicinium:* haud dubie suavius.' *J. F. Gronov.* *Tibicinem* dant Lugd. Bat. Delph.—9 'Τὸ *idem* Carrionis est emblema: nam priores omnes, *Refert et Democriti.* Scripti, *Refert etiam Democriti.* Adjectum illud *idem*, ut sanarent vitium, quod luxando periodos et male distinguendo, verboque *est* interponendo contraxerant. Sic igitur omnia concipe: *Creditum hoc a plerisque et memoriæ mandatum, ischiacis, cum maxime doleant, tum, si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores, ego nuperrime in libro Theophrasti scriptum inveni. Viperarum morsibus tibicinium scite modulateque adhibitum mederi, refert etiam Democriti liber.*' J. F. Gron. *Etiam Democriti* ascripsit Sciopp.—10 'Ita ex ingenio suo edidit H. ST. cum in superioris temporis editionibus legeretur περὶ λοιμῶν ἢ λογικῶν κανῶν. Utrumque æque mendosum. Legerim ex Laërtio περὶ λοιμῶν κανὼν α'. β'. γ'. Hoc enim titulo inter Democriti libros unum fuisse refert.' *Lambecius.* 'Περὶ λοιμῶν ἢ λοιμικῶν κακῶν. In utroque scripto hæc Græca desunt. Ro. Ven. Ald. Vasc. Gryph. ἢ λογικῶν κανῶν. Unde Hier. Magius ἢ λογικῶν κακῶν, (quod et Gryphii margines habent,) reprehensum Reinesio 2. Var. Lect. 1. Carrio, an Stephanus, fecerunt, quod editur. P. Lambecius e Diogene Laërtio: περὶ λοιμῶν κανὼν α' β' γ'.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. ῥυθμῶν ἢ λογικῶν. Vid. Not. Var.—11 Hanc vocem ex Ms. R. restituit Lambecius cum prius legeretur *morsibus.* 'Reg. cum Rot. *plurimis hominum morbidis.* Recte omnino: affectos intelligit,

NOTÆ

[a] *Ischiaci*] Ἰσχία sunt vertebræ coxarum, quibus qui laborat ischiacus dicitur. Hinc et nos Galli derivamus *la goutte sciatique.*

[b] *Viperarum morsibus, &c.*] Simile quid narrant de phalangiorum morsu curando. Phalangium quoddam araneorum genus est in Apulia, quod ab urbe Tarento, ad quam sub æstivos menses oriuntur, Tarentulas appellant: si quem momorderint, is pro diversa corporis affectione vel risu, vel furore enecabitur, aut sensim contabescet, aut obrigescet statim. Neque præsentius huic morbo remedium aliud est, quam certis quibusdam numeris decantata musica, qua excitatus æger tamdiu saltando corpus agitat, dum solutis poris venenum omne diffluxerit. Consule Kirkerum, &c.

cinam fuisse incentiones[g] tibiarum. Tanta prorsus est affinitas[12] corporibus hominum mentibusque; et propterea quoque vitiis aut medelis animorum et corporum.

[g] *Concentus.*

ægrotos.' *J. F. Gronov.*—12 Scripti hoc ordine: *Tanta prorsus affinitas est..... vitiis quoque.*

CAP. XIV.

Narratur historia de Hostilio Mancino ædili et[13] Mamilia meretrice: verbaque decreti tribunorum, ad quos a Mamilia provocatum est.[a]

CUM librum nonum[14] Atei Capitonis Conjectaneorum[15] legeremus, qui inscriptus est 'de judiciis publicis,' decretum tribunorum visum est gravitatis antiquæ plenum. Propterea id meminimus; idque ob hanc causam et in hanc sententiam[16] scriptum est: A. Hostilius Mancinus ædilis curulis fuit. Is Mamiliæ[17] meretrici diem ad populum dixit,[b] quod de tabulato[18] ejus noctu lapide ictus esset,[c] vulnusque ex eo lapide ostendebat. Mamilia ad tribunos plebei[a] provocavit. Apud eos dixit comessato-

[a] *Appellatum est.* [b] *Assignavit diem ut compareret coram populo.*
[c] *Quod ex ejus porticu lapis in eum esset projectus.*

13 'Reg. *Mantino edulium et.* Numquid *ædili, ut et Mamilia.*' J. F. Gronov. —14 Badiana ed. *lib.* IV. Ascripsit Sciopp. VIII.—15 Vulg. *Conlectaneorum.* —16 'Rot. Regiusque, *et in hac sententia.* Delenda præpositio, quæ inserta est ab aliquo dubitante, *ET* an *IN* nota compendii duarum literarum in minutis characteribus significaret.' *J. F. Gronov.*—17 Ascripsit Sciopp. *Manliæ.* Vet. ed. ap. Thys. *Manuliæ.*—18 '*Diem ad populum dixit, quod de ambulacro.* Scripti: *dixit et quod et ambulato.* Lege: *Is Mamiliæ meretrici diem ad populum dixit eo quod de tabulato ejus noctu lapide ictus esset.* Prævertit hoc monere Salmasius ad Solinum p. 1218. Statim uterque: *vulnusque ex eo lapide ostendebat:* non *ostentabat.*' J. F. Gronov. 'Ex scripta autem lectione videtur ab Salmasio designatas fuisse literas, scribendo *quod e tabulato.* Itaque et Henr. Valesius ad Gellii sui editionis Lugdunensis apud Barthol. Vincentium MDLXXI. calcem notaverat: '*De ambulacro ejus.* Cod. Reg. *et am-*

NOTÆ

[a] *Plebei*] Plebs plebis, plebes plebei dicitur; ut jam monuimus: estque, ut vulgus, populi pars vilior.

rem[19][b] Mancinum ad ædes suas venisse: eum sibi fas recipere non fuisse æde sua;[d][20] sed cum vi irrumperet, lapidibus depulsum. Tribuni decreverunt ædilem ex eo loco jure dejectum, quo eum venire cum coronario[c] non decuisset:[1] propterea, ne cum populo ædilis ageret, intercesserunt.[e]

[d] *Non sibi licuisse eum admittere in domum suam.*

[e] *Ideo impediverunt quominus Mancinus ædilis cum populo actionem instrueret in eam.*

bulato ejus. Unde Salmasius conjicit, *e tabulato ejus*, id est, *ἐκ τῆς στέγης.*'' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.—19 ' Antiq. Ven. Ed. et Aldus *comesatorem* legit. Sed plane Reg. *comessatorem*, prout incepit Gryphius edere anno 1539. forsan ex emendatione Vascosani: is enim anno 1536. sic exhibuit, ut nemo miretur id nunc repeti, præsertim cum sic citaret Pighius supponens hanc ædilitatem incidisse in annum U. C. DLXXI. ubi et vocatur *Manulia*, et *ostentabat*, et *eum sibi recipere in æde sua non fuisse*. Manuliam vocat quoque Dan. Heinsius ad Maximum Tyrium, et quamvis habeat ante oculos *ἐκώμασεν*, vocavit tamen *commessatorem*. Denique citat *venire cum corona*. Sed perperam et leviter. Credibilius est fuisse appellatam Manillam. Sed Reg. et Rott. vocant *Maniliam*, ut libertinam in illa gente.' *Jac. Gronov.*—20 ' *Eum sibi fas recipere non fuisse in æde sua*. Carrionis, opinor, est: nam *τὸ fas* et scriptis et editis prius exulat. In marginibus Gryphii alii *visum non fuisse*, alii *non voluisse*. P. Scriverius, *Animum sibi recipere non fuisse*. Quæ omnia non intellecto exquisito sermone, de quo diximus 4. Observat. 8. Magis autem foret ex usu loquendi, *in ædes suas*: etsi Rott. *eum sibi recipere non fuisse æde sua*, quomodo et Reg. ubi si possis admittere *ædes suas*, dictum foret, ut 'recipere domum.'' *J. F. Gronov.* '*Fas* abest a vett. edd. et pro *fuisse* legunt quidam *voluisse*.' Thys.—1 Forte *cum corona viatorum decuisset*; ad coërcendas libidines, ministris viatoribus, qui magistratui serviebant. Sed nihil muto, codicibus adeo constanter consentientibus.' *Falster.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[b] *Comessatorem*] Comissator seu comessator est qui intempestivis conviviis indulget.

[c] *Coronario*] Coronarius ille est qui coronas conficit. Solebant autem Veteres, cum hilarioribus epulis utebantur, frontem præcingere coronis, unde hic Mancinus secum adducebat coronarium.

CAP. XV.

Defensa a culpa sententia ex historia Sallustii, quam inimici ejus cum insectatione maligne reprehenderint.[2]

ELEGANTIA orationis Sallustii verborumque fingendi et

2 Antiq. Ven. ed. *quam inimici antea....reprehenderunt. Reprehenderunt*

novandi studium[a] [3] cum multa prorsus invidia fuit;[b] multique non mediocri ingenio viri conati sunt reprehendere pleraque et obtrectare:[c] in quibus plura inscite aut maligne vellicant.[d] Nonnulla tamen videri possunt non indigna reprehensione; quale illud in Catilinæ historia repertum est, quod habeat eam speciem, quasi parum attente dictum. Verba Sallustii hæc sunt: 'Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem[4] rerum,[e] tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis exæquanda sunt; dein,[5] quod plerique, quæ delicta reprehenderis, malevolentia et invidia dicta putant. Ubi de magna virtute atque gloria bonorum memores;[f] quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit:[g] supra,[6] veluti ficta pro falsis ducit.'[h] 2. Proposuit, inquiunt,[i] dicturum causas, quamobrem videatur esse arduum res gestas scribere: atque ibi non primum causam,[k] sed querelas[l] [7] dicit. Non enim causa videri de-

[a] *Verba nova fingendi.* [b] *Adduxit eum in malevolentiam multorum.*
[c] *Calumniari.* [d] *Absurde aut malitiose reprehendunt.*
[e] *Eum qui narrat et qui facit res.*
[f] *Quando loqueris de singulari virtute et gloria proborum.*
[g] *Legit indifferenter.*
[h] *Quæ sunt supra ejus vires quasi fabulas æstimat illa falsa.*
[i] *Inimici Sallustii.* [k] *Difficultatis in historia.* [l] *Historicorum.*

quoque Delph.—3 '*Verborumque facundia et novandi studium.* Reg. et Rot. *Verborumque findi.* Monstrant, *verborumque fingendi et novandi studium:* id est, verborum fingendorum et novandorum, vel verba fingendi et novandi. Sic enim loquebantur.' *J. F. Gronov.*—4 'Charisius lib. II. legit *actorem.* Et sic habent etiam nonnulli Mssti, sed aliter meliores.' *Thys.*—5 Ascripsit Sciopp. *sunt exæquanda: dehinc.*—6 Vet. ed. ap. Thys. *supra ea.*—7 'Reg. Lincoln. et Rot. *ibi cum primam causam.* Corrupta hæc certum habeo: ut commode instaurentur, ambigo. Nisi forte: *Atque ibi post primam causam pro secunda querelas dicit.*' J. F. Gronov. 'Mira equidem est doctorum hominum taciturnitas in loco tam pravo, qui adeo multi cognitam habuere veterem istam scripturam, et ita futilem inutiliter supposuerunt. Interim multum opinor præstat perditum sinere, quod perditum est, prout ex vetere prorsus censuerim aliquas voces excidisse per illud *am* vel *causam* repetitum. *Atque ibi cum primam causam....sed querelas dicit.* Hoc vides indicari plane ab Msstis. Quæ autem exciderunt, fuerunt his similia: *dixisset, mox non procedit ad alteram,* vel *secundam, causam.* In Lincoln. legitur: *ibi cum primam causam scilicet querelas.* Lepide interim intelligit et interpretatur Prousteus: *Atque ibi non primum causam* difficultatis in historia, *sed querelas* historicorum *dicit.* Hæc nimirum conveniunt sententiæ, quam Gellius declarat! Sallustius nihil agit de historicorum querelis, sed suis.' *Jac. Gronov.* 'Perpensis

bet, cur historiæ opus arduum sit, quod ii, qui legunt, aut inique interpretantur quæ scripta sunt, aut vera esse non credunt. Obnoxiam quippe et objectam falsis existimationibus eam rem dicendam aiunt quam arduam;[8] quia, quod arduum est, sui operis difficultate est arduum, non opinionis alienæ[9] erroribus. Hæc illi malevoli[10] reprehensores dicunt. Sed, 'arduum,' Sallustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant:[11] quod est tum difficile, tum molestum quoque et incommodum et intractabile.[m] Quorum verborum significatio a sententia Sallustii supra scripta non abhorret.[n]

[m] *Durum.* [n] *Non est aliena.*

itaque omnibus legendum esse censeo: *atque ibi cum prima causa videlicet querelas dicit.*' Otho.—8 'In scriptis ignoratur particula *magis*, nota Veterum elegantia.' *J. F. Gronov.*—9 Rot. *aliæ.*—10 '*Hæc illi malivoli.* Video quatuor postremas literas ultimæ vocis in Rott. non extitisse. Verum Reg. *Hæc illi mali malivoli.* Utrum despici oportet, ut cap. 20. videbis fieri in *memorum* vel *memor memoriali?* An voluit librarius *male malivoli?*' Jac. Gronov.—11 'Neuter scriptus habet δυσχερὲς *aut.* Rott. *quod Græci Xalepon appellant.* Uterque autem *intractabile*, ut olim edebatur, non *intrectabile.*' J. F. Gronov.

CAP. XVI.

De vocabulis quibusdam a Varrone et Nigidio contra quotidiani sermonis consuetudinem declinatis: atque inibi id genus quædam[a] cum exemplis Veterum relata.

M. Varronem et P. Nigidium, viros Romani generis doctissimos,[12] comperimus non aliter locutos[13] esse et scrip-

[a] *Et ibidem aliqua hujusmodi.*

12 '*Romani generis disertissimos.* Carrionis et hoc. Scripti et olim editi *doctissimos.* Hæc laus illis convenientior.' *J. F. Gronov.* *Disertissimos* Lugd. Bat. Delph.—13 Rot. *elocutos:* quod et ascripsit Sciopp. 'Calphurnius ad Terent. Heaut. II. 3. 46. hunc Gellii locum exscripsisse videtur, *M. Varronem*, inquiens, *et P. Nigidium viros Romani generis doctissimos constat non aliter locutos esse et scripsisse, quam senatuis et domuis, qui est primus casus ab eo, quod est senatus et domus.* Sed valde miror, quare adhuc interpretes ibi non

sisse, quam 'senatuis,' et 'domuis,' et 'fluctuis;' qui est patrius casus,[b] ab eo, quod est, 'senatus,' 'domus,' et 'fluctus:' hinc[14] 'senatui,' 'domui,' 'fluctui,' ceteraque his consimilia pariter dixisse. Terentii quoque comici versus in libris veteribus itidem scriptus est:

'Ejus anuis, opinor causa, quæ est mortua.'[c 15]

2. Hanc eorum auctoritatem quidam e veteribus grammaticis ratione etiam firmare voluerunt, quod omnis dativus singularis litera finitus, *i*,[16] si non similis est genitivi singularis, *s*[17] litera addita genitivum singularem facit, ut, 'patri patris,' 'duci ducis,' 'cædi cædis.' Cum igitur, inquiunt,[18] in casu dandi, 'huic senatui,' dicamus; genitivus ex eo singularis 'senatuis' est, et non 'senatus.' Sed non omnes concedunt in casu dativo 'senatui' magis dicendum, quam 'senatu.' Sicut Lucilius in eodem casu, 'victu,' et 'anu,' dicit, non, 'victui,' et 'anui,'[19] in hisce versibus:

'Quod sumtum atque epulas victu præponis honesto,'

et alio in loco, 'Anu noceo,' inquit. 3. Virgilius quoque in casu dandi 'aspectu,' dicit, non 'aspectui.'

'Teque aspectu ne subtrahe nostro.'

et in Georgicis:

'Quod nec concubitu indulgent.'[d]

Caius etiam Cæsar gravis auctor linguæ Latinæ in Anticatone,[e] 'Unius,' inquit, 'arrogantiæ superbiæque, domi-

[b] *Genitivus.* [c] *Credo propter hanc vetulam quæ obiit.*
[d] *Apes non coëunt ad progenerandos fœtus.*

deprehenderint vitium non adeo obscurum et quod facile ex nostro sanari potuisset. *Primus* enim, etiam ab Westerhovio, ibi invulgatum est, plane contra sententiam, pro *patrius.*' Otho.—14 Antiquæ edd. *huic.*—15 Reg. et Rot. *quæ est emortua.*—16 Rot. *Dativus singularis I litera finitus.*—17 Lugd. Bat. et Delph. non dant literam *s.*—18 Verbum nescit Rot.—19 Reg. et Rot.

NOTÆ

[e] *In Anticatone*] C. Cæsar primus ille Romanorum Imperator, de quo diximus in Notis ad caput 10. hujus libri, ut laudes a Cicerone collatas

natuque.' Item in Dolabellam[b] actionis III. 'Ibi isti[20] quorum in ædibus fanisque posita et honori erant et ornatu.' In libris quoque Analogicis omnia istiusmodi sine, *i*, litera dicenda censet.

non victui nec anui.—20 '*In Dolabellam actionis* III. *Ibi isti.* Carrionis fœtus. Romana, *actionis illubuisti.* Aliæ, *actionis illibuisti.* Reg. et Rott. *actionis in libuisti.* Scribe: *Item in Dolabellam actionis* III. *lib.* I. *Isti, quorum in ædibus fanisque posita et honori erant et ornatu.* Quemadmodum Ciceronis duæ sunt actiones in Verrem, et posterioris libri quinque.' *J. F. Gronov.* 'Nisi illud *libri* innuat *lib.* II.' *Jac. Gronov.* '*Actionis* III. Ita Stephani et Tornesii ed. ex Ms. in antiquis edd. vulgo legitur, nullo sensu, *Actionis illibuisti.*' Thys.

NOTÆ

in Catonem Uticensem detereret, in eum libros duos conscripsit.

[b] *In Dolabellam*] Tunc primum eloquentiæ mirabilis specimen exhibuit Cæsar, cum annos natus XXI. Dolabellam repetundarum reum accusavit.

CAP. XVII.

De natura quarundam particularum, quæ præpositæ verbis intendi[a] *atque produci barbare atque inscite videntur, exemplis rationibusque plusculis disceptatum.*[b]

LUCILII ex undecimo versus sunt:

'Scipiadæ[c] magno improbus objiciebat[1] Asellus
Lustrum,[a] illo censore, malum infelixque fuisse.'

[a] *Longa fieri.* [b] *Disputatum.* [c] *Scipioni.*

1 'In Vossiano codice ex Ms. legebatur, *obiciebat:* atque ita *conicere, subicit*, et ita porro. Idque verum arbitror, quia addit Auctor noster, 'idque eo facere dicunt, ut ratio numeri salva sit.' Salva autem ratio si duplex i apponatur, ubi unum *j* vim consonantis habet, quod monet postmodum Gellius.'

NOTÆ

[a] *Lustrum*] Græcorum Olympiadi respondebat lustrum Latinorum, quod quinto quoque anno ineunte absolvebatur, quo tempore creabantur novi censores. Lustrum, inquit Varro, tempus quinquennale dicitur a luendo, hoc est, solvendo, quod quinto quoque anno institueretur census, seu æstimatio bonorum cujusque, secundum quam tributa pendebantur.

'Objiciebat,' *o*, litera producta multos legere audio, idque eo facere dicunt, ut ratio numeri salva sit.[a] Idem infra:

'et jam
Conjicere in versus[e] dictum præconis[b] volebam
GranI.'[2]

In hoc quoque prima verbi præpositio[3] ob eandem causam producitur. 2. Item quintodecimo:

'Subjicit hinc[4] humilem et sufferctus[c] posteriorem.'

'Subjicit,' *u*, litera longa legunt, quia primam syllabam brevem esse in versu heroico non convenit. Item apud Plautum in Epidico,[d] 'con,' syllabam productam pronuntiant,

'Age nunc jam, orna te, Epidice, et pallium in collum
conjice.'[5]

Apud Virgilium quoque, 'subjicit,' verbum produci a plerisque audio.

'et jam[6] Parnasia[e] laurus
Parva sub ingenti matris se subjicit umbra.'[f]

[a] *Ut quantitas versus constet.* [e] *Ponere in carmine.*
[f] *Pariter exigua laurus Parnassi crescit sub umbra magna majoris arboris.*

Thys.—2 Vulg. *Graii.*—3 '*In hoc quoque prima verbi præpositio.* Carrionis manus. Ante illum: *In hac quoque prima verbi præpositione ob eandem causam producunt.* In quo nihil aliud mutari jubent membranæ, quam *producitur* in *producunt* et *prima* in *primi*; scilicet quod inchoat versum Lucilii. Nam quod de præcedente versu vulgo additur *et jam*, nec in Reg. nec Rot. nec Lincoln. visitur. Intelligimus autem *producunt* literam O: quemadmodum paulo ante, 'Objiciebat O litera producta.'' *J. F. Gronov.*—4 In Voss. cod. annotatum *subicit huic*: quod et ascripsit Sciopp. '*Hinc humilem et sufferctus posteriorem.* Scripti *huic, non hinc.* Deinde Ro. Ven. Ald. Gryph. *sufferceatus posteriorem.* Vascos. et Ascensius *suffectus.* Gryphii margo, *suffractus.* Vulgatum Carrionis est, ut puto, et sequitur Fr. Douza: etsi nihil tinniat sufferti. Reg. et Rott. *suffer citus.* Fortasse: *Subjicit huic humilem et Sufes catus posteriorem.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *suffercitus.* 'Lege *sufferctus* a suffarciendo, aut *suffertus*, quod idem est *c* litera euphoniæ gratia sublata, ut 'confertus' pro 'conferctus.'' *Henr. Valesius.* Vid. Not. Var.—5 Ascripsit Sciopp. *conice.*—6 Lugd. Bat. Delph. *etiam.*—7 '*Fœnoribus*: non *facinoribus*:

NOTÆ

[b] *Præconis*] Præcones sunt qui jussu magistratuum aliquid publice denuntiant.

[c] *Sufferctus*] A verbo suffercire videtur derivatum vocabulum, ita ut sufferctus hic ponatur ut suffertus.

[d] *Epidico*] Plauti comœdia, in qua primas agit Epidicus servus.

[e] *Parnassia*] Parnassus mons Phocidis gemino culmine, Apollinis cul-

3. Sed neque, 'ob,' neque, 'sub,' præpositio producendi habent naturam; neque item, 'con;' nisi cum eam literæ sequuntur, quæ in verbis, 'constituit,' et 'confecit,' secundum eam primæ sunt,[g] vel cum eliditur ex ea, *n*, litera: sicut Sallustius, 'Facinoribus,'[7] inquit, 'coopertus.' In his autem, quæ supra posui, et metrum esse integrum potest, et præpositiones istæ possunt non barbare protendi:[h] secunda enim litera in his verbis per duo *ii*, non per unum scribenda est. Nam verbum istud, cui supra dictæ particulæ præpositæ sunt, non 'icio' est, sed 'jacio,' et præteritum non 'icit' facit, sed 'jecit:'[8] idque, ubi compositum est ex *a* litera, *a* in *i* mutatur,[9] sicuti fit in verbis 'insilio' et 'incipio;' atque ita vim[10] consonantis capit: et idcirco ea syllaba productius latiusque paulo pronuntiata priorem syllabam brevem esse non patitur; sed reddit eam positu longam;[11] propterea que et numerus in versu et ratio in pronuntiatu[i] manet. 4. Hæc, quæ diximus, eo etiam conducunt, ut, quod apud Virgilium[12] in sexto positum invenimus,

'Eripe me his invicte malis, aut tu mihi terram
Injice:'

sic esse 'injice,' ut supra dixi,[k] et legendum et scriben-

[g] *Sunt primæ post eam.* [h] *Effici longæ.* [i] *In pronuntiatione.*

[k] *Faciunt ut intelligamus id quod in sexto Æneidos libro apud Virgilium legimus scriptum (fortissime Ænea libera me ab his miseriis, vel injice humum in meum cadaver insepultum) debere scribi et pronuntiari per, injice, ut modo explicui.*

---

et Nonius.' *Sciopp.* 'Recte puto: nam eundem locum Sallustii intelligere videtur, quem supra eadem de causa adduxit Noster lib. II. cap. 17. ubi *fænoribus* legitur, non *facinoribus*.' Otho. *Fænoribus* improbat Thys.—8 '*Et præteritum non icit sed jecit.* Reg. et Rott. verbo auctiores: *et præteritum non Icit facit, sed Jecit.* Neque aliter Ro. et Veneta. Aldus delevit primus; eum alii secuti.' *J. F. Gronov.*—9 Puto legendum esse, *mutat*: non enim video, quomodo dici possit 'verbum mutatur *a* in *i*.'' Otho.—10 'Fortassis legendum est: *itaque prima i vim.* 'Itaque' enim et 'atque' facile invicem permutari potuerunt; *ita* autem videtur enatum ex more librariorum exarantium I[a] pro 'prima.'' *Idem.*—11 'Videtur esse, quam alioqui *positione* longam dicunt. Rott. tamen et Lincoln. *pro situ*, quod etiam in Palatino Ja. Gebhardus notavit 2. Antiq. l. IV.' *J. F. Gronov.*—12 'Reg. Rot. Lincoln. ignorant τὸ *quod.* An igitur et τὸ *invenimus* delendum?' *Idem.* 'Non. Sic

NOTÆ

tu, Musarum sedibus apud poëtas celebris.

dum sciamus: nisi quis tam indocilis est,[l] ut in hoc quoque verbo 'in' præpositionem metri causa[13] protendat. Quærimus igitur in 'obicibus,' *o*, litera qua ratione intendatur, cum id vocabulum factum sit a verbo, 'obicio;' et nequaquam simile sit, quod a verbo 'moveo' 'motus,' *o*, litera longa dicitur. 5. Equidem memini Sulpicium Apollinarem,[f] virum præstanti literarum scientia, 'obicis' et 'obicibus,' *o*, litera correpta[m] dicere; in Virgilio quoque sic eum legere;

'qua vi maria alta tumescant
Obicibus ruptis.'[n]

sed ita, ut diximus, *i*, literam, quæ in vocabulo quoque gemina esse debet, paulo uberius[o] largiusque pronuntiabat. Congruens[p] igitur est, ut 'subices' etiam, quod proinde ut 'obices' compositum est, *u*, litera brevi dici oporteat. 6. Ennius in tragœdia, quæ Achilles inscribitur, 'subices' pro aëre alto ponit, qui cœlo subjectus est,[q] in his versibus:

'Per ego[14] Deum sublimes subices,[15] humidus
Unde oritur imber sonitu sævo et spiritus.'[r]

plerosque homines tamen legere audias, *u*, litera producta.

[l] *Tenax suæ opinionis.* [m] *Breviata.*
[n] *Qua ratione altior oceanus exundet fractis obicibus.* [o] *Longius.*
[p] *Convenit.* [q] *Est infra cælum.*
[r] *Juro ego per excelsum aëra, ex quo cadit pluvia cum vehementi fragore et vento.*

enim eleganter apud Antiquos hoc pronomen non raro omissum invenimus, ut quæ sequantur veluti per παρένθεσιν inculcati sint.' *Otho.*—13 Reg. Rot. Lincoln. *metri gratia.*—14 Ascripsit Sciopp. *Ergo.*—15 '*Deum sublimes subices.* Festus: '*Subices Ennius in Achille pro subjectis posuit, cum dixit: 'nubes* Per ego Deum subices humidas Unde oritur imber sonitus aërio spiritu.''* Reg. Rottendorfianusque, *sublimas subices humidas*: ut et apud Nonium. Non enim tantum 'sublimis' Antiqui dicebant. Idem probarunt et Jos. Mercerus et Ger. Jo. Vossius. *Spiritu* e Festo Carrionem sumsisse puto: nam scripti et ante illum editi: *sonitu sævo et strepitu.*' J. F. Gronov. 'Cum ita firmi sint codices antiqui in illo *humidas* offerendo, vide, an non te componant ad probandum, *humigans Unde oritur imber*, quomodo inde 'confluges inhuminant' ex Lævio servavit Nonius, ut sciverunt docti viri.' *Jac. Gronov. Sublimas* ascripsit Sciopp. ita et *humidas, strepitu.* '*Spiritus.* Festus *spiritu*, antiq. ed. *strepitu.*' Thys. Pro *humidus* malit Falster. *humidans.* Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[f] *Sulpicium Apollinarem*] Eum fuisse probabile est, quem ait Julius Capitolinus Ælii Pertinacis, cum esset puer, extitisse præceptorem.

Id ipsum autem verbum M. Cato sub alia præpositione dicit, in oratione, quam de consulatu suo habuit.[16] 'Ita hos,'[17] inquit, 'fert ventus ad priorem Pyrenæum[g] quos projicit in altum.' Et Pacuvius item in Chryse:[a] [18] [h] 'promontorium,[19] [i] cujus linguam[20] in altum projicit.'

[a] *In tragœdia cui nomen Chryse.*

16 Auctor Observationum super Gellio hunc verborum ordinem in Ms. Biblioth. Pembrocens. invenit, *de consulatu habuit suo.*—17 'Ego non dubito Gellium sive Catonem pro *Ita hos*, scripsisse *Italos*.' Falster.—18 Vulg. *Anchise*. Lincoln. *in chise.*—19 Ascripsit Sciopp. *promuntorium.* 'Nescio quare hic nulla diversitas lectionis indicata sit alia: habent enim editiones veteres, quarum partem ipse hic consului, *Id promontorium;* unde Nic. Heinsius ad Virgil. Æneid. lib. x. vers. 587. legendum censet *Ida promontorium*, simulque ibi de hac vi verbi 'projicere' pluribus disserit, quem vide.' *Otho.* —20 Vet. ed. *lingua.*

NOTÆ

[g] *Pyrenæum*] Pyrenæi montes maximi Galliam ab Hispania dividunt: ἀπὸ τοῦ πυρὸς dictos volunt, quod vel fulminibus sæpe percutiantur vel olim pastorum incendiis exarserint.

[h] *Chryse*] Sic ex Ms. Regio Lambecius corrigit. Chryses autem fabulæ fragmenta apud Ciceronem, Varronem, et alios habentur. In antiquis editionibus legebatur *Anchise*.

[i] *Promontorium*] Est pars terræ altior excurrens in mare.

CAP. XVIII.

De Africano superiore[1] sumta quædam ex annalibus memoratu dignissima.

Scipio Africanus antiquior[a] quanta virtutum gloria præstiterit, quam fuerit altus animo[2] atque magnificus, et qua sui conscientia subnixus;[a] plurimis rebus[3] quæ dixit

[a] *Et quam securus ob recte facta.*

1 'Reg. *de paffr.* Vult nihil aliud, sed etiam certo certius indicare ab Gellio ascriptum prænomen *de P. Afric.*' Jac. Gronov.—2 'Scribe cum Reg. et Rot. *altus animi.*' J. F. Gronov. *Animi* in Ms. ap. Thys.—3 '*Conscientia nixus pluribus rebus.* Ante Carrionem editi cum scriptis: *conscientia subnixus.* Quod male truncatum, cum sit idem quod confidens, elatus, in utramvis partem. Dein Rott. *plurimis rebus quæ dixit quæque fecit declaratum est.* Ubi τὸ

NOTÆ

[a] *Scipio Africanus antiquior*] Vide Notas in cap. 4. lib. III.

quæque fecit declaratum est. Ex quibus sunt hæc duo exempla ejus fiduciæ atque exuperantiæ[b] ingentis. Cum M. Nævius tribunus plebei accusaret eum ad populum, diceretque accepisse a rege Antiocho[4] [b] pecuniam, ut conditionibus gratiosis ac mollibus[c] pax cum eo populi Romani nomine fieret; et quædam item alia crimini daret[5] indigna tali viro;[d] tum Scipio pauca præfatus, quæ dignitas vitæ suæ atque gloria postulabat, 'Memoria,' inquit, 'Quirites, repeto diem esse hodiernum, quo Hannibalem Pœnum imperio nostro inimicissimum,[6] magno prælio vici in terra Africa: pacemque et victoriam vobis peperi insperabilem:[7] non igitur simus adversum Deos ingrati: sed censeo relinquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus[8] Jovi opti-

[b] *Excellentiæ.* [c] *Benignis et commodis.*
[d] *Accusaret de quibusdam aliis flagitiis indignis tanto duce.*

rebus quæ debetur Carrioni, et defenditur iis, quæ notavimus 3. Observ. 2. nam priores, *quas dixit quasque fecit.* Alterum sancit et Regius. Lincoln. *quæ dixerit quæque fecit.*' J. F. Gronov. 'Prout quidem annotatum ab Bourdelotio, Salmasio, Lambecio. Sed ipse et frater plane etiam in eo notavimus *plurimis*, unde sic edidi.' *Jac. Gronov.* *Nixus pluribus r. q. dixerit q. fecerit* Lugd. Bat. Delph.—4 'Hic est ordo vocum in Ms. Reg. et prioribus editis, quem nescio cur Stephanus mutaverit in *a rege Antiocho accepisse.*' Jac. Gronov. *A rege A. a.* Lugd. Bat. Delph.—5 'Non male. Sed tres scripti *crimina.* Numquid *crimina jaceret?*' J. F. Gronov.—6 '*Imperio nostro inimicissimum.* At ego attentus notavi vocis secundæ literam primam esse *u*, et scribi *uro* superducta lineola, qua notatur *vestro*, non *nostro*; quod quidem ego opinor nunc multo oportunius dici et blandius.' *Jac. Gronov.*—7 'Reg. et Rot. *inspectabilem*, quasi vellent *inexspectabilem.*' Idem. Ascripsit Sciopp. 'V. C. *inspectabilem. f. spectabilem.*'—8 '*Eamus nunc protinus.* Reg. et Rot. *hinc.* Forsan tota oratio sic constitit: *Ne igitur simus adversum Deos ingrati, censeo relinquamus nebulonem hunc, et eamus hinc Jovi optimo maximo gratulatum.* Habes autem hic verbum 'gratulari' ea proprietate, de qua diximus 2. Observ. 19.' *J. F. Gronov.* 'Sed optime procedit sensus et verba ex scripta lectione: *Non igitur simus adversum Deos ingrati, censeo: relinquamus nebulonem hunc, eamus hinc protinus Jovi, &c.* Lincoln. *ingrati, et censeo*, prout quo-

NOTÆ

[b] *Antiocho*] Hic est Antiochus III. cognomento Magnus, Syriæ rex, qui ab Annibale Carthaginiensi impulsus, cum jam Romanis formidolosus esse cœpisset, a Scipionibus Asiatico et Africano horribili strage profligatus duras pacis conditiones accipere coactus est anno Urbis DLXIV. ante Christum CXC. ut Livius, &c. narrant. Refert Strabo eum apud Elymæos in Susiana, cum ad diripiendum Jovis Beli templum sese accingeret, a barbaris fuisse occisum, anno XXXVI. regni, CXLVIII. Olymp. II. ante Christum CLXXXVII.

mo maximo gratulatum.'[e] Id cum dixisset, avertit, et ire in Capitolium[9] cœpit. 2. Tum concio universa,[f] quæ ad sententiam de Scipione ferendam[10] convenerat, relicto tribuno, Scipionem in Capitolium comitata, atque inde ad ædes ejus cum lætitia et gratulatione solenni prosecuta est. Fertur[g] etiam oratio, quæ videtur habita eo die a Scipione, et, qui dicunt eam non veram, non eunt[h] infitias, quin hæc quidem verba fuerint, quæ dixi, Scipionis. Item aliud est factum ejus præclarum. Pœtilii quidam tribuni plebei[11] a Marco, ut aiunt, Catone inimico Scipionis comparati in eum atque immissi[i] desiderabant in Senatu instantissime,[k] ut pecuniæ Antiochenæ,[l] prædæque, quæ eo in bello capta erat, rationem redderet.[12] Fuerat enim L. Scipioni Asiatico[c] fratri[13] suo imperatori in ea provincia legatus.[d] 3. Ibi

[e] *Ad gratias agendas.* [f] *Omnis multitudo.* [g] *Divulgatur.*
[h] *Non negant.* [i] *Suscitatus in eum et commotus.* [k] *Vehementissime.*
[l] *Regis Antiochi.*

que edidit Henr. Stephanus; ut videas eam voculam jactatam varie ab illis, qui Gellio aliquid voluerunt addere.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *eamusque hinc.* *Nunc* Lugd. Bat. et Delph. Voss. cod. *hinc.*—9 ' Reg. *ad Capitolium*, et postea ex vocibus *Scipionem in Capitolium comitata* duas medias eradi jubet plane ignorans.' *Jac. Gronov.*—10 Aliter *dicendum.*—11 ' *Petillius quidam tribunus plebei.* Reg. et Rott. *Petilii quidam tribuni*: deinde *comparati in eum atque immissi desiderabant.* Ut observavit Salmasius ad Solinum pag. 1222. Etiam possis suspicari Nostrum scripsisse: *Petillii Quinti tribuni plebei*, pro eo quod est *Petillii quidam.* Lincoln. *petunt quidam tribuni, &c. comparati i. e. a. immissi desiderabant.*' J. F. Gronov. Singulari numero leguntur in Delph.—12 ' Annotavit jam Bourdelotius et Lambecius *τὸ quæ* non extare in Ms. Regio, prout etiam ipse vidi. Et Stephanus quid voluerit nescio, dum ascripsit Σημείωσαι, *que quæ.* Itaque licet sileant alii, accipio manifestum indicium ulceris Gellio molesti, quod latet in verbo *erat* prorsus insititio ex repetitione trium literarum, a quibus incipit vox sequens. Scripsit Gellius: *prædæque eo in bello captæ rationem redderet.* Etiam in Lincoln. codice legitur *Antiochinæ*, et rectius, adhibendaque paterna ad VII. 19.' *Jac. Gronov.* *Antiochinæ* ascripsit Sciopp.—13 ' Rott. *Asiaco fratri.* Regius, *Asiacum fratri.* Lincoln. *Asia cum fratre.* Prorsus puto Gellium scripsisse: *L. Scipioni Asiageni.* Quod cognomen ei et apud T. Livium restituimus.' *J. F. Gronov.* ' In Regio plane est etiam *Asiaco*, ut bene notavi.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[c] *L. Scipioni Asiatico*] Consule Notas in cap. 4. lib. III.

[d] *Legatus*] Legati dicebantur viri militari disciplina præstantes, qui a Senatu et aliquando a Consule ex Patrum consensu in castra legabantur ad ducem, qui eorum consilio et opera uteretur. Erant, ut ait Tullius in Vatinium, 'nuntii pacis ac belli, curatores, interpretes, bellici

Scipio exsurgit; et prolato e sinu togæ[m] libro, rationes in eo scriptas esse dixit omnis pecuniæ omnisque prædæ. Illi tum,[14] ut palam recitaretur, et ad ærarium deferretur. Sed enim id jam non faciam, inquit, nec meipse afficiam contumelia. Eumque librum statim coram discidit[15] suis manibus, et concerpsit; ægre passus, quod cui salus imperii ac reip. accepta ferri[16] deberet, rationem pecuniæ prædaticiæ posceretur.[n] [17]

[m] *Ex plicatura vestis.* [n] *Quod exigerent rationem pecuniæ ex præda, ab eo quem oportebat agnoscere servatorem imperii et reip.*

—14 Vet. ed. *Ille tum.* Aldus legit *Illa tum*, Badius *Illatum*, Stephanus *Allatum.* '*Allatum, ut palam recitaretur.* Et hoc Carrionium. Ro. et ceteræ: *Ille tum ut palam.* Scripti, *Illatum.* Repone: *Illi tum* (sc. Petillii tribuni plebei poscere vel desiderare) *ut palam recitaretur et ad ærarium deferretur.*' J. F. Gronov. *Illa tum* ascripsit Sciopp.—15 Al. *statim discidit.*—16 Veneta *accepta fieri:* quod et malit J. F. Gronov.—17 '*Ab eo ratio pecuniæ prædaticiæ posceretur.* Scripti ejurant τὰ *ab eo*, et pro *ratio* habent *ratione.* Recte igitur Carrio: *rationem pecuniæ prædaticiæ posceretur*, nisi *rationes* malis, ut "rationes in eo scriptas esse."' *Idem.* Ascripsit Sciopp. *prædaceæ.*

NOTÆ

consilii auctores, ministri muneris provincialis.' Denique in exercitu secundi ab imperatore ejus absentis vices supplebant.

CAP. XIX.

Quid M. Varro in logistorico scripserit de moderando victu puerorum impubium.

Pueros impubes[18] [a] compertum est, si plurimo cibo nimioque somno uterentur, hebetiores fieri,[b] ad veterni usque

18 Aliter *impuberes.*—19 '*Advertimusque hinc elici tarditatem.* Rott. *a due*

NOTÆ

[a] *Impubes* [*Impuberes*] Impuberes vel impubes vocantur qui nondum XIV. ætatis annum attigerunt.

[b] *Hebetiores fieri*] Scilicet cum obruuntur non satis concocta ciborum multitudine, et sanguis impurior, et animales, ut vocant, spiritus crassiores fiunt: unde et obtusius ingenium.

aut eluci tarditatem;[19] corporaque eorum improcera fieri,[a] minusque adolescere. Idem plerique alii medicorum philosophorumque, et M. Varro in logistorico[20] [c] scripsit, quæ inscripta est[b] 'Capys[1] aut de liberis educandis.'

[a] *Non grandescere et minus crescere.* [b] *Qui liber titulum habet.*

ternius que aut eluci tarditatem. Quod addo, ut agnoscatur fides librarii, quod non intelligebat, corrigere religioni habentis, et ut literas assequi poterat, reddendis, quanquam discerptis vocibus. Nihil enim aliud vult quam quod e Regio docte collegit Salmasius ad Solinum pag. 1280. *hebetiores fieri ad veterni usque aut eluci tarditatem.*' J. F. Gronov. 'Quid ergo in editionibus particula *ad* non conspicitur? Eam sane nunc reponendam censui, ut vides. Nam Prousteus quid nisi hebet instar alucinatoris, dum glande vescitur? Adde J. Pricæi Notas in Apuleii Apologiam pag. 140.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.—20 Veteres quædam edd. *in longa historia.*—1 'Jos. Mercerus correxit *Catus*, ut apud Nonium persæpe liber hic appellatur, et Gellio ipsi lib. XX. 1. Idem animadvertit Gerh. Jo. Vossius in Originibus adversus Ausonium Popmam, qui voluit *Cato.*' Jac. Gronov. *Cato* ascripsit Sciopp. Vid. Not. Var.

NOTÆ

[c] *Logistorico*] Logistoricus liber est Varronis, in quo sermonum ac dictorum insignium narrationes continentur. Derivatur a nomine λόγος sermo, et ἱστορία historia.

CAP. XX.

Notati[a] a censoribus, qui audientibus iis dixerant joca quædam intempestiviter:[b] ac de ejus nota[c] deliberatum,[2] qui steterat forte apud eos oscitabundus.

INTER censorias[3] severitates tria hæc exempla in literis sunt castigatissimæ disciplinæ.[d] Unum est hujusmodi. Censor adigebat[e] de uxoribus solenne[4] jusjurandum. Ver-

[a] *Puniti.* [b] *Extra tempus.* [c] *Pœna.* [d] *Rigidissimæ observantiæ.* [e] *Exigebat.*

2 'Regius ample magis *ac de ejus quoque nota del.* Immo etiam habebat *acce de ejus q. n. d.* Et mox *castissimæ discipl.* tum *hujuscemodi.*' Jac. Gronov.—3 'Scriptus uterque *Intercessorum.* Ergo lege: *Inter censorum.*' J. F. Gron.—4 '*Censor agebat de uxore solenne.* Scripti *acebat.* Legendum, *adigebat.* Sic et Fulvius Ursinus, immo P. Ciacconius ad Cæsarem lib. I. de Bello Civili. Dein scripti, *de uxoribus*, quemadmodum et editi ante Carrionem. Sed et Rott. *Verba erant ita concepta*, cum Aldo et Vascosano: nam Ro. et Ven. *Verba hæc erant ita concepta.*' J. F. Gronov. 'Ubi Regius omisso τῷ *ita* habet tantum *verba erant concepta*, nec aliter Lincoln. Neque sane plus

ba ita erant concepta:[f] UT. TU. EX. ANIMI. TUI. SENTENTIA. UXOREM. HABES.[g] Qui jurabat, cavillator quidam et canalicola [5] [a] et nimis ridicularius[6] fuit. Is locum esse sibi joci dicundi ratus,[7] cum ita, uti mos erat, censor dixisset; UT. TU. EX. ANIMI. TUI. SENTENTIA.[8] UXOREM. HABES? 'Habeo equidem,' inquit, 'uxorem, sed non hercle ex animi[b] mei sententia.'[9] Tum censor eum, quod intempestive lascivisset,[h] in ærarios retulit; causamque hanc joci scurrilis apud se dicti subscripsit.[i] Altera severitas ejusdem sectæ[k] disciplinæque est. 2. Deliberatum est de nota ejus, qui ad censores ab amico advocatus est, et, in jure stans, clare nimis ac sonore oscitavit: atque inibi, ut plecteretur, fuit;[10] tanquam illud indicium vagi animi foret et alucinantis,[l] [11] et fluxæ atque apertæ securitatis.[m] Sed cum ille dejerasset[n] [12] invitissimum sese ac repugnantem oscitatione victum, tenerique eo vitio quod

[f] *Hac formula expressa.* [g] *Jura te habere uxorem secundum tuam voluntatem.* [h] *Jocatus esset.* [i] *Et dixit causam esse quod dixisset jocum illiberalem.* [k] *Ordinis censorii.* [l] *Minus attendentis.* [m] *Solutæ atque manifestæ confidentiæ.* [n] *Valde jurasset.*



requiritur.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'V. C. *acebat.* f. *adigebat.*' Aliter *uxore.*—5 Vulg. *canicula.*—6 Hic citavit Lambecius *nimis ridiculus.*—7 'Lincoln. *joci dici ratus.* Rot. *sibi oci dicunt ratus.* Regius: *joci dicunt iratus.* Palam monstrant, *joci dicundi ratus.*' J. F. Gronov.—8 '*Censor dixisset, Tu ex animi tui sententia.* Sic Carrio: priores *Et tu,* quemadmodum superius quoque. Scripti rursus, *censor dixisset, Ut tu ex animi tui sententia.* Hæc enim particula huic rei propria est. Vide IV. Observ. 14.' *Idem.*—9 '*Sed non ex animi tui sententia.* Quæ vero causa esset censori invidendi matrimonio hominis? Recte scriptus uterque: *Habeo equidem, inquit, uxorem, sed non hercle ex animi mei sententia.* Ubi peccavit etiam vel Carrio vel Stephanus, cum τὸ *hercle,* quod priores editiones salvum habebant, sustulit.' *Idem.* Vid. Not. Var.—10 '*Atque inibi prope, ut plecteretur, fuit.* Non putarunt impleri sententiam, nisi *prope* suo inculcato. Tu vero auctoribus membranis id dele, et veterem scripturam non aliter intellige, parum scilicet abfuisse, quin plecteretur.' *J. F. Gronov.*—11 Vulg. *allucinantis.* Reg. et Rot. *esset vagi animi et alucinantis.* *Alucinantis* quoque scribendum monet Salmas.—12 Reg. Rot.

NOTÆ

[a] *Canalicola*] Canalicolæ 'forenses homines' pauperes dicti, 'quod circa canales fori consisterent,' ut ait Festus.

[b] *Sed non hercle ex animi, &c.*] His verbis notabat Consulis libidinem, qui mulierem illam subtrahi sibi moleste ferret.

'oscedo' appellatur; tum notæ jam destinatæ exemtus est.[o] P. Scipio Africanus Pauli F. utramque historiam posuit in oratione, quam dixit in censura, cum ad[p] majorum mores populum hortaretur.[13] 3. Item aliud refert Sabinus Masurius in septimo memoriali[14 c] severe factum, 'Censores,' inquit, 'P. Scipio Nasica[d] et M. Popillius,[15] cum equitum censum agerent,[q] equum nimis strigosum et male habitum,[r] sed equitem ejus uberrimum et habitissimum[s] viderunt. Et cur, inquiunt, ita est, ut tu sis quam equus curatior? quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius[e] nihili servus.[16] Visum est parum reverens esse responsum, relatus-

[o] *Ipsi remissa est pœna jam constituta.* [p] *Imitandos.* [q] *Equites recenserent.*
[r] *Macilentum, et minime curatum.* [s] *Obesum et perpastum.*

Lincoln. *dejurasset.*—13 Aliter *adhortaretur.*—14 '*In septimo memoriali.* Quædam veteres editt. *memorali,* aliæ *memorabilium,* lege *memoralium.* Nonius eundem locum citat sed *lib.* XVII. In vulgatis tamen legitur quoque *lib.* VII.' *Thys.* 'Reg. *in septimo memorum memoriali.* Rott. *in septimo memor memoriali.* Neuter *memorabilium.* Lincoln. quoque *memoriali.*' J. F. Gronov. 'Et hoc loco manifeste Regius *Masurius.*' Jac. Gronov.—15 Vett. edd. *Pompilius.*—16 '*Statius meus servus.* Duo isthæc verba *meus servus* spuria esse censeo, et a quodam alio glossematis loco attexta. Nam si genuina sunt, quorsum illa, quæ sequitur, explicatio nominis Statii? Cum quid sibi velit nomen Statius, per adjunctum glossema *meus servus* jam antea clarum satis ac manifestum sit. Quare ut in Ms. R. simpliciter legendum, *Ego me curo, equum Statius.*' Lambecius. 'Quod sane permirum, cum ipse ascripserit in libro suo *nich servo.* Sed quod monstri simile est, Lambecio se committens penitus Prousteus et hinc ejus inopem opem commendans scribit: 'In omni-

NOTÆ

[c] *Memoriali*] Memorialis liber qui multa in memoriam paucis revocat.

[d] *P. Scipio Nasica*] Qui est Corculum appellatus, bis Consul, primum quidem cum C. Martio Figulo anno U. C. DXCI. deinde an. DXCIX. cum M. Claudio. Censuram gessit cum M. Popillio Læna an. U. C. DXCV. ante Christum CLIX. quo tempore Delminio Dalmatarum urbe capta, imperatoris nomine recusato de Dalmatis triumphavit.

Ejus parens fuit P. Cornelius Scipio Nasica, Cn. Scipionis, qui cum fratre Publio in Hispania periit, filius; vir optimus a Senatu judicatus et dignissimus qui allatum e Phrygia matris Deum simulacrum domo exciperet, dum ipsi templum exstrueretur. Consulatum iniit M. Acilio Glabrione collega anno, ut Cicero, Livius, et Plutarchus testantur, U. C. DLXIII. ut Macrobius DLXII.

[e] *Statius*] In omnibus fere editionibus legebatur *Statius servus meus.* Verum extremæ illæ duæ voces, teste Lambecio, desunt in Ms. Regio, et glossema sapiunt. Et vero quorsum Gellius subjungeret 'Statius autem servile nomen fuit?'

que in ærarios, ut mos est.' 'Statius' autem servile nomen fuit. Plerique apud Veteres servi eo nomine fuerunt. Cæcilius quoque ille[17] comœdiarum poëta inclytus[t] servus fuit: et propterea nomen habuit 'Statius.' Sed postea versum est quasi in cognomentum; appellatusque 'Cæcilius Statius.'[18]

[t] *Clarissimus.*

bus fere editionibus legebatur *Statius servus meus.*' Habeo ante oculos Aldinam, tres Gryphianas, quarum una fuit usus Lambecius, Cervicorni, Stephani, quæ omnes habent *meus servus*, aliæ omittunt τὸ *servus*. Quanto melius erat Lutetiæ viventem ire et inspicere ipsum codicem Regium, præstantiæ equidem inæstimabilis?' *Jac. Gronov.* 'Reg. et Rott. plane: *Equum Statius nihil servos.* Lege: *quoniam, inquit, ego me curo, equum Statius nihili servos:* hoc postremum terminatione antiqna pro *servus.*' J. F. Gronov. *Meus nihil servos* ascripsit Sciopp.—17 Pronomen abest a Ms. Reg.—18 Aliter *Cælius Statius.*

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER V.

CAP. I.

Quod Musonius philosophus reprehendit improbavitque laudari philosophum disserentem a vociferantibus et in laudando gestientibus.[a]

Musonium[a] philosophum solitum dicere accepimus:[1] cum philosophus, inquit, hortatur, monet, suadet, objurgat, aliudve quid disciplinarum disserit;[b] tum, qui audiunt, si summo[2] et soluto pectore obvias vulgatasque laudes effutiunt;[c] si clamitant etiam, si vocum[3] ejus festivitatibus,[d]

[a] *Ab iis qui exclament et qui gestus faciant dum laudant.*
[b] *Aut disputat de aliqua alia scientia.*
[c] *Si effundunt ex intimo et hilari corde laudes communes et vulgares.*
[d] *Elegantiis.*

1 'Et Reg. et Rot. et Lincoln. τῷ *dicere* nuntium remittunt. Aliquid latet. Forte: *Musonium philosophum locutum accepimus.*' J. F. Gronov.—2 Vett. edd. *de summo.*—3 'Et calamo propagati et typis ante Stephanicum: *si clamitant etiam si gestiunt si vocum.* Ubi τὰ *gestiunt si* induxerunt, quia id verbum paulo post adhibetur. Suspicor pro illo *gestiunt* alterutro loco fuisse *exsiliunt.*' J. F. Gronov. 'Sane illa *fretamenta* in Msstis optimis agnita videntur quoque

NOTÆ

[a] *Musonium*] Musonius Rufus Tyrrhenus Volsiniensis, philosophus Stoicus, equestris ordinis, temporibus Neronis expulsus in exilium a Vespasiano revocatus est. *Tacitus, Suidas.* Fuit et alius Musonius philosophus Cynicus Apollonio Tyaneo familiaris, de quo Eunapius.

si modulis[e] verborum, si quibusdam quasi frequentamentis[f 4] orationis moventur, exagitantur, et gestiunt,[g] tum scias et qui dicit et qui audiunt[5] frustra esse:[h] neque illic philosophum loqui,[6] sed tibicinem canere. 2. Animus,[7] inquit, audientis philosophum, si, quæ dicuntur, utilia[8] ac salubria sunt, et errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum[i] atque otium prolixe profuseque[9] laudandi non habet. Quisquis ille est qui audit, nisi ille est plane deperditus,[k] inter ipsam philosophi orationem et perhorrescat necesse est et pudeat tacitus et pœniteat et gaudeat et admiretur. Varios adeo vultus disparilesque[l] sensus gerat; proinde ut eum conscientiamque ejus affecerit utrarumque animi partium aut sincerarum aut ægrarum philosophi pertractatio.[m] 3. Præterea dicebat magnam laudem non abesse ab admiratione: admirationem autem, quæ maxima est, non parere verba sed silentium: idcirco, inquit, poëtarum sapientissimus[n] auditores illos Ulyxi labores suos illustrissime narrantis, ubi loquendi finis factus, non exultare nec strepere nec vociferari[o] facit, sed consiluisse universos dicit, quasi attonitos et obstupidos[p 10]

[e] *Numeris.* [f] *Modulationibus.* [g] *Gestus faciunt.*
[h] *Non benefacere.* [i] *Libertatem.* [k] *Vitiosus.* [l] *Dissimiles.*
[m] *Pro diversa ratione qua philosophi dissertatio de utrisque animi partibus aut bonis aut malis commoret eum et ejus animum.*
[n] *Homerus.* [o] *Gestire, obmurmurare, et exclamare.* [p] *Obstupescentes.*

subjicere, *si clamitant etiam, si æstuant, si vocum.*' Jac. Gronov.—4 Scriptus uterque *fretamentis.* Unde Salmasius conjiciebat *irritamentis.*—5 Alii *audivit.* Reg. et Rot. *audiunt.*—6 Membranacei ambo: *neque illi p. l.*—7 Henric. Petri et Gryphiana ed. habet, in margine, *Amicus is.* 'Scripti nesciunt pronomen: nec sane, quid huc faciat apparet.' *J. F. Gronov.* *Animus is* Lugd. Bat. Delph.—8 '*Si quæ dicuntur utilia.* Conditionalem particulam inseruit Carrio. Scripti et prius editi, *philosophum quæ dicuntur.* Igitur Lipsius 2. Elect. 3. tentat: *quæ dicundo utilia.* Malim: *Animus, inquit, audiendis philosophum dicentem, quæ utilia ac salubria sunt.*' J. F. Gronov.—9 'Sic membranæ utræque, non *profundeque*, quod venditat e Palat. Gebhardus 2. Antiq. lect. 11.' *Idem.*—10 '*Attonitos et quasi obstipidos.* Quid voluit Carrio cum suo *obstipidos?* nisi occasio præbenda fuit bono Schegkio, ut *obstitos* juxta insubjiceret. Recte scripti et editiones priscæ, *obstupidos.* Plautus Milite IV. 6. 'Quid stas, obstupida? quare non pultas?' *J. F. Gronov.* 'Nic. Heinsius ad Virgil. Æneid. lib. I. vers. 513. aliquid humani passus esse videtur, quod affirmet constanter hic apud Gellium vetustos exhibere codices *obstipidos*, quemadmodum in Virgilii loco veterrimi libri ad unum omnes haberent *obsti-*

delenimentis[11] aurium ad origines usque vocis permanantibus.[q] [12]

[q] *Illecebris aurium vocis iter obstruentibus.*

puit.' Otho. Vid. Not. Var.—11 'Ita legitur in tribus Mss. et in editione sua pater exhibuit, quod non intelligo, cur identidem mutetur in *delinimentis.*' Jac. Gronov.—12 'Regius addit ὡς φα· quod indicium videtur Græca quædam suis attexnisse Gellium, quæ perierunt. Sed facile possunt restitui ex 'Οδυσσ. N. principio: 'Ὡς ἔφατ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ· Κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα.' *J. F. Gronov.* 'Non debet esse dubium hoc indicium; nam id ipsum supra aliquoties jam occurrit, ut in libri IV. capite 11. in priore citatione habet *scripsit* Κα, in posteriore *subscripsit* Πυθ. in tertia *invenitur* Δειλ. in quarta *subscripsit* 'Αριστο, et antea sæpius.' *Jac. Gronov.* '*Permanantibus.* ὡς φάθοι δ' ἄρα πάντες ἀκοὺν ἐγένεντο σιωπῇ Κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σταιὄεντα. V. C. od. μ.' *Sciopp.* Vid. Not. Var.

CAP. II.

Super equo Alexandri regis, qui Bucephalas appellatus est.[13]

EQUUS Alexandri[a] regis et capite et nomine 'Bucephalas'[b] fuit. Emtum Chares[14] [c] scripsit talentis tredecim[d]

13 '*Qui Bucephalus appellatus est.* Regius *Bucephalas.* Et mox in ipsa narratione *et capite et nomine Bucephalas*, non modo Reg. et Rot. sed etiam Ro. Ven. Aldina editiones. Vascosanus mutavit. Et sic in optimis fere libris id vocabulum terminatur: sic Strabo, Curtius, Oppianus. Sic etiam Plinius lib. VIII. cap. 42. etsi vulgo id non appareat: 'Bucephalan eum vocarunt.' Ita Mss. etiam vulgares.' *J. F. Gronov.*—14 Aliter *Cares.* In Ms. Reg. est

NOTÆ

[a] *Alexandri*] Hic est Alexander Magnus Macedo, qui, Græcis terrore sibi subditis, Persarum imperium devicto Dario evertit, tum India ac tota prope Asia potitus est. Morbo per ebrietatem contracto, vel, ut alii volunt, veneno extinctus est, anno ætatis XXXIII. regni XIII. ante Christum CCCXXIV.

[b] *Bucephalas*] Βουκέφαλος idem sonat quod bovis caput: equum autem Alexandri ab aspectu torvo Bucephalum aliqui dictum volunt.

[c] *Chares*] Chares historicus Mitylene oriundus Alexandri vitam scriptis mandavit, sæpius ab Athenæo laudatus. Circa Ptolemæi Lagidæ tempora annis ante Christum plus minus trecentis floruit.

[d] *Talentis tredecim*] Talentum Atticum viginti quatuor sestertia valebat, et revocatur ad ML. libras nostrates. Unde tredecim talenta, sive CCCXII. sestertia conficiunt 13650. libras Gallicas.

et regi Philippo donatum: æris nostri[a] summa est HS. CCCXII.[15] Super hoc equo dignum memoria visum; quod, ubi ornatus erat armatusque ad prælium, haud unquam inscendi sese ab alio nisi a rege[16] passus sit.[b] Id etiam de isto equo memoratum est; quod, cum in eo insidens Alexander, bello Indico, et facinora faciens fortia, in hostium cuneum[e] non satis sibi providens immisisset, conjectis undique in Alexandrum telis, vulneribus altis[17] in cervice atque in latere equus perfossus est: moribundus tamen ac prope jam exsanguis e mediis hostibus regem vivacissimo cursu retulit: atque, ubi eum extra tela[c] extulerat, illico concidit, et domini jam superstitis securus,[d] quasi cum sensus humani solatio animam expiravit.[18] Tum rex Alexander, parta ejus belli victoria, oppidum in iisdem locis condidit; atque, ob equi honores,[19] Bucephalon[f] appellavit.

[a] *Monetæ nostratis.*
[b] *Non siverit unquam alium quam regem super se sedere.*
[c] *Extra jactum teli.* [d] *Certus de Alexandri salute.*

IKares.—15 Reg. et Rot. expressis literis: *sestertia trecenta duodecim.*—16 Reg. *nisi ab rege.*—17 Vulg. *alte.*—18 '*Et deinde jam superstitis securus q. cum s. hum. solatio exspiravit.* Scripti, Romana, Veneta; *et domini jam superstitis securus, quasi cum sensus humani solatio, animam exspiravit.* Quæ mens Aldo fuit, ut hoc, quemadmodum fecit, interpolaret? Quæ Carrioni aut Stephano, ut una cum Vascosano et Gryphio interpolanti aurem præberent? τὸ *domini* e Palat. etiam protulit Gebhardus 2. Antiq. Lect. 1.' *J. F. Gronov.*—19 '*Atque ob equi honores.* Scripti *idque.* Dein *Bucephalon* et illi quidem: vix tamen est, ut non *Bucephalen* scripserit Gellius, quod et Salmasio visum ad Solin. p. 893. etsi sint, qui et isto modo appellant.' *Idem.* Ascripsit Sciopp. '*Bucephaliam.* Plutarch.'

NOTÆ

[e] *Cuneum*] Vide Notas in cap. 7. lib. III.

[f] *Bucephalon*] Bucephala, si Ptolemæo Geographo credimus, Indiæ intra Gangem urbs est in Pandanorum regione. Existimat Sanson, cum aliis, Bucephalam nunc esse *Lahor* urbem provinciæ *Pengab* ad fluvium Hydaspen, nunc *Ravey*, in imperio Magni Mogolis celebrem.

CAP. III.

Quæ causa, quodque initium fuisse dicatur Protagoræ ad philosophiæ literas adeundi.

PROTAGORAM,[a] virum in studiis doctrinarum egregium, cujus nomen Plato libro suo illi inclyto[a] [20] inscripsit, adolescentem aiunt, victus quærendi gratia, in mercedem[1] missum; vecturasque onerum corpore suo factitavisse.[b] Quod genus Græci ἀχθοφόρους vocant;[c] [2] Latine 'bajulos' appellamus. Is de proximo rure Abdera[b] in oppidum,[3] cujus popularis fuit,[d] caudices ligni plurimos funiculo brevi circumdatos portabat. 2. Tum forte Democritus[c] civitatis

[a] *Præclaro.* [b] *Operam conduxisse, et corpus suum locasse ferendis ponderibus.*
[c] *Quos homines appellant Græci portantes.* [d] *E qua erat ortus.*

20 '*Libro illi suo inclyto.* Quis neget operæ pretium fecisse Carrionem et Stephanum, cum sic maluerunt, quam cum scriptis editisque ante ipsos, *libro suo illi inclyto?* Reg. Rot. Lincoln. *scripsit* pro *inscripsit.*' J. F. Gronov. *Libro illi suo* Lugd. Bat. Delph.—1 Vet. Ven. *mercede.*—2 '*Quod genus Græci βαστάζοντας vocant.* Excogitatum ab aliquo, in cujus exemplari Græca vox deerat. Præclare Regius: *quod genus Græci ἀχθοφόρους vocant.*' J. F. Gron. *βαστάζοντας* Lugd. Bat. Delph.—3 '*In Abdera oppidum.* Ternæ membranæ sine præpositione: *rure Abderam oppidum.* Dicebant autem τὰ Ἄβδηρα· Ergo scribendum: *Is de proximo rure Abdera in oppidum, cujus popularis fuit.*' J. F.

NOTÆ

[a] *Protagoram*] Protagoras philosophus annos natus XC. obiit. Floruit, ut ex Apollodoro tradit Diogenes Laërtius, Olymp. LXXXIV. Verum Apollodorus in supputanda ratione temporum Protagoræ, an Democriti? Non parum aberrat. Idem enim tradit Democritum natum fuisse Olymp. LXXX. ergo Olymp. LXXXIV. annum attigerat ætatis fere decimum quintum: at tunc temporis quo vixdum primis philosophiæ rudimentis instituti cœperat, potuit habere discipulos? Potuit florere Protagoras ejus auditor, quem adolescentem e sylvis ipse vir, uti refert Gellius, in scholam abduxerat. Immo hinc colligitur ne ipsius quidem Thrasylli apud Laërtium sententiam stare posse, qui censet Democritum natum esse anno III. LXXVII. Olymp. ante Christum CCCCLXIX.

[b] *Abdera*] Urbs Thraciæ fuit Abdera, ab Abdera Diomedis sorore, teste Solino, condita et appellata: patria Democriti et Protagoræ. Nigro et aliis est *Asperosa.*

[c] *Democritus*] Philosophus Abderites risu solebat humanos omnes casus excipere. Sensit atomos rerum omnium esse primordia, quam opinionem hac ætate Gassendus ingeniosissime illustravit. Ætatis annum CIX. cum attigisset, sine ullo doloris sensu vita functus est, ut ex Hipparcho refert in ejus vita Diogenes Laërtius.

ejusdem civis, homo ante alios virtutis et philosophiæ gratia venerandus, cum egrederetur extra urbem, videt eum cum illo genere oneris tam impedito ac tam incohibili[e] 4 facile atque expedite incedentem: et prope accedit; et juncturam posituramque[f] ligni[5] scite periteque factam considerat, petitque ut paulum acquiescat.[g] Quod ubi Protagoras, uti erat petitum, fecit, atque itidem Democritus acervum illum et quasi orbem caudicum, brevi vinculo comprehensum,[6] ratione quadam quasi geometrica librari[h] continerique animadvertit; interrogavit quis id lignum ita composuisset;[7] et, cum ille a se compositum dixisset, desideravit uti solveret, ac denuo in modum eundem collocaret. 3. At postquam ille solvit, ac similiter composuit; tum Democritus, animi aciem solertiamque hominis non docti demiratus, 'Mi adolescens,' inquit, 'cum ingenium benefaciendi habeas, sunt majora melioraque quæ facere mecum possis:' abduxitque eum statim, secumque habuit, et sumtum ministravit, et philosophias docuit, et esse eum fecit, quantus postea fuit. Is tamen Protagoras insincerus[i] quidem philosophus, sed acerrimus sophistarum[d] fuit; pe-

[e] *Quod tam difficile poterat conjungi.* [f] *Conjunctionem ac dispositionem.*
[g] *Requiescat.* [h] *Suspendi.* [i] *Captiosus.*

Gronov. *In Abderam oppidum* Lugd. Bat. Delph.—4 Pleræque vett. edd. legunt *incoibili*.—5 '*Vincturam posituramque ligni.* Carrionis hoc. Plinius XVI. 37. de salicis generibus: 'aliæ (pariunt) virgas sequacis ad vincturas lenticiæ.' Scripti tamen et superiores editiones *juncturam*.' J. F. Gronov. 'Idque omnino præferendum. Ceterum in Regio etiam mox *paululum*.' Jac. Gronov. *Vincturam* Lugd. Bat. Delph.—6 Aliter *compressum*.—7 'Ms. Reg. *interrogavitque quis*, quod opinor exstabit et in aliis codicibus, etsi nihil annotatum videam. Sed neque in editionibus id animadverto. Et tamen potuit ita citare Pricæus in Notis ad Apuleium pag. 178. nescio unde, nec ipse indicat. Mirum ni deleta sit hæc copulativa ab illis, qui non attendebant, potuisse illud præcedens *atque* ab Gellio usurpari, ut notaret statim, in verbis *atque itidem Democritus*, &c. Vide paterna ad II. 29. et alibi. Sic enim perquam oportune copula immittitur.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

De Democrito consule Gellium nostrum lib. X. cap. 17.

[d] *Sophistarum*] Sophistarum nomen primo fuit honorificum, deinde in invidiam abiit, ut sophistæ dicerentur, qui fallacibus conclusiunculis fictam quandam scientiæ speciem jactitarent.

cuniam quippe ingentem cum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quanam verborum industria causa infirmior fieret fortior. Quam rem Græce ita dicebat, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν.[k]

[k] *Inferiorem causam superiorem facere.*

CAP. IV.

De verbo, duoëtvicesimo, *quod vulgo incognitum est*,[8] *a viris doctis multifariam*[a] *in libris scriptum est.*

Apud Sigillaria[a] forte in libraria ego et Julius Paulus poëta vir[9] memoria nostra doctissimus consederamus:[10] atque ibi expositi erant Fabii[b] annales, bonæ atque sinceræ vetustatis[b] libri,[11] quos venditor sine mendis esse contendebat. Grammaticus autem quispiam de nobilioribus, ab emtore ad spectandos libros adhibitus, reperisse unum in libro mendum dicebat, sed contra librarius in quodvis pignus vocabat, si in una uspiam litera delictum esset.[c] [12]

[a] *Multis modis.* [b] *Accuratæ et legitimæ antiquitatis.*
[c] *Faciebat quamlibet sponsionem, si ullum esset erratum in ulla litera.*

8 '*Quod vulgo incognitum.* Verbum *est*, quod additur in editionibus plurimis, venit ex Mss. sicut certe extat in Regio, unde nec oportuit omitti, nec debet anxietas nostra esse nimia, ubi Gellius ipse eam resolvit alibi geminando, ut proxime in principio capitis 6. unde restitui.' *Jac. Gronov.*—9 '*Et Julius Paullus vir.* Omnes aute Stephanum: *Paullus poëta vir.* Nec secus scripti.' *J. F. Gronov.*—10 Scriptus uterque *consideramus.*—11 '*Fabii annales, bonæ atque sinceræ vetustatis libri.* Ita omnibus exemplaribus sic interpunctum video. At aut tollendum comma post *annales*, aut alterum addendum post *vetustatis*, si mentem Auctoris assequi volumus.' *J. F. Gronov.*—12 '*Ni in una nuspiam litera delictum esset.* Et scripti et olim editi: *si in una uspiam litera.* Carrio alterum de conjectura fecisse videtur, ex eo, quod Pithœus, Brissonius, alii monuerunt sponsiones fere particula Ni conceptas fuisse. Neque immemor hujus formulæ potuit esse Noster, qui lib. VII. 11. ex verbis Africani minoris ter repetitum ponit: 'ni hoc ita est, quis spondet mille

NOTÆ

[a] *Apud Sigillaria*] Sigillaria vicus fuit Romæ, ubi sigilla vendebantur.

[b] *Fabii*] De Q. Fabio Pictore historico diximus in Notis ad cap. 12. lib. I.

Ostendebat grammaticus ita scriptum in libro quarto: 'Quapropter tum primum ex plebe alter Consul factus est,[e] duoëtvicesimo[d] anno, postquam Romam Galli ceperunt.' Non, inquit, 'duoëtvicesimo,' sed, 'duodevicesimo' scribi oportuit. Quid enim est, 'duoëtvicesimo?' Alio quoque loco hic ita scripsit:[13] 'Mortuus est anno duoëtvicesimo. Rex fuit annos viginti et unum.'[14]

[d] *Vicesimo secundo.*

nummum?' Et lib. XIV. 2. ex oratione M. Catonis: 'ni vir melior esset Gellius quam Titius.' Sed illud *nuspiam* meliori ætate sermonis Latini nusquam: nec Gellium id dedicare voluisse credibile est. Aut igitur faciamus *nusquam*, aut, *ni in nulla uspiam litera delictum esset.*' Idem. *Ni in una nuspiam* Lugd. Bat. Delph.—13 '*Alio quoque loco ita scripsit.* Vix est, ut hic non sit aliquid mutili et defecti: nam scripti τὰ *alio quoque loco* ignorant. Præterea hoc ipsum exemplum non Fabii annalibus, sed Varronis humanarum rerum lib. XVI. acceptum refert Nonius Marcellus: etsi vulgo ibi *duodevicesimo*, sed *duoëtvicesimo* legendum esse jam monuit Josias Mercerus.' *J. F. Gronov.*—14 'Hinc apparet supra legendum esse, *mortuus est anno duoëtvicesimo:* quomodo enim duodevicesimo anno, id est, decimo octavo, mortuus est, si rex fuerit per annos viginti et unum.' *Thys.* 'Cum jam in Vascosani editione esset annotatum: Rex fuit anno vicesimo primo indicat bene transcriptum ex archetypo *duo et vicesimo:* nam si duodevicesimo mortuus esset, i. e. decimo octavo, non fuisset creatus rex anno vicesimo primo, ætatis videlicet suæ.' *Jac. Gronov.* Vett. edd. *anno vigesimo primo.*

NOTÆ

[e] *Tum primum ex plebe alter Consul factus est, &c.*] Ab opinione Fabii dissentiunt fasti consulares: si enim Consul alter e plebe primum creatus est anno XXII. post Romam a Gallis captam; cum ea clades inciderit in annum U.C. CCCLXIV. debuit juxta sententiam Fabii primus e plebe Consul renuntiari anno CCCLXXXVI. fasti autem primum e plebe Consulem non referunt nisi ad annum U. C. CCCLXXXVIII. Porro fuit is primus e plebeiis Consulibus L. Sextius.

CAP. V.

Cujuscemodi[15] joco cavillatus sit[a] Antiochum[16] regem Pœnus[b] Hannibal.

In libris veterum memoriarum[c] scriptum est Hannibalem

[a] *Riserit.* [b] *Carthaginiensis.* [c] *Commentariorum.*

15 Vulg. *Cujusmodi.*—16 Vetustiores: *sit in Antiochum.* Reg. *joco incavil-*

Carthaginiensem apud regem Antiochum [a] facetissime cavillatum esse. Ea cavillatio hujuscemodi fuit. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano facturus comparaverat: convertebatque [d] exercitum insignibus [e] argenteis et aureis florentem. Inducebat [f] etiam currus cum falcibus,[b] et elephantos cum turribus; equitatumque frænis, ephippiis,[g] monilibus, phaleris [h] præfulgentem. Atque ibi rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem aspicit:[17] et, Putasne, inquit, conferri posse, ac satis esse credis[18] Romanis hæc omnia? [i] tum Pœnus eludens ignaviam imbelliamque [k] militum ejus pretiose armatorum: Satis plane,[l] inquit, satis esse credo Romanis hæc omnia, etiamsi avarissimi sunt. Nihil prorsus neque tam lepide neque tam acerbe dici potest. Rex de numero exercitus sui ac de æquiparatione æstimanda quæsierat: [m] respondit Hannibal de præda.

[d] *Monstrabat ad ostentationem*, il faisoit montre de son armée. [e] *Armis.*
[f] *Ostentabat.* [g] *Sellis.* [h] *Stragulis.*
[i] *An credis hæc posse comparari, et hæc omnia sufficere Romanis?*
[k] *Deridens socordiam et imbecillitatem.* [l] *Certe.*
[m] *Ac de pretio ejus comparando interrogaverat.*



latus sit Antiochum.—17 'Ms. Macrobianum *inspicit*: quod probat Scriverius ad Martialem, ad illum locum, 'Inspectum velut emtor aut lanista.'' *Thys.* —18 Rot. *credo.* Reg. *credam.*

NOTÆ

[a] *Hannibalem ... Antiochum*] De utroque diximus superius. De Hannibale quidem lib. II. in notis ad cap. 6. de Antiocho ad cap. 18. lib. IV.

[b] *Currus cum falcibus*] Falcati currus in veteri Romanorum maximeque Persarum militia adhibiti, directis utrimque a jugo hastis, et insertis rotarum inter radios spiculis, in adversos hostes concitatis equis non sine ingenti clade ferebantur.

CAP. VI.

De coronis militaribus; quæ sit earum triumphalis, *quæ* obsidionalis, *quæ* civica, *quæ* muralis, *quæ* castrensis, *quæ* navalis, *quæ* ovalis, *quæ* oleaginea.[a]

MILITARES coronæ multifariæ[b] [19] sunt. Quarum quæ nobilissimæ sunt, has ferme esse accepimus, 'triumphalem,' 'obsidionalem,' 'civicam,' 'muralem,' 'castrensem,' 'navalem.' Est ea quoque corona quæ 'ovalis' dicitur. Est item postrema 'oleaginea,' qua uti solent qui in prælio non fuerunt, sed triumphum procurant.[c] 'Triumphales' coronæ sunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur 'aurum coronarium.'[a] Hæ antiquitus e lauru [20] erant; post fieri ex auro cœptæ. 'Obsidionalis' est, quam ii, qui liberati sunt obsidione, dant ei duci, qui liberavit. Ea corona graminea[d] est: observarique solitum ut fieret e gramine, quod in eo loco generatum [1] esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. 2. Hanc coronam gramineam Senatus populusque Romanus Q. Fabio Maximo[b] dedit bello Pœnorum secundo, quod urbem Romam [2] obsidione hostium liberasset. 'Civica' corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit e fronde querna,[3] quoniam cibus victusque antiquissimus quernus

[a] *Contexta ex olea.* [b] *Multiplices.* [c] *Sunt causa triumphi.* [d] *Herbacea.*

19 Ascripsit Sciopp. '*multæ variæ* V. C.'—20 'Rot. *antiquitus laurea.* Forte: *Hæ antiquitus laureæ erant.*' J. F. Gronov.—1 Reg. et Rot. *gnatum.* —2 '*Romanam.* Vet. Ed. *Romam.*' Thys. 'Hinc et secuti tum Aldus, tum Gryphius. At sic quoque codex Regius. In Lincolniensi vidi *Romanam*, ut hoc ita existimari debeat inolevisse serius.' *Jac. Gronov.* *Romanam* dant Lugd. Bat. Delph.—3 'Quatuor scripti *quernea.* Reg. et Rott. etiam *ciuus*

NOTÆ

[a] *Aurum coronarium*] Aurum ex quo conficiebantur coronæ.

[b] *Q. Fabio Maximo*] Hic est Q. Fabius Maximus qui difficillimis temporibus, cum Romanorum exercitum profligasset Hannibal, prodictator a populo creatus afflictam remp. cunctando utcumque sustentavit anno U. C. DXXXVII. ante Christum CCXVII. *Polybius, Livius.*

capi solitus sit: etiam ex ilice;[c] quod genus superiori proximum est,[e] sicut scriptum est in quadam comœdia Cæcilii:

'Advehuntur,' inquit, 'cum iligneа corona et chlamyde.
Di, vostram fidem!'[f]

3. Masurius[4] autem Sabinus,[d] in undecimo librorum memorialium,[5] civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is, qui civem servaverat, eodem tempore etiam hostem occiderat; neque locum in ea pugna reliquerat: aliter jus civicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnabat, non retinuisset, eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque civica dignum videri; quod appareret tam iniquo[6] loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non qui-

[e] *Quod coronæ genus maxime accedit ad superius.* [f] *Adducuntur, ut ait, cum corona ex ilice et tunica. Superi, appello vestram fidem.*

mutatione literæ frequenti librariis: uterque item *fuit.* Tum pro *quernus* Reg. *quercus:* sed neutra vox in Rott. habeturque *antiquis solitus fuit capi.* Possis conjicere: *e fronde quernea, unde cibus victusque antiquis solitus fuit capi.* Aut etiam, *quoniam cibus victusque antiquis e quercu carpi solitus fuit.*' J. F. Gronov. 'Contra Lincoln. *antiquissimis,* sic amplificans vocem, quantum Rott. imminuit, ut omnino videatur lectioni Regii codicis acquiescendum, cum de Antiquis non satis designate affirmetur. Certe optime procedit, *quoniam cibus victusque antiquissimis e quercu capi solitus fuit.* Aldina etiam Gryphianæque et Ascensiana *quercens capi,* in quo patet proxime incedere eas voluisse ad Mss tos, quod cur, ab Stephano quantum video, mutatum sit, vix assequor.' *Jac. Gronov.* *Quernea* ascripsit Sciopp. Vet. ed. *fit etiam.*—4 'Ita clare habebant Reg. et Lincoln. Utique Prousteus non debuerat ex Persio adducere 'Massurî rubrica.' Mox nescio cur in tam multis editionibus servetur *solitum,* cum in Ms. Reg. plane extet quod reposui.' *Jac. Gron.* —5 Vet. ed. ap. Thys. *memorabilium.*—6 Olim edebatur, *appareret e tam iniquo.* Scripti Reg. et Rot. *appareret et tam iniquo.* Lincoln. *apparet et tam.*—

NOTÆ

[c] *Ex ilice*] Ilex arbor glandifera ex genere quercuum. Gall. *de l'yeuse.*

[d] *Masurius autem Sabinus*] A Gellio jam supra laudatus, fuit Ateii Capitonis successor, ab auditoribus pauper sustentabatur: jam quinquagenarius in equitum ordinem ascitus est. Claruit Augusti Tiberiique temporibus, adeoque is est cujus Persius meminit cum ait, 'Si quid Massurî rubrica notavit.'

verit.[g] 4. Hac corona civica L. Gellius[e] vir censorius in Senatu Ciceronem Consulem donari a republica [7] censuit,[h] quod ejus opera esset atrocissima illa Catilinæ conjuratio detecta vindicataque. 'Muralis' est corona, qua donatur ab imperatore qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim escendit.[8] Idcirco quasi muri pinnis [9] decorata est. 'Castrensis' est corona, qua donat eum imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit. Ea corona insigne valli habet. 5. 'Navalis' est, qua donari solet maritimo prælio qui primus in hostium navem armatus vi transiluit.[10] Ea quasi navium rostris insignita est.[i] Et 'muralis' autem et 'castrensis' et 'navalis' fieri ex auro solent. 'Ovalis' corona [11] myrtea est. Ea utebantur imperatores, qui ovantes[f] introibant urbem. Ovandi ac non

[g] *Potuerit.* [h] *Judicavit utile esse reipublicæ.* [i] *Ornata est.*

7 Vulg. *e republ.*—8 'Stephanus ex consilio Carrionis lib. I. Emend. 5. edidit *inque oppidum hostium per vim escendit.* Bene, si ita grassatus fuit ex Mss. quos obscure prætendit Carrio. Sed priores editi habent *ascendit*, et in Regio extat *ascenderit.* Nuspiam mihi occurrit τὸ *escendit.*' Jac. Gronov.—9 'Codex Biblioth. Pembrocensis habet *muri primus*, quod testatus est Auctor Observ. super Gellio inter Miscell. Observ. Volum. IV. Tom. III. unde ipse, qua de causa nescio, legere vult *muri minis.*' Otho.—10 Vulg. *transilivit.*—11 '*Ovalis vero corona.* Neuter scriptorum codicum habet τὸ *vero*: neuter ut nec Lincoln. mox τὸ *autem*: et sunt hæ particulæ, quibus quasi hiantem orationem connectere se male seduli putabant. Sed et vocabula transposuerunt. Hæc enim manus prisca: *Ovalis corona murtea est. ea utebantur imperatores, qui ovantes urbem introibant. Ovandi ac non triumphandi causa est.*' J. F. Gronov. 'Et hanc ut verissimam sequi debui.' *Jac. Gronov.* *Ovalis vero*

NOTÆ

[e] *L. Gellius*] L. Gellius Publicola Consul est renuntiatus cum Cn. Cornelio Lentulo anno U. C. DCLXXXII. ante Christum LXXII.

[f] *Ovantes*] Ovantes scribit Festus lætantes esse, ab eo clamore quem victores milites geminata litera *o* emittunt. Rectius, ut mihi quidem videtur, Plutarchus ovationis nomen ab ove deducit; quod qui hoc minore triumpho decorarentur, ovem immolarent: cum taurum sacrificarent quibus triumphus major decernebatur. Porro quibus ovandi jus erat, primis quidem reip. Romanæ temporibus sine exercitu et legionibus pedites Urbem ingrediebantur, ut ex Dionysio Halicarnasseo et Plutarcho patet; subinde consuetudo invaluit, ut purpura vestiti et sceptrum manu tenentes equo veherentur concinentibus tibiis, et turmis equitum præcedentibus. Triumphantes autem picta vel aurata veste tubis clangentibus, Senatu sub prætextis currum comitante, turmis equitum subsequentibus, curru quadrijugo ferebantur.

triumphandi causa est, cum aut bella non rite indicta,[k] neque cum justo hoste gesta sunt; aut hostium nomen humile[l] et non idoneum est, ut servorum piratarumque: aut, deditione repente facta impulverea,[12] ut dici solet, incruentaque victoria obvenit.[m] Cui facilitati aptam esse Veneris frondem[g] crediderunt, quod non Martius sed quasi Veneris quidam triumphus foret. 6. Hanc myrteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum[h] confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est: senatusque consultum faciundum per gratiam curavit, ut lauro, non myrto, coronaretur. M. Cato objecit M. Fulvio Nobiliori,[i] quod milites per ambitionem coronis, de causis levissimis, donasset. De qua re verba ipsa apposui Catonis: 'Nam principio[13] quis vidit corona donari quenquam, cum oppidum captum non esset, aut castra hostium non incensa essent?' 7. Fulvius autem, in quem hoc a Catone dictum est, coronis donaverat milites, quia vallum curaverant, aut quia puteum strenue

[k] *Non legitime declarata.* [l] *Fama tenuis.*
[m] *Sine pulvere, ut vulgo loquimur, et sine sanguine victoria contingit.*

corona Lugd. Bat. Delph.—12 'Vett. Ed. *in pulvere*. Conjectura facilis legendum, *sine pulvere*. Badius legit *impulvere*, adjective, unde alii legunt *impulverea*.' Thys. '*Impulverea, ut dici solet, victoria*. Volunt hoc ipsum scripti exhibendo, *quibus in pulvere aut dici*. Neque inepte tamen Christ. Colerus Parergon cap. 20. suspicatur, *impulvere, ut dici solet, victoria*. Sed juxta bene 'impulvereus' formatur ἀπὸ τοῦ 'pulvereus,' quam 'impulvis' ἀπὸ τοῦ 'pulvis:' quemadmodum a 'cœna' fit 'incœnis,' a 'cœnatus' 'incœnatus.' Nam *invulnerea*, quod homo doctus libro suo adscripserat, ludibrium est.' *J. F. Gronov.* 'Istud *impulvere* jam fuit in mente Mosellani, ut patet ex notis Ascensianis, ut vidit Thysius notavitque attribuens Badio. Explicat autem Gellius Græcum ἀκονιτί, prout illustrat hanc vocem H. Stephanus in Thesauro Græcæ Linguæ.' *Jac. Gronov.* *Impulvere* legit Reimmannus in Hist. Vocab. L. Lat. p. 61. perperam, censente Falster.—13 'Membranarum

NOTÆ

[g] *Veneris frondem*] Myrtum scilicet consecratam Veneri, quæ Dea pulchritudinis et amorum a Veteribus habita est.

[h] *M. Crassus cum bello fugitivorum, &c.*] Crassus Prætor cum Pompeio delevit fugitivorum ac perditorum manum, qui gladiatoribus Spartaco, Œnomao et Crixo ducibus jam formidabiles Romanis esse cœperant, an. U. C. DCLXXXI. ante Christum LXXII.

[i] *M. Fulvio Nobiliori*] Hic maximis quibusque magistratibus et domi et belli clarus, Ætolos Romanis subjecit Consul anno U. C. DLXV. ante Christum CLXXXIX.

foderant. Prætereundum non est, quod ad ovationes attinet: super quo dissensisse veteres scriptores scio.[14] Partim enim scripserunt, qui ovaret[15] introire solitum equo vehentem:[n 16 k] at Sabinus Masurius pedibus ingredi ovantes dicit, sequentibus eos non militibus sed universo Senatu.

[n] *Equo vectum.*

ξυνωρὶς, Jam principio.' J. F. Gronov.—14 'In Mss. *accipio.*' Thys.—15 'Ms. *ovarent* et *solitus.*' Idem.—16 'Mss. *vehentes*, ut Reg. et Rot. aut *vehente*, ut Lincoln.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[k] *Equo vehentem*] Hic vehens passive sumitur, sicut apud Tullium in Bruto N. 331. 'Sed te intuens, o Brute, doleo, cujus in adolescentiam per medias laudes quasi quadrigis vehentem transversa incurrit misera fortuna reipublicæ.'

CAP. VII.

Personæ *vocabulum quam lepide interpretatus sit, quamque esse vocis ejus originem dixerit Gabius Bassus.*

LEPIDE mehercules[17] et scite Gabius[a] Bassus[18 a] in libris, quos de origine vocabulorum composuit, unde appellata 'persona'[b] sit, interpretatur: a 'personando' enim id vocabulum factum esse conjectat. 'Nam caput,' inquit, 'et

[a] *Certe Gabius festive et eleganter.*

17 Reg. et Lincoln. *mi hercules.*—18 Al. C. *Bassus.* Ascripsit Sciopp.

NOTÆ

[a] *Gabius Bassus*] Consulantur Notæ in cap. 9. lib. III.

[b] *Persona*] Est histrionum larva, Gall. *un masque.* Vix ulli probaverit Gabius Bassus nomen hoc a personando derivatum: repugnat enim quantitas. Scaliger ita dictum putat quod sit περὶ σῶμα, vel περιζώνη, quasi sit indumenti quædam species. Sed quid, si dicamus, inquit Vossius, personam esse a προσώπῃ? duriusculum id videtur: sed cogitandum similiter περ in πρὸ mutari in περσεφόνη, a quo Proserpina. At quod Latinis persona, id Græcis πρόσωπον, προσωπεῖον, προσώπη.

os cooperimento personæ tectum undique, unaque tantum[19] vocis emittendæ via pervium,[b] quoniam non vaga neque diffusa est,[20] in unum tantummodo exitum collectam coactamque vocem ciet, et magis[1] claros canorosque sonitus facit. Quoniam igitur indumentum illud oris clarescere et resonare vocem facit; ob eam causam persona dicta est, *o*, litera propter[2] vocabuli formam productiore.'

[b] *Et perforatum duntaxat ea parte quâ patet vocis iter.*

Gavius.—19 '*Cooperimento personæ tectum, undique tantum.* Non opinor de industria factum esse, ut in postremis editionibus ita ederetur mutata distinctione et omissa integra voce; certe causam non video, et omnino depravatur sententia Auctoris: unde veterem reposui.' *Jac. Gronov.*—20 Ascripsit Sciopp. *diffus' est.*—1 '*Collectam coactamque vocem et magis.* Rott. *vocem ciet magis.* Reg. *vocem ciet magisque.* Fiat igitur: *vocem ciet magis, magisque claros.* Sed præterea legendum: *quæ non vaga:* nempe via emittendæ vocis: non *quod*, ut vulgo: non *quoniam*, ut Carrio, licet cum scriptis mann. *Ciet vocem*, movet, rumpit, emittit, incitat.' *J. F. Gronov.* 'Equidem conveniunt scripti codices, et quod est in Rottend. id ipsum extat non aliter in Regio. Sed Salmasius post notatum verbum *ciet* majore charactere scriptum adjecit, sed spatio interjecto et minore eodem charactere *magisque*, non ut lectum in Ms. Regio, sed ex conjectura sua, quam ista lectionis varietas statim illi subjiciebat, nempe *vocem ciet magisque et magis claros.* Plane Mssti innuunt *vocem ciet et magis claros*, (notabiliter in Regio vidi *ciȝt*, ut rursus in cap. 8. *ȝt est autem*) quasi copulativa interciderit ob antecedens verbum *ciet* in eam desinens, ut edidi.' *Jac. Gronov.* *Vocem ciet* ascripsit Sciopp. *Vocem, et magis* Lugd. Bat. Delph.—2 'Forsan legendum, *præter:* quam suspicionem effudit Ascensius.' *Thys.*

CAP. VIII.

Defensus error a Virgilii versibus, quos arguerat Julius Higinus grammaticus: et ibidem quid sit lituus; *deque etymologia vocis ejus.*

'Ipse Quirinali lituo[a] parvaque sedebat
Succinctus trabea;[b] lævaque ancile[c] gerebat.'[a]

[a] *Ille sedebat cum baculo Quirinali, et vestitus parva trabea, et sinistra manu ferebat parvum scutum.*

NOTÆ

[a] *Quirinali lituo*] Lituus Auguralis, de quo hic agitur, ab ejus litui quo canitur similitudine nomen invenit, ita Cicero, fuitque clarissimum insigne auguratus. Porro Quirinalis a Romulo dicitur, cujus auguris lituus, deflagrante templo, fuit a flammis illæsus.

[b] *Trabea*] Trabea genus vestis triplex fuit. Primum Diis consecra-

In his versibus errasse Virgilium Higinus scripsit, tanquam non animadverterit deesse aliquid hisce verbis:

'Ipse Quirinali lituo.'

Nam, si nihil, inquit, deesse animadvertimus,[3] videtur ita dictum, ut fiat, 'lituo et trabea succinctus,' quod est, inquit, absurdissimum: quippe cum 'lituus' sit virga brevis, in parte, qua robustior est, incurva, qua augures utuntur; quonam modo 'succinctus lituo'[4] videri potest? Immo ipse Higinus parum animadvertit sic hoc esse dictum, ut pleraque dici per defectionem[b] solent. Veluti cum dicitur, 'M. Cicero homo magna eloquentia,' et 'Q. Roscius[d] histrio[5] summa venustate.' 2. Non plenum hoc utrumque, non[6] perfectum est: sed enim pro pleno atque perfecto auditur. Ut Virgilius alio in loco dixit:[7]

'Victorem Buten immani corpore,'

[b] *Aliquid supprimendo.*

3 Reg. et Rot. *animadverterimus.*—4 'Ita habebant editi priores, ita codex Reg. cur hunc ordinem turbavit Stephanus edendo *lituo succinctus?*' Jac. Gronov. *Lituo succinctus* Lugd. Bat. Delph.—5 '*Atque Roscius histrio.* Manifeste peccatum est in editione H. ST. ubi legitur *et quasi Roscius, &c.* Utrobique rescribendum: *et Q. Roscius, &c.* Prænomen *Quinti* in particulas *que* et *quasi* mutatum est propter abbreviationem.' *Lambecius.* '*Et quasi Roscius histrio.* Sic Carrio, cum esset: *atque Roscius histrio.* Sed ex scriptis legendum, *et Q. Roscius histrio*, ut notavit Lambecius.' *J. F. Gronov.* 'Atqui non solus ita Stephanus edidit, sed jam et Aldus, quod notatum Thysio, idque plane extat in Lincoln. expressum; nec videtur aliter in nota innuisse scriptor codicis Regii q. Equidem prænomen sive adsit, sive abigatur, nihil confert, etsi id jam Badius adhibuerit: et debuit Lambecius id novisse, non ex suo nomine hanc lectionem venditare; majus dedecus est Proustei scribentis 'ita legendum conjicere Lambecium.'' *Jac. Gronov.* 'Male Aldus et H. Steph. *et quasi Roscius.* Vet. Ven. *atque Roscius.* Badius *et Q. Roscius.*' Thys.—6 Vet. ed. *neque.*—7 *Dixit* abest in vett. edd.—8 Voss. cod. in mar-

NOTÆ

tum, totum erat purpureum: alterum regibus destinatum, purpureum erat immixtum albo colore: tertium augurale, ex purpura et cocco tinctum erat. *Servius.*

[c] *Ancile*] Ancile clypeus fuit rotundus et incurvus, similis illi qui tempore regis Numæ delapsus est e cœlo. De ancili sic Ovidius in Fastis: 'Atque ancile vocat, quod ab omni parte recisum est: Quemque notes oculis angulus omnis abest.'

[d] *Et Q. Roscius*] Ita legendum conjicit Lambecius, cum in plurimis editionibus (*et quasi Roscius*) habeatur.

id est, corpus immane habentem: et item alibi:

'In medium geminos immani pondere cæstus
Projecit.'

Ac similiter:

'domus sanie dapibusque cruentis,
Intus opaca, ingens.'[c]

Sic igitur id quoque videri dictum debet, 'Picus[e] Quirinali lituo erat:' sicuti dicimus, 'statua[8] grandi capite erat.' Et *est* autem, et *erat*, et *fuit*, plerumque absunt, cum elegantia, sine detrimento sententiæ. 3. Et, quoniam facta 'litui' mentio est, non prætermittendum est, quod posse quæri animadvertimus, utrum lituus auguralis a tuba, quæ 'lituus' appellatur, an tuba a lituo augurum 'lituus' dicta sit. Utrumque enim pari forma et pariter[9] incurvum est. Sed si, ut quidam putant, tuba a sonitu lituus appellata est ex illo Homerico verbo,[10] Λίγξε βιός:[d] necesse est ita accipi ut virga auguralis a tubæ similitudine 'lituus' vocetur. Utitur autem vocabulo isto Virgilius et pro tuba:

'Et lituo pugnas insignis obibat et hasta.'[e]

[c] *Ædes tenebrosa, magna, fœdata sanguine et cibis sanguinolentis.*
[d] *Sonuit arcus.* [e] *Et ornatus tuba et hastili in certamine aderat.*

gine *fatua*. et ita utraque membrana.—9 'Addunt quædam edd. *in capite*, sed refragatur vetustissima Ven. ed. et Mss.' *Thys.*—10 Vulg. *Homerico versu*.

NOTÆ

[e] *Picus*] Rex Latinorum, Fauni pater, Latini regis avus, augurioram peritissimus fuit. Hunc Saturno genitum fuisse Virgilius et Ovidius testantur; adeoque, quantum in illa temporum caligine licet augurari, vixit annis ante Christum plus minus MCCC.

CAP. IX.

Historia de Crœsi filio sumta ex Herodoti libris.

FILIUS Crœsi regis,[a] cum jam per ætatem fari posset, infans erat, et, cum jam multum adolevisset, item nihil fari quibat.[a] Mutus adeo[11] et elinguis diu habitus est. Cum in patrem ejus[12] bello magno victum,[b] et urbe, in qua erat, capta, hostis gladio educto[b][13] regem esse ignorans invaderet; diduxit adolescens os clamare nitens, eoque nisu atque[14] impetu spiritus[c] vitium nodumque linguæ rupit, planeque et articulate[d] elocutus est, clamans in hostem, ne rex Crœsus occideretur. Tum et hostis gladium reduxit, et rex vita donatus est, et adolescens loqui prorsus deinceps incepit. 2. Herodotus in historiis hujus memoriæ scriptor[e] est: ejusque verba sunt, quæ prima dixisse filium

[a] *Cum haberet ætatem idoneam ad loquendum, erat mutus. Et cum ad juventutem processisset, pariter nihil loqui poterat.* [b] *Evaginato.* [c] *Contentione halitus.* [d] *Distincte.* [e] *Rei memorabilis.*

11 Aliter *autem.*—12 '*Cum vero in patrem ejus.* Hic quoque fulcrum labanti orationi se supponere crediderunt per *τὸ vero;* quod neque in Regio est, neque in Rottendorfiano, neque in Lincoln. Primus etiam caret præpositione *in.* Dicimus autem utrumque 'invadere aliquem' et 'in aliquem.' Potius erit aliquid demi: nam pro *deducto* legendum videtur *educto*, et verbum substantivum removendum, hoc modo: *Mutus adeo et elinguis diu habitus, cum in patrem ejus, bello magno victum, et urbe, in qua erat, capta, hostis gladio educto, regem esse ignorans, invaderet.*' Possemus quoque *τὸ et* tollere: sed maneat, licet accipiatur pro etiam.' *J. F. Gronov.* *Cum vero* Lugd. Bat. Delph.—13 Vulg. *deducto.* Conjicit Thys. *diducto.*—14 Vett. edd. *eoque nixu, atque.*

NOTÆ

[a] *Crœsi regis*] Crœsus Lydorum rex opulentissimus, supra modum ambitiosus, Ioniam finitimasque regiones sibi subjecit, adeoque Cyrum Persarum regem sine causa bello lacessivit: superatus et amissis Sardibus urbe regia, damnatus igni, superbiæ pœnas dedit. Tum vero Solonis effatum, mortalium ante obitum beatum dicendum neminem, verum esse intelligens, Solonem voce magna inclamavit. Ita Cyrus admonitus de rerum humanarum inconstantia Crœsus e flammis ereptum apud se liberaliter habuit Olymp. LIX. an. ante Christi ortum DXLIV. *Herodot. lib.* I.

[b] *Bello magno victum*] Bello scilicet quo Sardibus expugnatis a Cyro comprehensus est.

Crœsi refert; Ἄνθρωπε[15] μὴ κτεῖνε Κροῖσον.[f] Sed et quispiam Samius[e] athleta, nomen illi fuit Αἴγλης,[16] cum antea non loquens fuisset, ob similem dicitur causam loqui cœpisse. Nam cum in sacro certamine sortitio inter ipsos[17] et adversarios non bona fide fieret, et sortem nominis falsam subjici animadvertisset; repente in eum, qui id faciebat, sese videre,[18] quid faceret, magnum[g] inclamavit. Atque is oris vinculo solutus, per omne inde vitæ tempus, non turbide neque adhæse locutus est.[h]

[f] *Homo ne occidas Crœsum.* [g] *Magna voce.*
[h] *Expedita lingua nunquam balbutiit.*

Lugd. Bat. Delph. *eoque nisu et.*—15 Ven. Vet. ἄνθρωπε.—16 '*Nomen illi fuit* Αἴγλης. Rott. *fuit etlaoys.* Regins, *fuit exλλoys.* Forte, *nomen ei fuit* Ἐχέδιος.' *J. F. Gronov.*—17 Conjicit Thys. *ipsum.* Falster. *ipsosmet.*—18 Reg. et Rot. *videre sese quid faceret.*

NOTÆ

[e] *Samius*] Oriundus e Samo, quæ insula jacet ad oram Ioniæ contra Ephesum urbem: a fluvio *Samo* etiamnum vulgo dicta.

CAP. X.

De argumentis quæ Græce ἀντιστρέφοντα appellantur, a nobis reciproca dici possunt.

INTER vitia argumentorum longe maximum esse vitium videtur quæ[19] ἀντιστρέφοντα Græci dicunt. Ea quidam ex nostris non[a] hercule[a][20] nimis absurde 'reciproca' appellaverunt. Id autem vitium accidit hoc modo. Cum argu-

[a] *Certe satis eleganter.*

19 Vulg. *videtur eorum quæ.* 'Quatuor scripti: *longe m. e. v. v. quæ ἀντ. Græci d.* sine τῷ *eorum*, quod infulsisse censeo, qui mirabantur nihil esse, quo referrent τὸ *quæ.*' J. F. Gronov.—20 Lugd. Bat. Delph. *Hercules.*—1

NOTÆ

[a] *Hercule*] Consulantur Notæ in cap. 29. lib. II.

mentum propositum referri contra convertique[b] in eum potest[1] a quo dictum est; et utrumque pariter valet:[c] quale est pervulgatum illud,[d] quo Protagoram sophistarum acerrimum usum esse ferunt adversus Euathlum discipulum suum. Lis namque inter eos et controversia super pacta[e] mercede hæc fuit. Euathlus adolescens dives eloquentiæ discendæ causarumque orandi[2] cupiens fuit.[f] 2. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit,[g] daturumque promisit mercedem grandem pecuniam, quantam Protagoras petiverat; dimidiumque ejus dedit tunc jam statim prius quam disceret: pepigitque, ut reliquum dimidium daret, quo primo[3] die causam apud judices orasset et vicisset. Postea cum diutule[h] auditor assectatorque[i] Protagoræ fuisset, et in studio quidem facundiæ abunde promovisset,[k] causas tamen non reciperet,[l] tempusque jam longum transcurreret,[m] et facere id videretur, ne reliquum mercedis daret; capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, astutum. Petere instititt[4] ex pacto mercedem: litem cum Euathlo contestatur;[a] et cum ad judices, conjiciendæ consistendæque causæ gratia,[n] [5] venissent,[6] tum Protagoras sic exorsus est:

[b] *Retorqueri.* [c] *Habet vim æqualem.*
[d] *Notissimum hoc argumentum.* [e] *Promissa.*
[f] *Et causarum agendarum cupidus fuit.* [g] *Ille se fecit discipulum Protagoræ.*
[h] *Satis diu.* [i] *Discipulus.* [k] *Satis profecisset.* [l] *Causæ perorandæ non ipsi darentur.* [m] *Efflueret.* [n] *Ad judicandum et decernendum de causa.*

[1] '*Controvertique potest in eum, a quo dictum est et utrumque.* Scripti et editi ante Stephanum, *convertique in eum potest:* quorum mutandi unde libido vel ipsi vel Carrioni extiterit, haud sane intelligo. Melius autem Reg. et Rot. *et utrimque pariter valet,* nempe et a parte actoris in reum aut unde petitur, et hinc adversus illum.' *J. F. Gronov.* *Convertique potest in eum* Lugd. Bat. Delph.—2 'Rectius Saresberiensis *causasque orandi,* inquit Colerus cap. 20. Parergon. Immo pejus: est enim, quale 'verborum fingendi,' quod asseruimus lib. IV. 14.' *J. F. Gronov.*—3 'Reg. *primum.* Forte *quo primam die causam.*' Idem.—4 *Instituit.* Sic Rot. Sed Reg. cum prius editis, *instititt.*—5 'Si quid mutandum, suspicor, genuinum esse *constituendæque causæ gratia.*' Falster.—6 Vet. ed. *venisset.*—7 Scriptus uterque cum editionibus ante Ste-

NOTÆ

[a] *Litem...contestatur*] Litem contestari est, cum petitor, et is a quo petitur, vel in jure apud Prætorem, vel in judicio apud judicem inter se contendunt præsentibus testibus, quos et hic qui petit, et ille qui negat quod petitur, rogat ut rei testes esse velint.

Disce, inquit, stultissime adolescens, utroque id modo fore ut reddas[7] quod peto, sive contra te pronuntiatum erit, sive pro te. 3. Nam, si contra te lis data erit,[o] merces mihi ex sententia debebitur, quia ego vicero: sin vero secundum te[p] judicatum erit, merces mihi ex pacto debebitur, quia tu viceris. Ad ea respondit Euathlus: Potui, inquit, huic tuæ[8] tam ancipiti captioni[q] isse obviam,[9] si verba non ipse facerem, atque alio patrono uterer. Sed majus mihi in ista victoria prolubium[c] est, cum te non in causa tantum sed in argumento quoque isto vinco. Disce igitur tu quoque, magister sapientissime, utroque modo fore,[10] uti non reddam quod petis: sive contra me pronuntiatum erit,[11] sive pro me. Nam, si judices pro causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur: quia ego vicero. Sin contra me pronuntiaverint: nihil tibi ex pacto debebo, quia non vicero. 4. Tum judices dubiosum hoc inexplicabileque esse, quod utrimque dicebatur, rati, ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet, rem injudicatam reliquerunt: causamque in diem longissimam distulerunt.[r] Sic ab adolescente discipulo magister disciplinæ[12] eloquentiæ inclytus suo sibi[13]

[o] *Si litem amittas.* [p] *In gratiam tui.*
[q] *Occurrere tam ambiguæ argutiæ.* [r] *Diu distulerunt in dies.*

phanum, *uti reddas.* In Reg. deest τὸ *id.*—8 ‘Non satisfacit mihi hic locus neque adeo ipsi rationi. Veterem lectionem ex Ms. R. erui, quæ hæc est: *Opto, inquit, huic tuæ tam ancipiti captioni isse obviam, &c. Sed majus mihi in ista victoria prolubium est, cum, &c.* Erroris causa fuit vox *prolubium*, quæ cum paulo rarior esset, in *proludium* mutata est, et sono vicinam, et vulgo magis notam.’ *Lambecius.* ‘*Potui, inquit, huic tuæ tam ancipiti.* Sic Rott. non *Opto*, ut Regius adversus Auctoris mentem: nam si alio patrono uteretur, id signum esset ipsum sibi diffidere, atque ideo necdum satis didicisse. At illud, *majus mihi in ista victoria prolubium est*, ita prorsus Rott. ut Regius, atque ex eo Lambecius. *Majus* quoque Ro. et Veneta. Aldus primus *magis.*’ J. F. Gronov.—9 Lugd. Bat. *esse obviam.*—10 Vulg. *utroque modo fieri.*—11 Voss. cod. in Notis Mss. legit, *fuerit.* Sic et Reg.—12 Reg. et Rot. vocem *disciplinæ* nulli agnoscunt.—13 In Vossiani cod. notis *sibi* expungitur.—14 ‘Cap-

NOTÆ

[c] *Prolubium*] Illecebra et incitamentum: quam lectionem restituit ex Ms. Lambecius, cum prius *proludium* haberetur.

argumento confutatus est, et captionis versute excogitatæ[14] frustratus fuit.[s]

[s] *Inutiliter laboravit in callidis argutiis quas invenerat.*

tionis versutæ excogitatu frustratus fuit. Rott. cum editis antiquitus, *versute excogitatæ.* Colerus Saresberiensis scripturam et hic minime tegendam monet, *versute et cogitate.* Stephanus equidem Carriove injuria offensi sunt genere loquendi 'frustrari captionis,' quod est, ut Planti 'falli sermonis.' Regius, *versutæ et excogitatæ.* Quod maxime probo.' *J. F. Gronov.* *Versute excogitatæ* probat Falster.

CAP. XI.

Biantis de re uxoria syllogismum non videri posse ἀντιστρέφοντα.[a] [15]

EXISTIMAVIT[16] quidam etiam illud Biantis, viri sapientis ac nobilis, responsum consimile esse atque est Protagorion illud, de quo dixi modo,[b] antistrephon. Nam cum rogatus esset a quodam Bias,[a] deberetne uxorem ducere, an vitam vivere cœlibem;[c] Ἤτοι,[d] inquit, καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχράν.[17] καὶ εἰ καλὴν, ἕξεις κοινήν. εἰ δὲ αἰσχρὰν, ἕξεις ποινήν.[b] ἑκά-

[a] *Reciprocum.* [b] *Simile esse syllogismo reciproco Protagoræ quem supra attuli.* [c] *Sine uxore.*

[d] *Aut ait pulchram habebis aut deformem. Si pulchram, habebis communem: si vero deformem, habebis Pœnam. Alterutrum autem non bonum. Non accipienda igitur uxor.*

15 Reg. ἀντιστρέφειν.—16 'At cur non *Existimant*, ut palam Regius? cum utique sequatur 'convertunt.'' *Jac. Gronov.*—17 ''Ητοι καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχράν. Ab Aldo provenit hoc. Romana Venetaque Ἤτοι καλὴν ἄξεις· et mox: Εἰ μὲν καλὴν ἄξω. quæ laudat etiam e Pal. Ms. Gebhardus 2. Antiq. Lect. 23.'

NOTÆ

[a] *Bias*] Unus e septem Græciæ sapientibus, Priene in Ionia oriundus, juris acerrimus defensor, adeo ut ætate confectus cum nonnullius causam perorasset, in sinu nepotis ex filia caput reclinans obierit. Floruit circa Olymp. XLII. annis ante Christum DCXII. *Laërt.*

[b] Ποινήν] Pœnam hic intellige Furiam; quo sensu Maro in Culice ait: 'Et flammas et sæva quatit mihi verbera Pœna.' Et Plutarchus in Othone: ὡς οὐκ ἀνδρὸς, ἀλλά τινος ἢ Ποινῆς, ἢ παλαμναίου δαίμονος.

τέρον δὲ οὐκ ἀγαθόν. οὐ ληπτέον ἄρα. Sic autem hoc responsum convertunt: εἰ μὲν[e] καλὴν ἕξω, οὐχ ἕξω ποινήν. εἰ δὲ αἰσχρὰν, οὐχ ἕξω κοινήν. γαμητέον ἄρα. 2. Sed minime hoc esse videtur ἀντιστρέφον, quoniam ex altero latere conversum frigidius est infirmiusque. Nam Bias proposuit non esse ducendam uxorem propter alterutrum incommodum, quod necessario patiendum erit ei qui duxerit. Qui convertit autem, non ab se defendit incommodum quod adest: sed carere se altero dicit quod non adest. Satis est autem tuendæ sententiæ, quam Bias dixit; quod eum, qui duxit uxorem, pati necesse est ex duobus incommodis alterum, ut aut κοινὴν habeat aut ποινήν. Sed Favorinus noster, cum facta esset forte mentio syllogismi istius, quo Bias usus est, cujus prima πρότασις[f] est, ἤτοι καλὴν ἕξεις, ἢ αἰσχρὰν; non ratum id neque justum disjunctum esse ait:[g] [18] quoniam non necessarium est alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum esse. 3. Quod in proloquio disjunctivo[h] necessarium est. Eminentia enim quadam significari formarum turpes et pulchræ videntur. Est autem, inquit, tertium quoque inter duo ista, quæ disjunguntur: cujus rationem prospectumque[19] Bias non habuit. Inter enim pulcherrimam fœminam et deformissimam media quædam forma est;[20] quæ et a nimiæ[1] pulchritudinis periculo et a summæ deformitatis odio[2] vacat. Qualis a Q. Ennio in Menalippa[c] perquam eleganti vocabulo, 'stata,' dicitur; quæ neque κοινὴ futura

[e] *Si quidem pulchram habebo, non habebo Pœnam: si vero deformem, non habebo communem: ducenda igitur uxor.* [f] *Propositio.*
[g] *Dicit non esse certum, nec habere justam disjunctionem.*
[h] *In prima propositione disjunctiva.*

J. F. *Gronov.*—18 'Reg. *neque justum disjunctivum esse ait.* Rott. *neque justum dijunctivum ait esse.* Statim Reg. et Rot. *quoniam non necessum sit.* Lincoln. *quoniam non ... est sit.*' Idem. Voss. cod. *disjunctivum.*—19 Reg. *perspectumque.* Inde Salmasius conjiciebat *respectumque.*—20 Al. *media forma quædam est.*—1 Ita Reg. et Rot. ubi vulgo τὸ *et* negligitur.—2 '*Et summo deformitatis odio.* Immo *summæ*, ut tres membranæ.' *J. F. Gronov. Summo* dant Lugd. Bat. Delph.

NOTÆ

[c] *In Menalippa*] Ennii tragœdia.

sit, neque ποινή. Quam formam modicam et modestam Favorinus non mehercle inscite appellabat uxoriam. Ennius autem in ista, quam dixi, tragœdia, eas fere fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma [d] forent.

NOTÆ

[d] *Stata forma*] Ea est quæ neque redundat, neque deficit.

CAP. XII.

De nominibus Deorum populi Romani Dijovis et Vejovis.

In antiquis spectionibus [3] [a] nomina hæc Deorum inesse animadvertimus, 'Dijovis et Vejovis.' [4] Est autem etiam ædes Vejovis Romæ inter arcem et capitolium. Eorum [5] nominum rationem esse hanc comperi.[a] 'Jovem' Latini veteres a juvando appellavere: eundemque alio vocabulo juncto patrem dixerunt. Nam quod est in elisis [b] [6] aut immutatis quibusdam literis Jupiter, id plenum atque integrum est 'Jovispater.' Sic et 'Neptunuspater' conjuncte dictus est, et 'Saturnuspater,' [b] et 'Januspater,' [c] et 'Mars-

[a] *Intellexi esse hanc interpretationem.* [b] *Suppressis.*

3 'Vix audeo prodere, quod suspicor; scilicet fuisse *supplicationibus*, quæ non solum fiebant re bene gesta publica, ut Diis gratiæ agerentur, sed etiam ad averruncanda prodigia, ut patet ex Liv. lib. x. cap. 23. Cui nostræ conjecturæ magis astipulatur invulgatum *spectationibus*. Vitium autem istud maxime inde contractum esse videtur, primum quod duplex *p* librarii exararent per simplex, et deinde syllabam *sup* per compendium hoc modo *s'p*.' Otho.—4 Cod. Voss. in Notis *Vedejovis:* passim per totum caput. 'Non dissimulandum videtur in quatuor calamo exaratis esse, *Dijovis et vedijovis:* neque hic modo, sed et mox, *ædes vedijovis:* tum *vedijovem appellaverunt:* denique, *simulacrum igitur Dei vedijovis.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*Vedijovis*, ut mox, et paulo inferius.'—5 Reg. *Quorum*.—6 Idem explosa

NOTÆ

[a] *Spectionibus*] Spectio proprie verbum est augurum, quorum ita divisa erant munera, ut qui spectionem haberent, nuntiationem non haberent. Spectiones autem hoc loco fuisse verba auguralia suspicamur.

[b] *Saturnuspater*] Antiquissimus fere Deorum, Cœli et Vestæ filius, pater Jovis.

[c] *Januspater*] Janus Italiæ rex Saturnum a filio ejectum perbenigne excepit, ac post mortem relatus est

pater,'[d] (hoc enim est, 'Marspiter,') itemque Jovis 'Diespater'[7] appellatus, id est, diei et lucis pater. 2. Idcircoque simili nomine 'Dijovis' dictus est, et 'Lucetius;' quod nos die et luce quasi vita ipsa afficeret[c] et juvaret. 'Lucetium' autem 'Jovem' Cn. Nævius in libris belli Pœnici appellat. Cum Jovem igitur et Dijovem a juvando nominassent, eum quoque contra[8] Deum, qui non juvandi potestatem, sed vim nocendi haberet, (nam Deos quosdam ut prodessent celebrabant, quosdam ut ne obessent[9] placabant,) 'Vejovem' appellaverunt demta atque detracta juvandi facultate. 3. 'Ve' enim particula, quæ in aliis atque aliis vocabulis variatim per has duas[10] literas, cum *a*, litera media immissa dicitur, duplicem significatum eundemque inter sese diversum capit: nam et augendæ rei et minuendæ valet, sicut[11] aliæ particulæ plurimæ; propter quod accidit, ut quædam vocabula, quibus particula ista præponitur, ambigua sint et utroqueversum[d] dicantur: veluti 'vescum,'[12][e] 'vehemens,' et 'vegrande,'[f]

[c] *Quasi vitam daret.* [d] *In utramque partem.*

præpositione: *Nam quod est elisis.*—7 '*Item, Jovis Diespater.* Ambo scripti: *itemque Jovis Diespiter.*' J. F. Gronov. 'Quorum Regius mox etiam non legit *appellatus est, id est:* sed prius verbum substantivum ei ignoratur, et recte, quippe quod appositum fuit ab Stephano, cum in anterioribus non conspiciatur, præsertim si ex Regio adsciscatur *itemque*, quod omnino fieri debet, ut feci. Nam illud *itemque* animadvertes esse in Aldina et Vascosani: cur citeriores omiserunt? Contra paulo ante Reg. et Lincoln. *Sic et Neptunus pater conjuncte dictus est, Saturnus pater*, absque *et*, quod interponunt vulgo. Utrum recte, an innuit *sic et Neptunus pater conjuncte dictus, et Saturnus pater?*' Jac. Gronov. *Item....appellatus est* Lugd. Bat. Delph.—8 Reg. *eumque contra.* —9 Vulg. *quosdam ne obessent.*—10 'Mira est et noscenda editio Stephani, quæ hunc locum in Mss. et editis ita expressum longe aliter transformans exhibuit: *quæ in aliis atque aliis vocabulis varia, tum per has duas literas tum, a, litera media immissa, &c.* Quod quisque consideret.' *Jac. Gronov. Immista* Voss. cod. *Varia, tum p. h. d. l. tum* Delph.—11 Eadem ed. *sicuti.*—12 Vulg.

NOTÆ

inter Deos. Bifrons pingebatur, quippe qui et ex præteritis colligeret utilitatem, et futura prudenter prævideret.

[d] *Marspater*] Belli Deus.

[e] *Vescum*] Vox ambigua, composita ex ve et esca; modo significat fastidiosum, modo edacem.

[f] *Vegrande*] Vocabulum anceps, modo significat magnum quid, modo pusillum.

de quibus alio in loco, uberiore tractatu facto, admonuimus: 'vesani'[13] autem et 'vecordes' ex una tantum parte, quæ privativa est, quam Græci κατὰ στέρησιν[e] dicunt.[14] 4. Simulacrum igitur Dei 'Vejovis,'[g] quod est in æde, de qua supra dixi, sagittas tenet, quæ sunt videlicet paratæ[15] ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem[h] esse dixerunt; immolaturque illi ritu humano capra:[16] ejusque animalis figmentum juxta simulacrum stat. Propterea Virgilium quoque aiunt, multæ antiquitatis hominem sine ostentationis odio peritum, numina læva in Georgicis deprecari:[17] significantem quandam vim esse hujuscemodi Deorum in lædendo magis quam in juvando[18] potentem. Versus Virgilii hi[19] sunt:

'In tenui labor, at tenuis non gloria, si quem
Numina læva sinunt, auditque vocatus Apollo.'[f]

In istis autem Diis, quos placari oportet, uti mala a nobis vel a frugibus natis amoliantur,[20] 'Averruncus'[i 1] quoque habetur et 'Robigus.'[k]

[e] *Privativam particulam.* [f] *Est labor in exigua re, sed honor non exiguus, si Dii adversi patiuntur aliquem dicere, et Apollo invocatus exaudit.*

---

dicantur: vescum. Reg. et Rot. cum Fulv. *dicantur: veluti vescum.*—13 'Vet. Ed. *Vesanos*, et post illa verba *ex una tantum parte*, additur, *dici.*' Thys. 'Ita et Aldus. Sed etsi posterior mutatio recepta est auctoritate codicum, ut ipsius Regii, et sententia ad plenum constet, cum referri possint ad præcedens 'dicantur,' scire tamen oportet in Regio esse *vesani autem et vecordes ex una tantum parte dicti, quæ, &c.* Tale participium delere non est nostri juris.' *Jac. Gronov.* *Parte dicti, quæ* ascripsit Sciopp.—14 Ita Reg. Vulgo, *quam Græci στερητικὸν μορίον dicunt.*—15 Reg. et Rot. *partæ.* Lincoln. *parte.*—16 'Τὸ *illi* neque in Regio neque in Rottend. neque in Lincoln. conspectui. Suspicor autem scribendum quod et Ant. Thysio visum, *ritu Romano.*' J. F. Gronov. *Ritu Cumano* conjicit Jac. Gronov.—17 '*Quoque deprecari.* Abest prima vox in vett. edd. Sed neque est in Reg. unde induxi.' *Jac. Gronov.* *Quoque* habent Lugd. Bat. Delph.—18 Pet. Burmannus ad hoc Virgilii Georg. lib. IV. vs. 7. hic legendum censet *quam in levando.*—19 'Reg. Rot. Lincoln. τῷ *hi* dant commeatum.' *J. F. Gronov.*—20 Ita Reg. Rot. Voss. cod. in marg. quod et ascripsit Sciopp. Vulg. *amoveantur.*—1 Reg. Rot. Lincoln. *Aurungus.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[g] *Vejovis*] Quis sit indicat Ovid. III. Fastorum: 'Nunc vocor ad nomen: vegrandia farra coloni Quæ male creverunt, vescaque parva vocant. Vis ea si verbi est, cur non ego Vejovis ædem Ædem non magni suspicer esse Jovis?'

[h] *Apollinem*] Hic Jovis et Latonæ filius in insula Delo natus est.

[i] *Averruncus*] Sive Alexicacus Ro-

NOTÆ

manis Deus fuit, quem credebant averruncare, id est, depellere mala. Volunt nonnulli Averruncos Deos aliud nihil fuisse nisi figuras quas modo appellant Talismanicas. Imagines sunt vel æreæ vel lapideæ, in quibus cum serpentum, aut aliorum ejusmodi animalium, vel etiam ignis forma impressa sit, vi et efficientia siderum, vulgo creditur occulta virtus a serpentibus et ab incendiis salvas præstare domos, et urbes in quibus conservatæ fuerint.

[h] *Robigus*] De quo consule Notas in cap. 6. lib. IV.

CAP. XIII.

De officiorum gradu atque ordine moribus[a] *populi Romani observato.*

SENIORUM hominum et Romæ nobilium, atque in morum disciplinarumque veterum doctrina memoriaque præstantium, disceptatio quædam fuit, præsente et audiente me, de gradu atque ordine officiorum, cumque quæreretur, quibus nos ea prioribus potioribusque facere oporteret,[b] si necesse esset in opera danda faciundoque officio alios aliis anteferre, non constabat.[2] 2. Conveniebat autem facile, constabatque, ex moribus populi Romani, primum juxta parentes[c] locum tenere pupillos debere fidei tutelæque nostræ creditos, secundum[3] eos proximum locum clientes habere, qui sese itidem in fidem patrociniumque nostrum dediderunt; tum[4] in tertio loco esse hospites, postea esse cognatos affinesque. Hujus moris observationisque multa sunt testimonia documentaque in antiquitatibus perscripta; ex quibus unum hoc interim, de clientibus cognatisque, quod præ manibus est,[d] ponemus. M. Cato in oratione,

[a] *Juxta consuetudinem.* [b] *Quibus oporteret nos ea prius exhibere.*
[c] *Post parentes.* [d] *Quod habemus in manibus.*

2 'Regius et Lincoln. *constituebat.* Rott. *confatuebat.* Sed quodcumque horum admiseris, si attendas, apparebit orationem parum constare. Quin ego duas illas voces qualescumque improba manu insertas censeo, postquam *cumque quæreretur*, per errorem syllaba repetita, pro *cum quæreretur*, fecisset antiquus librarius.' *J. F. Gronov.*—3 *Secundum* ejiciendum censet Jac. Gronov. improbante Othone.—4 Delph. *tunc.*—5 'Lud. Aurelius ad tertium

quam dixit apud censores in Lentulum, ita scripsit: 'Quod majores sanctius habuere defendi[e] pupillos,[5] quam clientem non fallere. Adversus cognatos pro cliente testatur;[f 6] testimonium adversum clientem nemo dicit: patrem primum, postea patronum[7] proximum nomen habere.'[g] 3. Masurius autem Sabinus, in libro juris civilis tertio, antiquiorem locum hospiti tribuit quam clienti. Verba ex eo libro hæc sunt: 'In officiis apud majores ita observatum est, primum tutelæ, deinde hospiti, deinde clienti,[a] tum cognato, postea affini.[h] De qua causa fœminæ viris potiores sunt[i] habitæ,[8] pupillarique tutelæ muliebris prælata:[9] etiam adversus quem affuissent, ejus filii[10] tutores relicti in eadem causa pupillo aderant.'[k] Firmum atque clarum isti testimonium rei[11] perhibet auctoritas C. Cæsaris pontificis maximi; qui in oratione, quam pro Bithynis[b] dixit, hoc principio usus

[e] *Credidere melius esse.* [f] *Ostendit clientem præferendum esse cognatis.*

[g] *Hoc ostendit patrem habere primum locum, postea patronum sequentem locum habere.*

[h] *Primo habendam esse rationem eorum qui sunt in nostra tutela, secundo hospitum, tertio clientium, quarto consanguineorum, quinto propinquorum.*

[i] *Prælatæ sunt.*

[k] *Quin etiam patres tutores relicti in judicio adjuvabant in eadem causa pupillum adversus quem eorum filii stabant.*

Taciti annalem tentat: *Quid majores sanctius habuere, quam defendi pupillos? quam clientem non fallere?*' J. F. Gronov.—6 'Malim M. Catonem scripsisse: *Adversus cognatos pro cliente testamur.*' J. F. Gronov. 'Sed Gellianus ille *nemo*, qui mox sequitur, resolvi debet in *non aliquis*. Et hinc intelligi integre. Sic vult Auctor: *Adversus cognatos pro cliente testatur aliquis; testimonium adversum clientem nemo dicit.*' Jac. Gronov.—7 '*Patrem primum, deinde patronum.* Magnum vero ἀνδραγάθημα Carrionis et Stephani, qui *deinde* subjecerunt, ubi priores editiones cum scriptis *postea*. Sic enim illi: *patrem primum, postea patronum.*' J. F. Gronov. *Deinde patronum* Lugd. Bat. Delph.—8 Verbum substantivum tres expellunt membranæ. Reg. etiam *viris.*—9 'Vett. edd. *pupillarisque tutela mulieri prælata.* Stephanus secutus Badium legit, *muliebris*, et bene.' *Thys.* '*Pupillarisque tutela muliebri prælata.* Reg. *mulieris lata.* Rottend. *mulieri prælata.* Guilelmus Ranchinus divinat *pupillarique tutela muliebris prælata*, lib. I. Var. lect. 4.' *J. F. Gronov.* 'Ego profecto non dubito, a Gellio relictum esse, quod vett. edd. suadent, *pupillarisque tutela muliebri prælata.*' Falster. *Pupillarisque tutela muliebri* Delph.—10 Distinguit eadem ed. post *filii.* Vid. Not. Var. Reg. et Rot. *filiis t. r.*—11 Scripti

NOTÆ

[a] *Clienti*] Cliens dicitur qui alicujus ad tutelam se recipit, eumque patronum habet.

[b] *Bithynis*] Bithynia Asiæ Minoris regio, alias Mygdonia et Bebrycia appellata; nunc aliis *Bursia*, aliis *Becsangial*, aliis *Osmanil* dicitur.

est: 'Vel pro hospitio regis Nicomedis,[c] vel pro horum necessitate quorum res agitur, defugere hoc munus M. V.[1] non potui.[12] Nam neque hominum morte memoria deleri debet, quin a proximis[13] retineatur: neque clientes sine summa infamia deseri possunt: quibus etiam a propinquis nostris[14] opem[15] ferre instituimus.'

[1] *M. Vinici.*

ordinant, *clarum isti rei testimonium.*—12 '*Defugere hoc munus Mumi non potui.* Sic edebatur. Carrio et Stephanus maluere *M. V. non potui.* Reg. *M. vince non potui.* Rott. *M. vnite n. p.* Lincoln. et quartus, *M. Vincere.* Num fuit, *M. Vinici?* id certe nomen gentis Romanæ. Visumque idem Ant. Thysio.' *J. F. Gronov.* 'Vides postrema in nomine proprio jactari, quæ idcirco ferant agantque scribæ librarii pro lubitu. Cæsaris fuit *M. Vini*, ex qua stirpe est Vinius sub Galba potens.' *Jac. Gronov.* 'Vet. ed. *Mumi Vinici.* Lege *M. Vinici.*' Thys. 'Potius *M. VinicI*, cujus nominis crebra mentio fit in Jan. Gruteri corpore Titulorum.' *Otho.* Ascripsit Sciopp. *Marci Vinici.*—13 Idem ascripsit *quin proximis.*—14 'Videtur dixisse Cæsar, *ante propinquos nostros.*' J. F. Gronov. *A propinquis* retinendum monet Falster.—15 Vet. Ven. ed. *auxilium.*

NOTÆ

[c] *Nicomedis*] Apud hunc Nicomedem, ut auctor est Suetonius, impudicis libidinibus servivit Cæsar, quod militum salibus ac jocis abunde derisum est. Hic ipse est qui moriens Bithyniam populo Rom. reliquit an. U. C. DCLXXIX. ante Christum LXXV.

CAP. XIV.

Quod Appion doctus homo, qui Plistonices appellatus est, vidisse se Romæ scripsit recognitionem inter se mutuam ex vetere notitia hominis et leonis.

APPION,[a] qui Plistonices[16] appellatus est, literis homo mul-

16 Vulgo, *qui Polyhistor.* 'Legendum hic potius *Apion*, non *Appion*, ut recte annotavit Vossius.' *Thys.* Reg. quidem non agnoscit nisi unum *p.*—

NOTÆ

[a] *Appion*] 'Appion Grammaticus,' inquit Plinius in Præfat. Histor. Natur. 'hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, cum publicæ famæ tympanum potius videri possit, immortalitate donari a se scripsit ad quos aliqua componebat:' ab aliis Plistonices, id est, sæpe victor, Polyhistor ab aliis appellatus, ob plurima doctrinarum genera quibus excellebat. Fuit natus Oasi Ægypti civitate: sed Alexandrinus dici gaudebat, quod illius civitatis jus haberet, Tiberii et Caligulæ, ad quem ab

tis præditus, rerumque Græcarum plurima atque varia scientia fuit. Ejus libri non incelebres feruntur, quibus omnium[17] ferme, quæ mirifica in Ægypto visuntur audiunturque, historia comprehenditur.[18] Sed in his quæ audivisse[19] vel legisse sese dicit, fortasse a vitio studioque ostentationis[20] fit loquacior; est enim sane quam in prædicandis doctrinis[1] suis venditator.[a 2] Hoc autem, quod in libro Ægyptiacorum quinto scripsit, neque audisse neque legisse, sed ipsum sese in urbe Romana[3] vidisse oculis suis confirmat. In circo maximo, inquit,[4] venationis amplissimæ pugna populo dabatur. 2. Ejus rei, Romæ cum forte essem, spectator, inquit, fui. Multæ ibi sævientes feræ, magnitudines bestiarum[5] excellentes,[b] omniumque invisitata[6] aut forma erat aut ferocia. Sed præter alia omnia leonum, inquit, immanitas admirationi fuit; præterque omnes ceteros unius. Is unus leo corporis impetu et vastitudine, terrificoque fremitu et sonoro,[7] toris[6] comisque cer-

[a] *Maximus jactator suæ eruditionis.* [b] *Monstrosa immanitate horribiles.*

17 Vet. ed. *omnibus.*—18 Vet. ed. *historiam comprehendit.* Ms. Reg. *quibus omnibus.....historia comprehendit.*—19 Ascripsit Sciopp. *quæ vel audivisse.*—20 ' Rot. et Reg. *fortassean vitio.* Quod conjectura olim deprehendit Eustat. Suartius Analect. 3. 3. Habet etiam Auctor lib. VII. cap. 3. lib. XI. cap. 9. et restituemus cum Deo volente lib. XVII. 5.' *J. F. Gronov.* ' Quod utinam licuisset illi consummare! Nunc quod his addendum videbatur, est, quod in Regio legitur, *quæ vel audisse, vel.* Etiam editiones priores habent *audisse*, ut hoc incrementum inane prorsus venerit ab Stephano.' *Jac. Gronov.*—1 ' Hic non ita felix Suartius: causatus enim nescio quid horridum et molestum auribus ordinem sonumque faciens, corrigit: *Est enim sane nequam.* Aliter visum Veteribus.' *J. F. Gronov.*—2 ' Vet. ed. male legit *vindicator.*' Thys.—3 Vet. ed. *Roma.* Sic quoque Regius.—4 ' Verbum hoc non legitur in Ms. Regio: qui neque istud agnoscit in sequentibus illis, ' ubi vidit procul, repente, inquit, quasi.'' *Jac. Gronov.*—5 ' *Sævientes feræ magnitudine bestiarum excellentes.* Lege cum membr. *sævientes feræ, magnitudines bestiarum excellentes.* Sic Cicero lib. III. de Orat. ' Distributione partium ac separatione magnitudines sunt artium deminutæ.' Et sic legendum conjecit Pricæus ad IV. Met. Apuleii.' *J. F. Gronov. Magnitudine bestiarum* dat Delph.—6 Aliter *inusitata.*—7 ' Sic et vett. libri: neque est, cur aspernere. Posset tamen aliquis sus-

NOTÆ

Alexandrinis legatus est, temporibus floruit, anno post Christum natum circiter XXXVIII.

[6] *Toris*] Torus proprie funis est ex loris retortis, quibus, quia lecti tendebantur, torus lectus dictus est. Hoc loco tori sunt eminentes musculorum partes, quales in robustiori corpore videntur, quæ nervis quasi totidem funibus astringuntur.

vicum fluctuantibus,[8] animos oculosque omnium in sese converterat.[9] Introductus erat inter complures ceteros ad pugnam bestiarum datus[10] servus viri consularis. Ei servo Androclus[11] nomen fuit. 3. Hunc ille leo ubi vidit procul, repente, inquit, quasi admirans[12] stetit: ac deinde sensim atque placide tanquam noscitabundus[c] ad hominem accedit: tum caudam more atque ritu adulantium canum clementer et blande movet, hominisque sese corpori adjungit; cruraque ejus et manus prope jam exanimati metu lingua leniter demulcet. Homo Androclus inter illa tam atrocis feræ blandimenta amissum animum reciperat: paulatim oculos ad contuendum leonem refert. 4. Tum, quasi mutua recognitione facta, lætos, inquit, et gratulabundos videres hominem et leonem. Ea re prorsus tam admirabili maximos populi clamores excitatos dicit, arcessitumque[13] a Cæsare Androclum, quæsitumque causam cur ille atrocissimus leonum uni pepercisset. Ibi Androclus rem mirificam narrat atque admirandam. Cum provinciam, inquit, Africam proconsulari imperio meus dominus obtineret, ego

[c] *Quasi cognoscens.*

picari fuisse: *terrificoque fremitu ac sonore.*' J. F. Gronov.—8 Conjicit Thys. *fluitantibus.* '*Comisque cervicum fluctuantibus.* Ad quæ Trillerus meus: 'Est qui legere voluit, *fluitantibus*, quasi vero *fluctuantibus* non idem. Ceterum locus ita legendus: *comisque cervicem circumfluctuantibus*, aut *cervicem fluctuantibus.*' Retine vulgatum.' *Falster.*—9 '*Oculosque omnium in se convertit.* Quanto melius hoc eo, quod libido Carrionis immutavit: *in sese converterat.* Sic scripti, sic ante illum editi.' *J. F. Gronov.* *Convertit* Lugd. Bat. Delph. —10 'Vet. Ed. *Dacus*, quasi servus e Dacia.' *Thys.* 'Et sic eum citat Pet. Faber l. II. Semestrium.' *Jac. Gronov.*—11 'Vulgo *Androdus*, Æliano etiam 'Ανδροκλῆς appellatur. Vide Hist. lib. VII. c. 48.' *Thys.* 'Quod etiam Gasp. Sciopp. ad marginem exemplaris sui ascripserat, nisi quod in nomine variat 'Ανδρόκλεις.' *Jac. Gronov.*—12 Aliter *ammirans.*—13 '*Maximus populi clamor excitatur. Accersitur.* Et hic sibi multum Carrio permisit. Romana editio: *maximos populi clamores excitatos dicit arcessitumque a Cæsare Androdum, quæsitum causam, cur ille atrocissimus leonum uni parcisset.* Similiter aliæ vulgares, præter quæ ex Aldina *quæsitam* adoptarunt. Nec scripti secus, nisi quod nomen *Androclum* reddunt, de quo primus monuit Lipsius. *Quæsitum* Regius, *quæsitamque* Rott. ut tamen alteram lectionem foveat in margine. Potest videri ausum dicere, *quæsitum causam* Androclum, ut 'interrogatum sententiam' dicimus. Denique Regius, *leo uni parsisset;* Rott. *leoni parsisset.* Scribe: *cur illi atrocissimus leo uni parsisset.*' J. F. Gronov. *Maximus populi clamor excitatur. Accersitur a C. Androclus. Quæritur ab eo causa, cur ille atrocissimus leo uni pepercisset.* Delph. 'Aliter *quæsitamque*, vel *quæsita ab eo*

ibi iniquis ejus et quotidianis verberibus ad fugam sum coactus; et, ut mihi a domino terræ illius præside[d] tutiores latebræ forent, in camporum et harenarum solitudines concessi: ac, si defuisset cibus, consilium fuit mortem aliquo pacto quærere. 5. Tum Sole, inquit, medio[14] rapido et flagrante specum quandam nactus remotam latebrosamque, in eam me penetro et recondo. Neque multo post ad eandem specum venit hic leo, debili uno et cruento pede, gemitus edens et murmura dolorem cruciatumque vulneris commiserantia:[e][15] atque illic primo quidem conspectu advenientis leonis territum sibi et pavefactum animum dixit. Sed postquam introgressus, inquit, leo, uti re ipsa apparuit, in habitaculum illud suum, vidit me procul delitescentem, mitis et mansues accessit:[16] ac sublatum pedem ostendere ac porrigere,[17] quasi opis petendæ gratia, visus est. 6. Ibi, inquit, ego stirpem ingentem vestigio pedis ejus hærentem[f] revelli:[18] conceptamque saniem vulnere intimo expressi:[g] accuratiusque, sine magna jam formidine, siccavi penitus atque detersi cruorem. Ille tunc mea opera et medela levatus, pede in manibus meis posito recubuit et quievit. Atque, ex eo die, triennium totum ego et leo in eadem specu eodemque victu[19] viximus. Nam, quas[20] venabatur feras, membra opimiora[h] ad specum

[d] *Adversus herum qui gubernabat hanc regionem.*
[e] *Rugitus deplorantes dolorem et tormentum plagæ.*
[f] *Spinam infixam plantæ pedis.*
[g] *Et ex interiore plaga feci ut exiret corruptus sanguis.*
[h] *Meliora.*

causa.' Thys.—14 'Scriptus uterque: *Tum Sole medio, inquit.* Eodemque ordine verborum hæc suis inserit Priscianus lib. VI. Fulvii codex *meridiano.* Parum abest, quin suspicer Auctorem nostrum scripsisse, *Sole meridie.* Quod sequitur, *et arido et flagranti,* habet Priscianus: unde Lipsius *ardido,* 2. Elect. 5. Nostræ membranæ, *rapido et flagranti.* Puto non aliter febrim dici *rapidam* lib. XII. 12. Et igneàm significat.' *J. F. Gronov.* *Sole medio* probat Falster.—15 Ascripsit Sciopp. *commonstrantia.*—16 '*Mitis et mansuetus accessit.* Quare hoc maluerunt, quam quod habent binæ membranæ, et sine dubio quicquid est meliorum? *mitis et mansues accessit.*' J. F. Gronov. *Mansues* ascripsit Sciopp. *Mansuetus* habent Lugd. Bat. Delph.—17 'Sic in Stephani editione inceptum legi, et durant editiones secutæ in id ipsum, ut vocem *mihi* intervertant, quæ tamen est in prioribus editis et Ms. Regio ita *ostendere mihi et pergere,* pro *porgere.*' Jac. Gronov.—18 Vett. edd. *revulsi.*—19 Reg. *eodemque et victu.*—20 Aliter *earum, quas.*—1 Vulg. *meridiano tosta.*

mihi suggerebat; quæ ego, ignis copiam non habens, Sole meridiano torrens[1] edebam. Sed ubi me, inquit, vitæ illius ferinæ[2] jam pertæsum est, leone in venatum profecto, reliqui specum: et, viam ferme tridui permensus, a militibus visus apprehensusque sum, et ad dominum ex Africa Romam deductus. Is me statim rei capitalis damnandum, dandumque ad bestias curavit. 7. Intelligo autem, inquit, hunc quoque leonem, me tunc separato, captum gratiam mihi nunc etiam[3] beneficii et medicinæ referre. Hæc Appion dixisse Androclum tradit, eaque omnia scripta circumlataque tabella populo declarat:[4] atque ideo, cunctis petentibus, dimissum Androclum et pœna solutum,[i] leonemque ei suffragiis populi donatum. Postea, inquit, videbamus Androclum et leonem loro tenui revinctum urbe tota circum tabernas ire: donari ære[k] Androclum; floribus spargi leonem: omnes fere ubique obvios dicere:[5] 'Hic est leo hospes hominis, hic est homo medicus leonis.'

[i] *Supplicio liberatum.* [k] *Pecunia.*

Reg. *meridiano Sole torrens.*—2 In cod. Voss. annot. *ferme.*—3 'Vox *etiam* abest a vet. ed.' *Thys.* 'Nec est in Reg. aut Rot. unde nec causa erat, ut repeteretur.' *Jac. Gronov.*—4 Malit J. F. Gronov. *tabella populo declarata.* In Reg. legitur *tabula.*—5 'Lincoln. *leonem, ubique omnes obvios dicere.* Regius, *leonem. Omnes ubique obvios dicere.* Rotten. *leonem. Omnes undique obvios dicere.* Nusquam τὸ *fere.* Olim et copulativam adjecerant.' *J. F. Gronov.*

CAP. XV.

Corpusne sit vox,[a] an ἀσώματον,[a] [6] varias esse philosophorum sententias.

VETUS atque perpetua quæstio inter nobilissimos philoso-

[a] *Incorporeum aliquid.*

6 '*Corpusne sit vox an incorporeum.* Sic et Rott. At Regius *an incorpora.*' J. F. Gronov. 'Ita plane notavit Lambecius. Sed ego ex eodem scripsi

NOTÆ

[a] *Corpusne sit vox*] Non erat certe quod in hac solvenda quæstione ve-

phorum agitata est; corpusne sit vox an incorporeum. Hoc enim vocabulum quidam finxerunt proinde quod Græce dicitur ἀσώματον.[b] Corpus autem est, quod aut efficiens est aut patiens: id Græce definitur[7] τὸ δρώμενον ἢ πάσχον σῶμά ἐστι.[c] Quam definitionem significare volens Lucretius ita scripsit:[8]

'Tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res.'[d]

2. Alio quoque modo corpus esse Græci dicunt τὸ τριχῆ διαστατόν.[e] [b] Sed vocem Stoici corpus esse contendunt: eamque esse dicunt ictum aëra:[f] Plato autem non esse vocem corpus putat. Non enim percussus, inquit, aër, sed plaga ipsa atque percussio, vox est:[9] οὐχ ἁπλῶς πληγὴ ἀέρος ἐστὶν ἡ φωνή· πλήττει γὰρ τὸν ἀέρα καὶ δάκτυλος παραγόμενος, καὶ οὐδέπω ποιεῖ φωνήν· ἀλλ' ἡ πόση πληγὴ, καὶ σφοδρὰ, καὶ τόση δὲ ὥστε ἀκουστὴν γενέσθαι.[g] Democritus ac deinde Epicurus ex individuis corporibus[h] vocem constare dicunt, eamque, ut ipsis eorum verbis utar, ῥεῦμα λόγων[i] appellant. Hos aliosque tales argutæ delectabilisque desidiæ aculeos[k] cum audire-

[b] *Ad similitudinem ejus quod Græci dicunt ἀσώματον.*
[c] *Agens aut patiens corpus est.*
[d] *Nulla res præter corpus potest tangere aut tangi.*
[e] *Triplici dimensione distans.* [f] *Aërem percussum.*
[g] *Non simpliciter percussio aëris est vox: percutit enim aërem et digitus impulsus, et minime facit vocem. Sed certa quædam percussio et vehemens, et talis, ut audiri possit.* [h] *Quæ non possunt secari.* [i] *Flumen verborum.*
[k] *Hos et ejusmodi stimulos negligentiæ subtilioris et jucundæ.*

incorpm.' Jac. Gronov.—7 Vett. edd. *dicitur.*—8 Reg. et Rot. *Lucretius poëta ita scripsit.*—9 Tres membranæ auctiores vocula: *percussio, id vox est.*—

NOTÆ

teres philosophi tantum æstuarent. Quis enim id dubitet esse corporeum, quod vel ipsis belluarum sensibus percipitur? Verum multo clarius id patebit subjecta definitione vocis quam ex Aristotele lib. II. de Anima colligimus. Vox est ictus aëris respiratione attracti qui ab anima in pulmonibus existente cum quadam imaginatione efficitur. Atque hic obiter notabis vocem quæ solis convenit animantibus sic distingui et a sono, qui etiam corporibus inanimatis competit, et a sermone qui unius est hominis ratione utentis.

[b] Τὸ τριχῆ διάστατον] Trina illa dimensio, quam Physici quantitatem dicunt, est longitudo, latitudo, et profunditas.

mus, vel lectitaremus, neque in his scrupulis[l] aut emolumentum aliquod solidum ad rationem vitæ pertinens, aut finem ullum quærendi[m] videremus; Ennianum Neoptolemum probabamus, qui profecto ita ait;

'Philosophandum[a] est paucis. Nam omnino haud placet.'[n] [10]

[l] *Quæstiunculis.* [m] *Disputandi.* [n] *Philosophari semper.*

10 Vid. Not. Var. 'Trillerus meus certo certius legendum contendit: *nam nimium haud placet*, ex formula parœmiæ Græcorum, Μηδὲν ἄγαν. Quam in lectionem quo minus concedam, obstat consensus tum omnium codicum, tum ipsius quoque Ciceronis lib. II. Tusc. cap. 1.' *Falster.*

NOTÆ

[a] *Philosophandum*] Censet Vossius versum illum Ennii fuisse trochaicum quadratum hujusmodi. *Philosophari mihi est necesse: at paucis, nam omnino haud placet.* Idque colligit ex Tullio lib. II. Tuscul. Quæst. ubi legitur, 'Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis, nam omnino haud placere.'

CAP. XVI.

De vi oculorum atque videndi rationibus.

De videndi ratione deque cernendi natura diversas esse opiniones philosophorum animadvertimus. Stoici causas[a] esse videndi dicunt, radiorum ex oculis in ea quæ videri

NOTÆ

[a] *Stoici causas, &c.*] Fuit hæc Empedoclis et Stoicorum opinio, aspectum fieri radiorum ex oculis emissione. Ipseque Plato sic explicat in Timæo videndi rationem; ex oculis, inquit, emicat lux, quæ una cum lumine externi aëris objectum attingit, ipsumque suo contactu visibile efficit: tum vero ad oculum reflectitur ea lux affecta qualitate objecti visibilis, et ubi in pupilla insederit, fit visio. Refellitur hæc sententia ex eo quod incredibile sit ex tantula pupilla tantum posse luminis erumpere, ut ad Solem ipsum longeque remotiores stellas pervenire possit; deinde quis putet lumen illud a stellis quas in firmamento cernimus posse ad oculum nostrum puncto temporis reflecti; cum ipsum Solis lumen nunquam e terra ad mediam aëris regionem reflectatur. Denique nonne fidem omnem superat quod totum illud spatium quod firmamentum inter et terram ja-

queunt emissionem, aërisque simul intentionem.[b] Epicurus[c] autem [11] affluere [12] semper ex omnibus corporibus simulacra[a] quædam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre, atque ita fieri sensum videndi putat. Plato existimat genus quoddam ignis lucisque de oculis exire: idque conjunctum continuatumque vel cum luce Solis vel cum alterius ignis lumine, sua vi et externa nixum,[b] efficere, ut, quæcumque offenderit[c] [13] illustraveritque, cernamus. Sed hæc ea, quæ non diutius muginandum: [14] ejusdemque illius

[a] *Species.* [b] *Suffultum propria vi et aliena.* [c] *Repererit.*

11 Abest *autem* a vet. ed.—12 '*Epicurus autem affluere.* Ita prima, quantum video, Ascensiana, cum priores *effluere.* Illam secutus fuit Stephanus, sed ut adversativam interjecerit, quæ ubique ignoratur, etiam in Ms. Regio, ut nesciam quid moverit Stephanum. Hanc esse sortem hujus loci non videtur scivisse, Æg. Menagius, dum ad Diog. Laërtii librum x. citans hæc verba scribit, '*affluere* (an *effluere?*) *semper.*' Certe verbum *affluere* est prorsus supervacuum: ejus enim vis est in verbo proxime secuto 'in oculos inferre.' Itaque ut hoc fiat, debet præcedere notitia effluvii ex corpore, quod oculis objicitur. Prousteus incondite cum sequeretur Stephanicam, in notis tamen scribit: 'Scilicet ex corporibus simulacra corporum ipsorum effluunt.' Etiam in titulo hujus capitis mutavit Stephanus, cum ederetur *de vi oculorum deque vid. rat.* quod ipsum penitus est in Ms. Reg.' *Jac. Gronov.* 'Omnino legendum est *effluere*, non *affluere.*' Otho. *Effluere* quoque legendum monet Falster.—13 Ms. *ostenderit.*—14 '*Sed et hic ea quæ disserimus imaginandum.* Sic Romana ceteræque, nisi quod Gryphiana omisit τὸ *ea.* Regius et Rott. *sed hæc* (Reg. proprie *heic*) *eaque non diutius muginandum.* Ergo conjecit vir doctus: *sed neque hic diutius immorandum.* Mitius consulere licet scribendo: *sed*

NOTÆ

cet emissis ex oculo radiis repleatur?

[b] *Aërisque simul intentionem*] Ad hunc locum illustrandum non parum confert modus quo nonnulli Stoicorum mentem explicant. Volunt scilicet ex eorum sententia ad oculi superficiem prodire radios, qui aërem ad rem visam ita propellant, ut inde fiat velut conus, cujus cuspis sit in oculo, et basis in ipsa re visa; atque ut manus admoto baculo sentit quicquid contingitur aut molle aut durum, sic visum aëre intento quod obvium fuerit sive nigrum sive album sentire. Ita fere explicat Macrobius lib. VII. cap. 14. 'Tria nobis necessaria sunt ad effectum videndi, lumen quod de nobis emittimus, et ut aër qui interjacet lucidus sit, et corpus quo offenso desinat intentio.'

[c] *Epicurus, &c.*] Epicuro suffragatur tota Peripatetica schola, cujus auctor Aristoteles censet visum fieri receptis a re objecta imaginibus, quas species vocant. Scilicet ex corporibus simulacra corporum ipsorum effluunt, quibus in retina oculi exceptis, efficitur visio. Eo fere modo quo, si per diem diligenter cubiculum claudatur, admissa duntaxat per exiguum foramen luce, rerum omnium imagines in opposita foramini charta, familiari naturæ miraculo, depinguntur.

Enniani Neoptolemi, de quo supra scripsimus, consilio utendum est, qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum.[d]

[d] *Qui sentit adeundum philosophiæ limen, non intimos recessus penetrandos.*

hæc quoque non diutius muginandum.' J. F. Gronov. '*Sed et hic ea quæ disserimus imaginandum.* Vide miram metamorphosin corruptissimi hujus loci. In Ms. erat: *Sed hic eaque diutius imurnandum.* Latent hic vestigia veteris et veræ lectionis, quæ profecto ita est: *sed neque hic diutius immorandum, &c.*' Lambecius. 'Indignum sane est lectionis scriptæ verba ita proponi et recenseri ab Lambecio, ut voculam *non* penitus quoque emittat, quia sic torquet eam propius ad suam conjecturam, cum ipse chirographo suo eam agnoverit in exemplari, quo usus est.' *Jac. Gronov. Sed et hic ea, q. d. imaginandum* Delph. *Sed et hic neque diutius immorandum* Lugd. Bat.

CAP. XVII.

Quam ob causam dies primi post Calendas, Nonas, Idus, atri habeantur: et cur diem quoque quartum ante Calendas, vel Nonas, vel Idus, quasi religiosum plerique vitant.

VERRIUS FLACCUS, in quarto de verborum significatione,[15] dies, qui sunt postridie Calendas, Nonas, Idus,[a] quos vulgus imperite 'nefastos' dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit. 'Urbe,' inquit, 'a Gallis Senonibus[b] reciperata,[a] L. Atilius in Senatu [verba fecit,

[a] *Post Romam receptam ex Gallis Senonibus.*

15 Reg. et Rot. *significatu:* ut et capite sequenti editur.—16 'Ita vet.

NOTÆ

[a] *Calendas, Nonas, Idus*] Menses ex Romuli statutis dividebant Romani in partes tres, in Calendas, Nonas, et Idus. Calendæ primus dies mensis ita dictus est, quod tunc calarentur, sive appellarentur reliqui mensis dies. Nonæ mensibus Martio, Maio, Junio, et Octobri, in septimum; reliquis mensibus in diem quintum incidebant: ita vero dicebantur quod ab eo die ad Idus novem dies semper numerarentur. Idus denique Martio, Maio, Junio, et Octobri, decimo quinto die; in ceteris decimo tertio numerabantur. Derivatum nomen a verbo iduare, quod sonat dividere, propterea quod duas in partes prope æquales mensem dividerent.

[b] *Gallis Senonibus*] Senones Galliæ populi ad Sequanam supra Parisios

Q. Sulpicium tribunum militum ad Aliam adversus Gallos pugnaturum rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse:[b] tum exercitum populi Romani occidione occisum,[c] et post diem tertium ejus diei[d] urbem præter Capitolium captam esse: compluresque alii senatores recordari sese dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie Calendas, Nonas, Idus, a magistratu populi Romani facta esset, ejus belli proximo deinceps prælio rem publicam[16] male gestam esse. 2. Tum Senatus eam rem ad pontifices rejecit, ut ipsi, quod videretur, statuerent. Pontifices decreverunt nullum his diebus sacrificium recte futurum.' Ante diem quoque quartum Calendas vel Nonas vel Idus, tanquam ominalem[e] [17] diem plerique vitant. Ejus observationis an religio ulla sit tradita, quæri solet. Nihil super ea re scriptum invenimus:[18] nisi quod Q. Claudius Annalium quinto cladem illam pugnæ Cannensis[c] vastissimam[f] factam dicit ante diem quartum Nonas Sextilis.[d]

[b] *Sacrificasse die primo post Idus ad pugnandum feliciter.*
[c] *Ingenti strage deletum.* [d] *Ab eo die.* [e] *Infelicem.* [f] *Maximam.*

Ven. A Bad. *publicam* abest. Aliæ vett. *Reip. malam gestam,* nullo sensu. Alii legunt *Reip. male gestum.* In Voss. cod. pro *publicam* legitur, *populi.*' Thys.—17 'Macrobius, *inominalem*: et ita vett. edit. In Voss. cod. ad marginem, *innominalem.*' Thys. 'Atqui hoc est in editione Parisina Hieronymi de Marnef. 1584.' *Jac. Gronov.* Reg. *nominalem.* Unde Salmas. *ominalem.* Meursius *innominalem.* Falster. probat *inominalem:* quod et dat Delph.—18 'Membranæ ambæ: *Nihil nos super ea re.* Mox item: *ante diem quartum nonas Sextiles.*' J. F. Gronov. 'Sed etiam quare edunt *cladem pugnæ Cannensis* omissa voce *illam,* quæ est certe in Regio codice, et aliis bonis editionibus? Credidi me obstrictum, ut ea reponeretur.' *Jac. Gronov.* Tò *illam* abest Lugd. Bat. Delph.

NOTÆ

in eam partem Italiæ, quæ prope Padi ostia jacet, primum inundarunt; deinde Romanis ad Aliam penitus deletis Romam ferro flammaque vastarunt. De qua clade jam superius egimus.

[c] *Pugnæ Cannensis*] Consule quæ supra diximus pluribus locis.

[d] *Sextilis*] Augustus mensis Sextilis prius appellabatur, quod, cum annum inciperent a Martio Romani, ordine sextus esset. Deinde vero cum eo mense consulatum iniisset, et Ægypto subacta belli civilis flammam extinxisset Octavius Cæsar, placuit Senatui, ut qui ante sextilis, postea vocaretur Augustus.

CAP. XVIII.

In quid et quantum differat historia ab annalibus: superque ea re verba posita ex libro rerum gestarum Sempronii Asellionis primo.

HISTORIAM ab annalibus quidam differre eo putant, quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprie rerum sit historia, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. Eamque esse opinionem quorundam Verrius Flaccus refert, in libro de significatu verborum quarto;[19] ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autem videri putat nonnihil esse rationis in ea opinione, quod historia Græce significet rerum cognitionem præsentium. Sed nos audire soliti sumus annales omnino id esse quod historiæ sint; historias non omnino[20] esse id quod annales sint; sicuti, quod est homo, id necessario animal esse; quod est animal non id necesse est hominem esse. 2. Ita historias quidem esse aiunt rerum gestarum vel expositionem vel demonstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est; annales vero esse, cum res gestæ plurium annorum, observato cujusque anni ordine, deinceps componuntur. Cum vero non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, ea historia Græco vocabulo ἐφημερὶς[a] dicitur, cujus Latinum interpretamentum scriptum est in libro Sempronii Asellionis[a] primo: ex quo libro pluria verba ascripsimus, ut simul ibidem quid ipse inter res gestas et annales esse[1][b] dixerit ostenderemus: 'Verum inter eos,' inquit,

[a] *Diarium*, Journal. [b] *Differre.*

19 P. Scriverius ad marginem exemplaris sui notaverat: *in libro de significatu verborum* VIII.—20 In Voss. cod. *omnino non.*—1 'Legendum credit H. Stephanus, *interesse*, ut postea Sempronius loquitur. Alioqui *discrimen*, sive *discriminis*, aut simile aliquid, intelligi existimat. Sed nihil mutandum.' *Thys.*

NOTÆ

[a] *Sempronii Asellionis*] De quo diximus in Notis ad cap. 13. lib. II.

'qui annales relinquere voluissent, et eos, qui res gestas a Romanis perscribere conati essent, omnium rerum[2] hoc interfuit.[c] Annales libri tantummodo quod factum quoque anno gestum sit, id demonstrabant,[3] id est eorum quasi qui diarium scribunt,[4] quam Græci ἐφημερίδα vocant.[d] Nobis[e] non modo satis esse video quod factum esset id pronuntiare, sed etiam quo consilio quaque ratione gesta essent demonstrare.' 3. Paulo post idem Asellio in eodem libro: 'Nam neque alacriores ad rempublicam defendundam,[5] neque segniores ad rem perperam faciundam annales libri commovere[6] quicquam possunt.[f] Scribere autem bellum quo initum consule, et quo modo confectum sit,[7] et quis triumphans introierit, et quæ eo in bello gesta sint[8] ite-

[c] *Hæc est omnis differentia.*

[d] *Libri annales declarant tantum res gestas cujusque anni, ut res gestas cujusque diei declarant ii qui componunt diarium.* [e] *Historicis.*

[f] *Nam annales nullomodo possunt excitare fortiores ad propugnandam rempublicam, nec possunt movere tardiores ad res male gerendas.*

—2 'Badius distinguit commate post *rerum*. Stephanus, sed dure, suspicatur legendum, *omnino nimirum*.' Idem.—3 'Regius *gestumque sit*. Idem cum tribus aliis: *ea demonstrabant*. Hanc mutationem numeri ferre non quiverunt.' *J. F. Gronov.* 'Equidem ita notari ab Lambecio his oculis video, quasi τῷ *gestum* apponi debeat particula *que*, idque ut conferente codicem Regium. Sed non eadem advertit Bourdelotium, Salmasium, me aut fratrem, ut vix credam ibi in isto codice literas *que* aut notam *q;* quomodo scribit extare. Sed idem codex aliam ansam considerandi ex vero hujus loci præbet, dum in voce *tantummodo* quatuor posteriores literas ignorat, ut notavit Bourdelotius, Salmasius, ipse ac frater, at Lambecius prætermisit. De quo propterea non ambigens, existimo Gellium longe aliud quid in animo habuisse, nempe *annales libri tantum quod factum, quoque anno gestum sit, ea demonstrabant*.' Jac. Gronov. F. Ursinus in vett. codd. legi testatur, *ea nos demonstrabant*. *Ea demonstrabant* ascripsit Sciopp.—4 'Tres iterum membranæ non tolerant τὸ *eorum*. Quid si deleamus insuper τὰ *qui* et *scribunt?* Longe quidem commodius vulgato videtur: *Id est quasi diarium, quam Græci ἐφημερίδα vocant*.' J. F. Gronov.—5 Vulg. *defendendam*. Ascripsit Sciopp. *alacriores inquit ad defendundam*. Rot. *defundam*. Reg. et Lincoln. *defendundam*.—6 Trillerus mavult *commonere*.—7 'Regius: *et quo confectum sit*: nempe etiam consule. Aurigatur eodem Rott. in quo est: *et quoquo confectum sit*.' J. F. Gronov. 'Sed etiam Regius *initum quo consule*.' Jac. Gron.—8 '*Quis triumphans introierit et quæ eo in bello gesta sint*. Sic Carrio, cum propagaretur: *introierit exque eo libro quæ in bello*. Regius et Rott. *introierit ex eo libro quæ in bello*. Emenda: *et quis triumphans introierit ex SC. quæque in bello gesta sint iterare*. Nam τὸ *libro* adjectum, postquam τὸ *ex SC*. degeneravit in *ex eo*.' J. F. Gron. 'Opinor unicuique egregium visum iri istud *ex SCto*. In voce *libro* quid lateat, cum expellere sit violentum, id vero inquirendum superest. Et mihi cogitanti, quod ad hanc materiam pertinet, in mentem venit id suppositum esse ex *ubi et*.' Jac. Gronov. '*Et quæ eo in bello*. Ita

rare: non prædicare autem interea quid Senatus decreverit, aut quæ lex rogatiove [9] lata sit,[b] neque quibus consiliis ea gesta sint: id fabulas pueris [10] est narrare, non historias scribere.'

restituendus locus ex Ms. vulgo in antiq. edit. *exque eo libro, quæ in bello gesta sunt prædicare, id fabulas esse prædicare ait.* Atque ita, ut supra, etiam H. Stephanus edidit.' *Thys.*—9 Legitur quoque *qua rogatione:* quod non contemnendum existimat Barthius.—10 ' Pro *pueris* in antiqua ed. Roman. anno 1472. *puris*, forsan legendum, *puras.*' Thys.

NOTÆ

[b] *Lex rogatiove lata*] Consule cap. 20. lib. x.

CAP. XIX.

Quid sit adoptatio,[11] *quid item sit* arrogatio, *quantumque hæc inter se differant,*[12] *verbaque ejus quæ qualiaque sint, qui in liberis arrogandis super ea re populum rogat.*

Cum in alienam familiam inque liberorum locum extranei[a] sumuntur, aut per Prætorem fit aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, cum a parente, in cujus potestate sunt, tertia mancipatione[a] in jure ceduntur;[b] atque ab

[a] *Alieni liberi.*

11 Delph. *adoptio.*—12 Vulg. *quantumque inter se differant.*—13 ' *Comitia*

NOTÆ

[a] *Tertia mancipatione*] Mancipatio est imaginaria quædam venditio, quæ sic transigebatur. Testibus adhibitis quinque Romanis civibus puberibus, et eo qui libripens vocabatur; is qui mancipium accipiebat, æs in manibus habens ita dicebat: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio, isque mihi emtus est hoc ære. Deinde ære percutiebat libram, idque æs dabat ei a quo mancipium accipiebat, quasi pretii loco. *Boëthius.*

[b] *In jure ceduntur*] Cedere in jure dictus est dominus, cum rem suam alteri alienabat apud magistratum; cujus actionis hæc fuit formula. Hominem manu tenens is cui cedebatur ita vindicabat: Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse aio. Tum Prætor cedentem interrogabat an contra vindicaret: quo negante aut tacente, Prætor vindicanti hominem addicebat, idque legis actio dicebatur, quod ex legum decretis ea omnia peragerentur.

eo qui adoptat, apud eum[b] apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogantur ii, qui, cum sui juris sunt, in alienam sese potestatem tradunt: ejusque rei ipsi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere nec inexplorate committuntur.[c] Nam comitia arbitris Pontificibus[13] præbentur, quæ 'curiata'[c] appellantur: ætasque ejus, qui arrogare vult, an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque ejus qui arrogatur ne insidiose appetita sint, consideratur: jusquejurandum a Q. Mucio Pontifice Maximo conceptum dicitur,[d] quod in arrogando juraretur. 2. Sed arrogari non potest, nisi jam vesticeps.[d] Arrogatio autem dicta; quia genus hoc in alienam familiam transitus[e] per populi rogationem fit. Ejus rogationis verba hæc sunt: VELITIS. JUBEATIS. QUIRITES. UTI. LUCIUS. VALERIUS. LUCIO. TITIO. TAM. JURE. LEGE. Q. FILIUS. SIBI.[14] SIET. QUAM. SI. EX. EO. PATRE. MATRE. Q. FAMILIAS. EJUS. NATUS. ESSET. UTI. Q. EI. VITÆ. NECIS.[15] Q. IN. EO. POTESTAS. SIET. UTI. PATRI. ENDO.[f 16 e] FILIO. EST. HÆC. ITA. UTI. DIXI. ITA. VOS. QUIRITES. ROGO. Neque pupillus autem, neque mulier, quæ in parentis potestate non est,[17] arrogari possunt: quoniam et cum fœminis nulla comitiorum

[b] *Et proprii fiunt ejus qui adoptat apud eum, &c.*
[c] *Inconsiderate fiunt.*
[d] *Certis quibusdam verbis expressum.*
[e] *Hæc species migrationis in familiam alterius.*
[f] *In.*

arbitris etiam. Reg. et Rot. omittunt *etiam:* neque in ea particula hic est ἐνέργεια.' J. F. Gronov. *Etiam* habent Lugd. Bat. Delph.—14 'Quatuor scripti condemnant τὸ *sibi:* et quid eo est opus, cum dictum sit 'L. Titio?'' *J. F. Gronov.* 'Plane Bourdelotius ascripsit *sibi* esse ex Stephano, sicut etiam præcedens *Quirites*, quod certe non apparet in Regio.' *Jac. Gronov.*—15 '*Vitæ necisque.* Hæc verba usque ad 'filio est,' deesse in Ms. in margine antiqui codicis ascriptum invenio.' *Thys.*—16 Edebatur antea *uti pariendo.*—17 'Sic utraque membrana: et ex suis, opinor, edidit Carrio: atque ita etiam legendum monuit Hier. Aleander ad Caium. Ante Carrionem parti-

NOTÆ

[c] *Comitia...curiata*] Vide cap. 27. lib. XV.

[d] *Vesticeps*] Vestis, teste Servio, idem est quod barba: unde adolescens quatuordecim annos natus dicebatur vesticeps quasi pubertate vestitus. Contra investes, quorum ætas erat infra XIV. annos.

[e] *Endo*] Vox antiqua pro *in*, Lucretio familiaris.

communio est;[g] et tutoribus in pupillos tantam esse auctoritatem potestatemque fas non est, ut caput liberum fidei suæ commissum alienæ ditioni subjiciant.[h] 3. Libertinos[f] vero ab ingenuis[g] adoptari quidem jure posse Masurius Sabinus scripsit. Sed id neque permitti dicit, neque permittendum esse unquam putat, ut homines libertini ordinis per adoptationem[18] in jura ingenuorum invadant. Alioquin, si juris ista antiquitas[19] servetur, etiam servus a domino per Prætorem dari in adoptionem potest. Idque ait plerosque juris veteris auctores posse fieri scripsisse. 4. Animadvertimus in oratione P. Scipionis, quam censor habuit ad populum de moribus, inter ea, quæ reprehendebat, quod contra majorum instituta fierent, id etiam eum culpavisse, quod filius adoptivus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset.[i] Verba ex ea oratione hæc sunt: 'In alia tribu[k] patrem, in alia filium suffragium ferre; filium adoptivum tam procedere,[20] quam si ex se

[g] *Fœminæ non possunt adesse in publicis conventibus.*
[h] *Ut alterius potestati permittant vitam liberorum suæ tutelæ creditam.*
[i] *Afferret privilegia patrum qui liberos ex se genuerant.*



cula negandi aberat.' *J. F. Gronov.*—18 '*Per adoptationem.* Pergit igitur Gellius in usurpanda voce, quam aliquoties ante præmisit, ut quidem volunt viri docti. Quid ergo veteres editi habent *adoptionem*, perinde ut mox *in adoptionem*, ubi etiam ipse Stephanus retinuit? Et ibi tamen video Bourdelotium apposuisse literas *ta*, æque ac hoc loco *adoptationes*. Hanc mutationem literæ extremæ habet ex Ms. Regio, ex quo ego et frater eam notavimus, cum reliqui prætermittant. Ego cur Gellius non ubique retinuerit vocem juri veteri propriam, vix bene assequor.' *Jac. Gronov.*—19 Lipsius, *juris tantum æquitas.*—20 '*Filium adoptivum tam prodesse.* Sic perperam Carrio vel Stephanus pro eo, quod in scriptis et prius editis est *procedere*. Et id quam eleganter dictum sit, monuimus ad Livium lib. v. 49.' *J. F. Gronov.* 'Vet. ed. Ven. *procedere*. Sed retine *prodesse*, ut in Ms. legitur.' *Thys.* Pro-

NOTÆ

[f] *Libertinos*] Libertini sunt ii qui ex parentibus libertis sive a servitute in libertatem assertis nati sunt.

[g] *Ingenuis*] Ingenui censebantur quorum parentes nunquam servierant.

[k] *Tribu*] Populum Romanum, ut asserit Dionysius Halicarnasseus, Romulus in tres partes divisit, quas tribus appellavit. Tribus prioribus totidem addidit Tarquinius Priscus. Ab hac opinione dissentit Livius, et Urbem a Romulo quatuor in partes divisam, tribusque a tributo solvendo dictas existimat. Ceterum adeo tribuum numerus excrevit, ut Ciceronis ætate triginta quinque recenserentur.

natum habeat; absentes censeri jubere, ut ad censum nemini necessum [1] sit venire.'

desse dat Delph.—1 Aliter *necesse*.

CAP. XX.

Quod vocabulum Latinum Solœcismo fuerit Capitoni Sinnio.[a 2] *Quid*[b] *autem id ipsum appellaverint veteres Latini, quibusque verbis Solœcismum definierit idem Capito Sinnius.*

'SOLŒCISMUS'[a] Latino vocabulo a Sinnio Capitone[3] ejusdemque ætatis aliis imparilitas appellatus, vetustioribus Latinis stribligo dicebatur, a versura[c] videlicet et pravitate tortuosæ orationis, quasi sterobiligo[d b] quædam.[4]

[a] *Quam vocem Latinam attulerit Capito Sinnius ad exprimendum hoc vocabulum (solœcismus).* [b] *Quomodo.* [c] *Inversione.* [d] *Obliquitas.*

2 'Sic Carrio. Romana, Veneta, Gryphii *solœcismo fecerit Capito Asinius.* Aldus, *solœcismo fuerit Capitoni Asinio.* Vascosanus: *solœcismus fuerit Capitoni Asinio.* Scribendum: *Quod vocabulum Latinum solœcismo fecerit Capito Sinnius.* Eoque alludit Regius, qui *capit sinnius.*' J. F. Gronov. 'Recte, sed oportet scire in Ms. Regio extare tantum *solœcismo fuerit Capito Sisinnius,* reliqua vero hujus breviarii abesse, quod cernis accidisse per repetitionem vocis *Capito,* ut supra notavimus similiter factum. Hinc proculdubio verbum *fuerit* non debet mutari, utpote quod sicut in Regio extat, etiam extitit in aliis, unde id translatum est in editiones primas, quod haud dubie secutus fuit dativus casus, quem habent illæ ipsæ, etsi omissus in Regio codice cum ceteris.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *fecerit Capito Sinnius.*—3 '*Solœcismus a Sinnio Capitone.* Et hic mutilatum a Carrione an a Stephano, quod habent et scripti et editi superiores: *Solœcismus Latino vocabulo a Sinnio Capitone* (sic scripti: editi *ab Asinio*) *ejusdemque ætatis aliis Imparilitas appellatus.*' J. F. Gronov. 'Vett. edd. hic legunt, *Asinio Capitone.*' Thys. *Solœcismus a Sinnio C.* Lugd. Bat. Delph.—4 'Membranæ *strobiligo.* Respicit enim τὸ στρόβιλος.' *J. F. Gronov.* Cum antea legeretur *stribiligo,* prout est etiam in Aldina et Gryphianis, Stephano primo corripiente ad trisyllabicum. Sed etiam in Regio est *tanquam strob.* non *quasi,* quod est Stephani et posteriorum editionum. Etiam in Regio legitur *impar atque incon.*' Jac. Gronov.—

NOTÆ

[a] *Solœcismus*] Est oratio vitiosa sic dicta a civibus urbis Solorum, quæ urbs in Cilicia a Solone conditore nomen habuit. Scilicet hujus incolæ, licet Attici, ab Atticæ linguæ venustate ita deflexerant, ut sermonem Atticum Solicæ linguæ vitiis inquinarent. Unde solœcismus ad significandam orationis pravitatem cessit in proverbium.

[b] *Stribligo* [*sterobiligo*] A Græca voce στρεβλότης.

Quod vitium Sinnius Capito in literis, quas ad Clodium Tuscum dedit, hisce verbis definit: Solœcismus est, inquit, impar et inconveniens compositura partium orationis. Cum Græcum autem vocabulum sit solœcismus; an Attici homines, qui elegantius locuti sunt, usi eo sint, quæri solet. Sed nos neque solœcismum neque barbarismum apud Græcorum idoneos adhuc invenimus. Nam sicut [5] βάϱβαρον, ita σόλοικον dixerunt. Nostri quoque antiquiores Solœcum facile, Solœcismum haud scio an unquam dixerint.[6] Quod si ita est; neque in Græco neque in Latino solœcismus [7] probe dicitur.

5 Ascripsit Sciopp. *Aut sicut.*—6 Reg. *dixerunt.*—7 ' *Neque in Græca neque in Latina solœcismus probe dicetur.* Sic Stephanus. Priores, *neque in Græco neque in Latino.* Scripti planissime: *neque in Græca neque in Latina Lingua.*' J. F. Gronov. *Latina lingua solœcis.* ascripsit Sciopp.

CAP. XXI.

Pluria *qui dicat et* compluria *et* compluries, *non barbare dicere, sed Latine.*[8]

'PLURIA' forte quis dixit sermocinans vir apprime doctus, amicus meus;[9] non hercle studio [10] ostentandi, neque quo 'plura' dicendum non putaret. Est enim doctrina homo seria et ad vitæ officia devincta [a] ac nihil de verbis laborante. Sed, opinor, assidua veterum scriptorum tractatione inoleverat [b] linguæ illius vox, quam in libris sæpe

[a] *Accommodata.* [b] *Adhæserat.*

8 ' *Non barbare dici, sed Latine.* Quod hoc cacoëthes omnia in pejus mutandi? Ro. Ven. Ald. Vascos. *non barbare dicere*, ut et Regius. Gryphius apud me primus *dici*: et hoc secutus est Stephanus: deinde inventus, qui subjiceret *dicit.*' J. F. Gronov.—9 ' Hunc ordinem extulit Stephanus, cum priores editi habeant *meus amicus*, quod est et in Regio, sicut mox *non dicendum.*' Jac. Gronov.—10 ' Additur in vett. edd. *ferens*, aliæ *fervens.*' Thys. ' Scripti, Ro. Ven. Ald. Gryphius, *studio ferens ostentandi.* Vascos. *studio fervens ostentandi.* Forte, *studio semet ostentandi.*' J. F. Gronov. ' Mallem propius scriptam lectionem aliquid daretur; et solet Gellius ad talia esse asperior, ut magis videatur dedisse *fetens.* Tum in argumento legitur in Mss. *compluriens*,

offenderat. Aderat, cum ille hoc dixit, reprehensor audaculus[c] verborum, qui perpauca eademque a vulgo protrita[d] legerat: habebatque nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas,[e] partim rudes inchoatasque, partim non probas; easque quasi pulverem ob oculos, cum adortus quemque fuerat,[11] aspergebat. 2. Sicut tunc amico nostro, Barbare, inquit, dixisti 'pluria.' Nam neque rationem verbum hoc neque auctoritatem[12] habet. Ibi ille amicus ridens: Amabo te, inquit, vir bone, quia nunc mihi a magis seriis[13] rebus otium est,[f] velim doceas nos, cur 'pluria' sive 'compluria' (nihil enim differt) non Latine sed barbare dixerint M. Cato, Q. Claudius, Valerius Antias, L. Ælius,[14] P. Nigidius, M. Varro; quos subscriptores[g] approbatoresque hujus verbi habemus, præter poëtarum oratorumque veterum multam copiam. 3. Ad quæ ille nimis arroganter, Tibi, inquit, habeas auctoritates istas ex Faunorum et Aboriginum sæculo[a] repetitas, atque huic rationi respondeas. Nullum enim vocabulum neutrum comparativum, numero plurativo, casu recto, ante extremam, *a*, habet, *i*, literam; sicuti, 'meliora,' 'majora,' 'graviora.' Proinde igitur 'plura' et non 'pluria'[15] dici consuevit;[16] ne

[c] *Paulo audacior.* [d] *Usurpata sæpius.* [e] *Levissimas cognitiones.*
[f] *Jam non sum occupatus negotiis gravioribus.* [g] *Auctores.*

ut etiam in ipso capite, non *compluries*.' Jac. Gronov.—11 'Persuasi mihi Gellium scita tmesi dixisse: *quem adortus cumque fuerat.*' J. F. Gronov. 'Malo, *quenquam.* Sed nihil tamen muto citra necessitatem.' *Falster.*—12 Reg. et Rot. *auctoritates:* quod et etiam habet Ms. Bibliothecæ Pembrocensis. 'Quædam edd. etiam Gryphiana habent, *verborum*, male.' *Thys.*—13 Vet. ed. *magnis seriisque.*—14 'Male vet. ed. *Lælius.*' Thys.—15 'Voculam *et* nec in Regio nec in Lincoln. vidi, sed etiam editio Aldina et Vascosani ignorat, ut mox ait *simplex, non, ut tibi videtur, comparativum.* Gryphianæ adeo auxerunt, sicut Stephanus edidit bis *extremam*, cum ulteriores habuerint *extremum:* tum in quinque postremis locis, ubi id vocabulum occurrit, in Regio extat *compluriens*, ut quater in Lincoln. Etiam Regius VII. 8. *quæ compluriens acta.*' Jac. Gronov.—16 Vet. ed. *convenit.*—17 'In Ms. ut

NOTÆ

[a] *Faunorum et Aboriginum sæculo*] Antiquissima Italiæ tempora designat, quibus regnabat Faunus Pici filius, Saturni nepos. Successit autem Pico patri LXXVII. anno ante Æneæ adventum in Italiam, ante Christum MCCLXI. Aborigines populi sunt qui primi locum illum te-

contra formam perpetuam in comparativo, *i*, litera sit ante extremam, *a*. Tum ille amicus noster, cum hominem confidentem pluribus verbis non dignum existimaret, Sinnii, inquit, Capitonis doctissimi viri Epistolæ sunt uno in libro multæ, opinor, positæ in templo Pacis.[b] 4. Prima epistola scripta est ad Pacuvium[17] Labeonem, cui titulus præscriptus est; PLURIA NON PLURA[18] DICI DEBERE. In ea Epistola rationes Grammaticas posuit, per quas docet 'pluria' Latinum esse, 'plura' barbarum. Ad Capitonem igitur te dimittimus. Ex eo id quoque simul disces, si modo assequi poteris quod in ea Epistola scriptum est, 'pluria' sive 'plura' absolutum[h] esse sive simplex;[19] non, ut tibi videtur, comparativum.[20] Hujus opinionis Sinnianæ id quoque adjumentum est, quod, 'compluries' cum dicimus, non comparative dicimus. Ab eo autem quod est, 'compluria,' adverbium est factum 'compluries.' 5. Id quoque quoniam[1] minus usitatum est, versum Plauti subscripsi, ex comœdia, quæ Persa inscribitur:

> 'Quid metuis? Metuo hercle vero. Sensi ego compluries.'

Item M. Cato, in quarto Originum, eodem in loco ter hoc verbum posuit: 'Compluries eorum milites mercenarii inter sese multi alteri alteros occidere; compluries multi[2] simul ad hostes transfugere; compluries in imperatorem impetum facere.'[3]

[h] *Positivum.*

annotatum in vet. cod. *Pancinium.*' Thys. In Lincoln. *Pautumium.*—18 '*Non plura.* In eodem Ms. hæc verba desunt.' *Thys.*—19 Reg. Rot. Lincoln. *absolutum esse et simplex.*—20 'In eodem Ms. *comparatum.*' Thys.—1 'Pro his in Regio legitur *ad quem*, forsan depravata nota, quæ continebat vocem *quoniam*, ut cum Gellius dedisset *Id quoniam*, pronomen in præpositionem verterit. Certe istud *quoque* hinc in suspicionem venit, ut temere interjectum.' *Jac. Gronov.* '*Id quoque.* Vox postrema abest.' *Sciopp.*—2 'Eadem verba Catonis refert Nonius cap. 2. N. 143. ubi Mercerus pro *multi* edidit, *inulti.*' Falster.—3 Vet. ed. *fecere.*

NOTÆ

nuere, ubi deinde Roma condita est: quasi sine origine primi omnium essent, ita sunt appellati.

[b] *In templo Pacis*] Templum Pacis magnificentissimum adjunctam habuit bibliothecam, ubi inter cetera volumina Capitonis Sinnii Epistolæ servabantur.

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER VI.[4]

CAP. I.

Quem in modum responderit Chrysippus adversus eos, qui providentiam consistere negaverunt.

* * * homines[a] fecisse dicatur:[5] tantam vim[a] esse ærumnarum et malorum. Adversus ea Chrysippus cum in libro περὶ προνοίας[b] quarto dissereret, Nihil est prorsus istis, inquit, imperitius, nihil insubidius,[c][6] qui opinantur bona esse po-

[a] *Abundantiam.* [b] *De providentia.* [c] *Ineptius.*

4 ' Vossianus codex in margine testatur in Ms. quodam librum septimum sexto præponi.' *Thys.*—5 ' Vett. edd. pro *dicatur* legunt *dicitur*. In margine vet. cod. annotatum in Ms. legi *dicunt*. J. Bourdelotius in R. Ms. lacunam, in Morelli nullam esse affirmat.' *Idem.* ' Hic liber non est in Rottendorfiano: contexitur enim fini libri quinti statim initium septimi, usque ad capitis xx. locum e Catullo adductum: ' Inger mi calices amariores:' reliquum ejus voluminis magno nostro malo periit. In Regio liber hic septimo postponitur. Principium primi capitis ubique deest.' *J. F. Gronov.*—6 ' Ita recte: vulgo, *insipidius;* estque restitutio Carrionis in libro I. Emend. cap. 12. sed qua auctoritate adjecit Stephanus *imperitius, nihil?* Nulla ante eum editio id novit; ex quo scripto libro id traxerit, ignotum: nec amata Gellio talium multiplicatio ubique locum habet, aut lectori jus dat addendi alicujus

NOTÆ

a * * * *homines fecisse*] Deest hujus capitis initium, in quo, ut probabilis est conjectura, nonnulli philosophi ex innumerabilibus hujusce vitæ ærumnis concludebant omnia casu contingere, atque hominem fortuito creatum fuisse.

tuisse, si non essent ibidem [7] mala. Nam cum bona malis contraria sint; utraque necessarium est,[8] opposita inter sese et quasi mutuo adverso quæque [9] fulta nisu, consistere: [d] nullum adeo contrarium sine [10] contrario altero. 2. Quo enim pacto justitiæ sensus esse posset,[e] nisi essent injuriæ? aut quid aliud justitia est, quam injustitiæ privatio? [b] quid item fortitudo intelligi posset, nisi ex ignaviæ oppositione? quid continentia,[11] nisi ex intemperantiæ? quo item modo prudentia esset, nisi foret contra imprudentia? proinde, inquit, homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut veritas sit et non sit mendacium? Namque itidem sunt bona et mala, felicitas et infortunitas, dolor et voluptas. Alterum enim ex altero, sicuti Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum [12] est; [f] sustuleris [13] unum,

[d] *Oportet illa duo opposita inter sese invicem permanere nixa oppositione mutua.*
[e] *Nam quomodo posset animadverti justitia?*
[f] *Unum enim, ut dicit Plato, connexum est alteri quasi capitibus oppositis.*

ex suo sensu. Ita enim modo habent priores: *Nihil est prorsus istis, inquit, insipidius.* Brixiana vero: *Nihil est prorsus istis inquit nihil imperitius.* Non aliter ac si censens Stephanus hanc varietatem niti codicibus antiquis, judicaverit sic posse coire et conciliari. Sed negant nostri Mssti.' *Jac. Gronov.* —7 'Sic sane Mss. Editiones superiores non sine magna specie *itidem.* Ut et in fine hujus sectionis.' *J. F. Gronov.*—8 'Angl. et Scheff. *necesse*: Regius, *necessum.*' J. F. Gronov. 'Cum Regio convenit Ms. Biblioth. Pembrocens. Neque dubito quin istud *necessum* Gellii sit, quod jam antea observari memini.' *Otho.*—9 'Regius *adverso quoque.* Lege, ut jam editum Gryphio: *mutuo adversoque fulta nisu.*' J. F. Gronov. 'Video id ab Lambeclo notatum, cum alii omnes, qui illum codicem inspexerunt, ad has voces calamum non moverint. Opinor Gellio fuisse causam, ut scriberet *et quasi mutuo adverso quæque fulta nisu*, sine distinctione.' *Jac. Gronov.* Post *mutuo* commate distinguunt Lugd. Bat. Delph.—10 Sic Carrio. Priores, *contrarium esse sine.* Reg. Angl. Scheff. *Nullum adeo contrarium est sine c. a.*—11 '*Quid item fortitudo, &c. quid continentia.* Sic equidem et nostri. Verius tamen olim editum: *qui item fortitudo intelligi posset, nisi ex ignaviæ oppositione? qui continentia, &c.* Hæc postulat, quod sequitur 'quo modo.'' *J. F. Gronov.* —12 'Ita Aldus et Badius. Vett. edd. *deliquatum*: male.' *Thys.*—13 'Aliter

NOTÆ

[b] *Justitia est quam injustitiæ privatio*] Hanc affert justitiæ definitionem Chrysippus, quæ haud scio an cuiquam philosopho probari possit. Nemo certe justitia præditos dixerit infantes, in quibus nulla est injustitia. Verius itaque aut juxta mentem Ciceronis lib. II. de Inventione: 'Justitia est habitus animi, communi utilitate conservata, suam cuique tribuens dignitatem.' Aut ex magis recepta definitione Ulpiani, 'Justitia est constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi.'

abstuleris utrumque.[g] 3. Idem Chrysippus in eodem libro tractat consideratque, dignumque esse id quæri [14] putat, εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται·[h] id est, naturane ipsa rerum [15] vel providentia, quæ compagem hanc mundi[i] et genus hominum fecit, morbos quoque et debilitates et ægritudines corporum, quas patiuntur homines, fecerit. Existimat autem non fuisse hoc principale naturæ consilium, ut faceret homines morbis obnoxios: nunquam enim hoc convenisse naturæ auctori parentique rerum omnium bonarum. Sed cum multa, inquit, atque magna gigneret pareretque aptissima et utilissima, alia quoque simul agnata sunt[k] incommoda iis ipsis, quæ faciebat, cohærentia: eaque non [16] per naturam, sed per sequelas[l] [c] quasdam necessarias facta dicit, quod ipse appellat, κατὰ παρακολούθησιν.[m] 4. Sicut, inquit, cum corpora hominum natura fingeret, ratio subtilior et utilitas ipsa operis postulavit, ut

[g] *Si tollas unum, tolles utrumque.*
[h] *An hominum morbi secundum naturam accidant.* [i] *Universitatem rerum.*
[k] *Oborta sunt.* [l] *Per consecutiones.* [m] *Per consequentiam.*

si tuleris, quod est in Reg.' *Idem.* *Si tuleris* mavult Trillerus. Falster. receptum *sustuleris.*—14 'Lib. VII. 17. 'Et affers ea, quæ digna quæri tractarique sunt.' Regius tamen *considerationeque.* Fortasse: *tractat consideratione que dignum et quæsitu putat.*' J. F. Gronov. 'Hoc etiam unius est Lambecii: quod si ita se habet, mirabiliter connivimus omnes aut stupuimus.' *Jac. Gronov.*—15 'An sit exemplar scriptum, a quo istud *ne* ut Gellianum nobis tradatur, perinde ut fit ab editis, equidem ignoro, sed et ab Regio et ab Lincoln. scio id ejurari, et repelli ab genuinis, cum et posterior offerat *idem natura ipsa*, sicut Aldus quoque edidit *Idem naturane ipsa.* Certe etiam de Morelli codice id annotavit Bourdelotius. Apparet igitur repetitionem similium literarum negligenter omissam, cum perscribi debuisset, nocuisse huic loco, quem ita restitues, *id est, si natura ipsa.*' Jac. Gronov. 'Aut potius, si istam similitudinem literarum magis urgere velis, *id est, an natura ipsa.* Commutationem τῶν *id est* in *idem* sæpius observavi in codicibus. Sed τὸ *an* videtur omissum, quod eædem sequuntur literæ, quanquam inverso ordine.' *Otho.*—16 'Negativam hanc nec in Regio nec in Lincoln. reperi. An igitur

NOTÆ

[c] *Eaque non per naturam, sed per sequelas*] Ita juxta sententiam Ethnicorum, quibus fidei lumen non illuxit, de calamitatum causa disserit. Nos Christiani tantam in vitia propensionem, tot morbos, tot calamitates quibus affligimur, ex fatali primi parentis peccato in reliquam posteritatem defluxisse credimus.

tenuissimis minutisque[17] ossiculis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei majoris alia quædam incommoditas extrinsecus consecuta est; ut fieret caput tenuiter munitum, et ictibus offensionibusque parvis fragile. Proinde morbi quoque et ægritudines partæ sunt, dum salus paritur. Sic hercle, inquit, dum virtus hominibus per consilium naturæ gignitur, vitia ibidem[18] per affinitatem contrariam nata sunt.

innuunt *neque per n.*' Jac. Gronov.—17 Legitur quoque *munitisque* in Voss. cod. et ita dat Delph.—18 Aliter, *itidem*.

CAP. II.

Quo itidem[19] modo et vim necessitatemque fati constituerit, et esse tamen in nobis consilii judiciique nostri[20] arbitrium confirmaverit.

FATUM,[a] quod Græci πεπρωμένην, vel εἱμαρμένην[1] vocant, ad hanc ferme sententiam Chrysippus Stoicæ princeps philosophiæ definit: 'Fatum' est, inquit, sempiterna quædam[a] et indeclinabilis series rerum et catena, volvens se-

[a] *Est æternus quidam et ineluctabilis rerum ordo et consequentia, quæ seipsa regitur, et connectitur serie immutabili rerum ex quibus ille ordo dependet, et cum quibus conjungitur.*

19 Legendum monet J. F. Gronov. *idem*.—20 'Τὸ *nostri* supervacuum est et inconspicuum in optimo codice.' *J. F. Gronov.* 'Ut quidem ascriptum est in editione Vascosani, nescio ab Bourdelotio, an alio. Reliqui enim in eo conspeximus.' *Jac. Gronov.*—1 '*Græci* πεπρωμένην *vel* εἱμαρμένην. Secundum et tertium vocabulum nec Regius nec Schefferi codex agnoscunt.' *J. F.*

NOTÆ

[a] *Fatum*] Fatum pro diversa notione nominis vel est omnino rejiciendum a Christianis vel admittendum: si sumatur pro connexione causarum ita necessaria, ut quadam siderum efficientia humanæ voluntati vim afferat, detestandum est; quippe quod et Dei potestatem a quo pendent omnia, et liberum hominis arbitrium evertat. Sin autem per fatum intelligatur ordo ille quo juxta divinæ providentiæ leges causæ non modo naturales, sed etiam liberæ obtinent effectum; ut consequenti necessitate non alio modo res possunt evenire quam quo prævisæ sunt a Deo,

metipsa sese et implicans [2] per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta connexaque [3] est. Ipsa autem verba Chrysippi, quantum valui memoria, ascripsi; ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animadvertat. In libro enim *περὶ προνοίας*[b] quarto *εἱμαρμένην*[c] esse dicit *φυσικὴν σύνταξιν*[4] *τῶν ὅλων ἐξ ἀϊδίου τῶν ἑτέρων τοῖς ἑτέροις ἐπακολουθούντων, καὶ μετὰ πολὺ μὲν οὖν ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης συμπλοκῆς.* 2. Aliarum autem opinionum disciplinarumque auctores huic definitioni ita obstrepunt.[d] Si Chrysippus, inquiunt, fato putat omnia moveri et regi, nec declinari transcendique posse agmina fati[e] et volumina; peccata quoque hominum et delicta non succensenda neque inducenda [5] sunt ipsis[f] voluntatibusque

[b] *De providentia.* [c] *Fatum esse ait naturalem connexionem omnium rerum ab æterno aliis alias consequentibus: et quidem post multum tempus immutabili permanente tali complicatione.* [d] *Adversantur.*

[e] *Neque posse evitari et superari vim et connexionem fati.*

[f] *Peccata non reprimenda, neque attribuenda sunt ipsis hominibus.*



Gronov.—2 'Tolle supervacaneum *sese.*' J. F. Gronov. Nisi placeat distinguere *volvens semet ipsa, sese et implicans,* aut trajicere *et sese impl.* Mox etiam Regius *apta nexaque*, prout infra per duo composita sequitur 'coacta atque connexa.'' *Jac. Gronov.* 'Eruditus quidam ad marginem sui exempli ascripserat *in*, quod esset addendum ante istud *sese:* sed nullam causam video, quare *in* aufugerit prorsus. Nisi istam quærere velis in vestigiis Ms. Biblioth. Pembroc. qui habebat *semetipsam*, ut testatus est Auctor Observationum super Gellio inter Miscell. Observ. Vol. IV. Tom. 3. qui etiam suspicatus est inde *semetipsa in se* vel *sese*, quod Chrysippus sibi fatum sub idea circuli conciperet. Sed cum hæc emendatio tot aliis libris repugnet, et verba Græca innuere videantur, Chrysippum simul indicare voluisse, unde fatum initium sumeret, ac deinde quorsum pergeret, non magis hæc sententia placet, quam utriusque Gronovii. Novam equidem huic loco medendi ineo viam: quippe puto, istud *sese* librariorum errore provenisse, qui alio præeunte exaraverint codices, dum perperam audivissent *esse*, pro *ex se*, ut factum est sæpius. Cum vero postea vidissent, *τὸ esse* nullum habere locum, mutaverunt, quasi rem acu tangerent, in *sese*. Quod si legas *ex se*, sententia hujus loci erit proba: *volvens semet ex se*, id est, a se initium sumens: est enim sempiterna series, *ἐξ ἀϊδίου*.' *Otho.*—3 Ascripsit Sciopp. *apta nexaque.*—4 Reg. et Scheff. *φυσικήν τινα σύνταξιν*. Deinde et posterior: *καὶ κατὰ πολύ*. Vid. Not. Var.—5 '*Non sustentanda neque condicenda.* Aldus et Gryph. ut Britannici duo et Schefferi: *non sustentanda neque inducenda*. Sed quid est *sustentanda?* Priscæ editiones Ro. Ven. Ascensii, *non subsistenda, neque condicenda*; cui si faverent calamo exarati, controversiam non referrem: accipe-

NOTÆ

ita hoc sensu debet admitti fatum, quemadmodum S. Thomas ex S. Augustini doctrina egregie colligit.

eorum; sed necessitati cuidam et instantiæ,[g] quæ oritur ex fato; omnium quæ sit rerum domina et arbitra, per quam necesse sit fieri quicquid futurum est: et propterea nocentium pœnas legibus inique constitutas, si homines ad maleficia non sponte veniunt, sed fato trahuntur. 3. Contra ea Chrysippus tenuiter multa et argute disserit: sed omnium fere, quæ super ea re scripsit, sententia hujuscemodi est: Quanquam ita sit, inquit, ut ratione quadam principali necessario coacta[6] atque connexa sint fato omnia; ingenia tamen ipsa mentium nostrarum proinde sunt fato obnoxia, ut proprietas eorum est ipsa et qualitas.[h] Nam si sunt per naturam primitus salubriter utiliterque ficta;[i] omnem illam vim, quæ de fato extrinsecus ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt. Sin vero sunt aspera et inscita et rudia, nullisque artium bonarum adminiculis[k] fulta; etiamsi parvo sive nullo fatalis incommodi conflictu urgeantur;[l] sua tamen scævitate[m][7] et voluntario impetu in assidua delicta et in errores ruunt.[8] Idque ipsum ut ea

[g] *Impulsioni.* [h] *Convenienter eorum naturæ ac dotibus.*
[i] *Si natura nobis concessit mores bonos et commodos.* [k] *Subsidiis.*
[l] *Tametsi levia vel nulla ipsis eveniant mala ex fato.* [m] *Malignitate.*

rem enim, ut apud Livium 'subsistere feras.' Sed Regius, *suscensenda.* Solent autem scripti *suscensere* pro *succensere* exhibere. Videntur autem hæc verba simillima illis, quæ extant lib. VII. cap. 3. propius finem: 'interim autem facta sola censenda dicit atque in judicium vocanda, sed voluntates nudas inanesque neque legibus neque pœnis fieri obnoxias.' Itaque parum abest, quin aut hic quoque scribendum decernam, *delicta non censenda,* aut ibi *facta sola succensenda:* et hoc potius.' *J. F. Gronov.* 'Quomodo tamen scribetur Gellius hic ponere *condicenda,* cum et Britannici duo et Schefferi et Regius (uti et ipse testor) præter Aldum et Gryphium confirment verbum *inducenda.* Omnino id mutari nequit.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var. *Non sustentanda neque condicenda* Lugd. Bat. Delph.—6 'Sic et Ro. Ven. Vas. nisi quod transpositis voculis *ratione principali quadam.* Aldus et Gryph. *ratione quadam necessaria principali et coacta.* Unde Reg. tollit copulativam. Lincoln. *ut ratione quadam necessario et principali coacta.*. Schefferi: *ut necessario ratione quadam et participali coacta.* Numquid, *ut necessaria ratione quadam et participatu coacta atque connexa sint fato omnia.*' J. F. Gronov. 'Sed in Regio clare notavi *ut ratione quadam necessario principali coacta.* Et id retineri præstat.' *Jac. Gronov.*—7 H. Steph. *lævitate.*—8 'Regius, *et in erro reserviunt.* Scribe: *in assidua delicta et in errores se ruunt.* Sic enim amant interdum.' *J. F. Gronov.* 'Ita literas divisas in Regio proposuit pater, quia Bourdelotius notavit ad oram *in....reserviunt;* extat tamen in eo

ratione fiat, naturalis illa et necessaria rerum consequentia[9] efficit, quæ fatum vocatur. 4. Est enim genere ipso quasi fatale et consequens,[10] ut mala ingenia peccatis et erroribus non vacent.[n] Hujus deinde rei exemplo[11] non hercle nimis aliene neque illepide utitur. Sicut, inquit, lapidem cylindrum[b] si per spatia terræ prona atque deruta[o][12] jacias, causam quidem ei et initium præcipitantiæ feceris; mox tamen ille præceps volvitur, non quia tu id jam facis, sed quoniam ita sese modus ejus et formæ volubilitas habet; sic ordo et ratio et necessitas fati genera ipsa et principia causarum movet; impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum; actionesque ipsas, voluntas cujusque propria et animorum ingenia moderantur. Infert deinde verba hæc, his, quæ dixi,[13] congruentia. *Διὸ ὑπὸ*[14] *τῶν Πυθαγορείων*[p] *οὕτως εἴρηται,*

Γνώσῃ δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πήματ' ἔχοντας.

[n] *Careant.* [o] *Declivia et abrupta.*

[p] *Quapropter a Pythagoreis ita dictum est, Cognosces autem homines voluntaria damna habentes. Utpote injuriis unicuique a seipso factis, et hominibus ex impetu suo peccantibus, et sibi nocentibus, et ex suo consilio et electione.*

---

et in errore serviunt.' Jac. Gronov.—9 'Non videtur spernendum, quod eodem sensu, sed exquisitius, Regius: *naturalis illa et necessaria rerum continentia:* ab ea significatione τοῦ 'continens,' qua vicinum, contiguum, applicitum significat.' *J. F. Gronov.* 'Vocem equidem istam Bourdelotius ascripsit suo exemplari, non addito utrum a Regia, an Morelli membrana. Illam utique quotquot postea inspeximus, vocem eam non notavimus.' *Jac. Gronov.*—10 'Suspicor Gellium Ciceronis voce usum scribendo: *quasi confatale et consequens.*' J. F. Gronov.—11 'Reg. Lincoln. Schef. *deinde fieri exemplo:* mox Reg. *illepido.* Lego: *Hujus deinde figuræ exemplo, non h. n. alieno neque illepido, utitur.*' Idem.—12 'Meursius in Critico Arnobiano et in Miscellaneis *derupta*, ut et in quibusdam est olim editis, in aliis *dirupta.* Ciceronis est ad Atticum, 'deruere de laudibus cumulum.' Itaque non facile moverim. Alioqui simplicius foret *prona atque declivia.*' J. F. Gronov. 'Regius tamen et Lincoln. etiam *derupta.*' Jac. Gronov. 'Vet. ed. *dirupta*, forsan *abrupta.*' Thys.—13 '*His quæ dixit.* Fluctuat scriptura verbi in editis, quorum partem cum sic edant, Aldina, Vascosani, et aliæ *dixi*, quod est in Regio, et licet tertia persona sit in Lincoln. hoc tamen est verius. Præcedentia enim sunt Gellii, qui præmonuit omnium, quæ scripsit, hujuscemodi fere sententiam esse. Propterea revocavi.' *Jac. Gronov.*—14 '*Διὸ ὑπό.* Ms. Reg. *Διὸ καὶ*, et præter has nulla insuper vox Græca adest, certo indicio voculam *καὶ* debere interponi. De versiculo et prava olim lectione

NOTÆ

[b] *Cylindrum*] Cylindrus lapis est instar columnæ teres et oblongus atque rotatilis, quem æquandis areis adhibere solent agricolæ. Dicitur

ὡς τῶν βλαβῶν ἑκάστοις παρ' αὐτοῖς γινομένων, καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν, ἁμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων, καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ πρόθεσιν. 5. Propterea negat oportere ferri audirique homines aut nequam aut ignavos et nocentes et audaces, qui, cum in culpa et in maleficio revicti[15] sunt,[q] perfugiunt ad fati necessitatem, tanquam in aliquod fani asylum,[16 e] et, quæ pessime fecerunt, ea non suæ temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt. Primus autem Homerus[17] sapientissimus et antiquìssimus poëtarum dixit in hisce versibus:

Ὦ πόποι,[r] οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
6. Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν.

Itaque M. Cicero in libro, quem de fato conscripsit, cum quæstionem istam diceret obscurissimam esse et implicatissimam, Chrysippum quoque philosophum non expedisse se in ea refert, his verbis: 'Chrysippus æstuans[s] laboransque, quonam pacto explicet et fato omnia fieri, et esse aliquid in nobis, intricatur hoc modo.'[18]

[q] *Deprehensi sunt.*
[r] *Papæ, ut nempe mortales accusant Deos! Ex nobis enim dicunt mala esse: ipsi vero Sua improbitate præter fatum dolores patiuntur.* [s] *Maxime dubius.*

ejus agit Theod. Marcilius in comment. ad Carmin. Pythagor. pag. 381.' *Idem.* Ascripsit Sciopp. Δυὸ καὶ ὑπό.—15 'Gebhardus ex Pal. mem. *revincti*, 2. Ant. Lect. II. Scio jam olim sic editum, sed Carrio et sensum et meliores libros secutus mutavit.' *J. F. Gronov.*—16 '*Tanquam in aliquod fati asylum.* Hæc scriptura quomodo vel Carrioni vel Stephano manum adierit, difficile dictu est. Restitue ocyus e prioribus et scriptis: *in aliquod fani asylum.*' Idem. *Fati* dat Delph.—17 'Regius alia parte uberius, alia recisius: *Primus hoc Homerus sapientissimus ille et antiquissimus poëtarum dixit hisce versibus.*' J. F. Gronov. 'Ita sane egit in notando Lambecius, quasi voculam *hoc* immissam vellet codex Regius. Sed testes sumus omnes in Regio legi tantum *Primus hoc sapientissimas ille*, nomine proprio omisso, quod intelligi potest facillime, et ad summam veramque Homeri laudem non potest intelligi alius per hæc singularia et propria descriptus. Immo Bourdelotius id testatur non tantum de codice Regio, sed et Morelliano.' *Jac. Gronov.*—18 'Lud. Carrio vult aut τὰ *hoc modo* deleri, aut pluribus Ciceronis verbis auctorem usum I. Emend. 13.' *J. F. Gronov.* 'Oportet igitur nosse verbum tum *refert*, tum *pacto* non legi in cod. Reg. Certe τὸ *refert* etiam non erat in Lincoln. Sed et *explicit* legitur in Ms.' *Jac. Gronov.* '*Quonam pacto.* Abest vox posterior.' *Sciopp.*

NOTÆ

ἀπὸ τοῦ κυλινδεῖν, volvere.

[e] *Asylum*] Locus est consecratus ad quem qui confugiunt securi censentur, hinc enim sine summo piaculo non possunt avelli. Derivatum est vocabulum ab ἀ privativo et συλάω rapio.

CAP. III.

Historia sumta ex libris Tuberonis de serpente invisitatæ[19] *longitudinis.*

TUBERO in historiis scriptum reliquit, bello primo Pœnico[a] Attilium Regulum[b] Consulem, in Africa, castris apud Bagradam[20 c] flumen positis, prælium grande atque acre fecisse adversus unum serpentem in illis locis[1] stabulantem,[b] invisitatæ immanitatis; eumque, magna totius exercitus conflictione,[c 2] ballistis[d] atque catapultis[e] diu oppugnatum: ejusque interfecti corium longum pedes centum et viginti Romam misisse.[3]

[a] *Carthaginiensi.* [b] *Habitantem.* [c] *Contentione.*

19 Aliter *inusitatæ.*—20 ' Editionum veterum aliæ habent, *Bragadam.* Priorem vero lect. mihi confirmant Cæsar. lib. II. de B. Civ. cap. 5. et 7. Livius XXX. 25. Valerius I. 8. 19. alii. Emenda itaque, si lubet, Strabonem, cui Βαγάδρας flumen nostrum dicitur lib. XVII. p. m. 1189.' *Falster.*—1 Aliter *serpentem illic.*—2 Vet. ed. *conflictatione.*—3 ' Propter interposita ' eumque oppugnatum,' commodius foret *Romam missum.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

[a] *Tubero*] Is est, quantum conjicere licet, L. Ælius Tubero historicus, quem Q. Ciceronis legatum in Asia fuisse testatur Tullius in Epist. ad Quintum Fratrem. Q. Ælius Tubero filius historici multa scripsit de jure civili.

[b] *Attilium Regulum*] Hic est Attilius ille in historia Romana adeo celebris, qui captus a Carthaginiensibus et Romam missus de captivis permutandis, cum id e reip. bono fore non sentiret, egit in Senatu ne commutarentur, ac ne fidem hosti datam violaret, Carthaginem ad crudele supplicium rediit. Captus est anno U. C. CCCCXCIX. ante Christum CCLV. Vir in utraque fortuna insignis.

[c] *Bagradam*] Bagradas flumen ortum e Libycis montibus inter Uticam et Carthaginem evolvitur in mare; aliis dicitur *Megrada*, aliis *Magrida*, aliis *Magiordech.*

[d] *Ballistis*] Ballista belli machina fuit, qua saxa impetu mirabili torquebantur: nomen habet a Græco βάλλειν jacere.

[e] *Catapultis*] Catapulta genus machinæ bellicæ, qua jaculum longius vibrabatur: a pellendo videtur nomen accepisse: aliquando pro ballista sumitur.

CAP. IV.

Quid idem Tubero novæ historiæ[4] *de Attilio Regulo a Carthaginiensibus capto literis mandaverit; quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.*

Quod satis celebre est[5] de Attilio Regulo, id nuperrime legimus scriptum in Tuditani[a] libris: Regulum captum, ad ea quæ in Senatu Romæ dixit, suadens ne captivi cum Carthaginiensibus permutarentur, id quoque addidisse; venenum sibi Carthaginienses dedisse non præsentarium,[a][6] sed ejusmodi quod mortem in diem proferret;[b] eo consilio, ut viveret quidem tantisper quoad fieret permutatio; post autem grassante sensim[c] veneno cor tabesceret.[7] Eundem Regulum Tubero in historiis redisse Carthaginem, novisque exemplorum modis excruciatum[b] a Pœnis dicit. 'In atras,'

[a] *Non afferens præsentem mortem.* [b] *Quod differret mortem in aliquod tempus.* [c] *Paulatim pervadente.*

4 '*Quid idem Tubero novæ historiæ.* Edebatur *Tubero in historiis.* Sed illud restituit Carrio. Neque sane aliter Regia et Schefferi membranæ: Regia quoque *memoriæ* pro *literis.* Conjiciebam: *Quid idem Tubero nona historia de Attilio Regulo a Carthaginiensibus capto memoriæ mandaverit.* Genus loquendi notæ suavitatis pro nono historiarum libro.' *J. F. Gronov.*—5 *Est* abest a vet. ed.—6 Aliter *præsentaneum.*—7 'Muretus ad Tacitum, *contabesceret.* Quemadmodum et Reg. Idem quoque *veneni,* quasi exciderit τὸ *vi.*' J. F. Gronov. 'In Voss. cod. annotatum, in Ms. esse *contabesceret.*' Thys.—

NOTÆ

[a] *Tuditani*] C. Sempronius Tuditanus cum M. Aquilio fuit Consul anno U. C. DCXXV. ante Christum CXXIX. aliquot commentarios edidit. 'Is cum omni vita atque victu excultus, tum ejus elegans est habitum etiam orationis genus.' *Cic. in Bruto.*

[b] *Novisque exemplorum modis excruciatum*] Licet innumeris veterum cum Græcorum tum Latinorum monumentis id contestatum sit, tamen Hofmannus lexicographus, post Palmerium quem citat, censet omnino commentitium, et inter errata historica M. Attilii caveam, et aculeos, et palpebras resectas numerat. Quibus argumentis? Scilicet Polybius, dum Attilii cladem et captivitatem narrat, de tam immani cæde ne verbum quidem fecit: deinde in fragmento Diodori Siculi quod edidit Valesius, cruenta mors Attilii non refertur. Hac duplici ratione fidem historicis omnibus et recentibus et antiquis abrogare nititur. Verum esto sane Attilii necem præterierit Polybius; non præteriit certe Tuditanus Polybio æqualis ætate, auctoritate major, con-

inquit, 'et profundas[8] tenebras eum claudebant; ac diu post, ubi erat visus Sol ardentissimus, repente educebant, et adversus ictus[9] solis[d] [e] oppositum continebant,[10] atque intendere in cœlum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus, ne connivere posset, sursum ac deorsum diductas[11] insuebant.' Tuditanus autem somno diu prohibitum atque ita vita privatum refert; idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli a Senatu deditos, et ab iis in armario muricibus[f] præfixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interisse.[e]

[d] *Contra radios Solis.* [e] *In machina ferrea uncis ferreis armata, desperatos, et similibus vigiliis enecatos periisse.*

8 Vet. ed. Ven. *profundissimas.*—9 Ms. *ictum.*—10 '*Continebant.* Hæc desunt Cod. Reg.' *Thys.* 'Vix intelligas, quid velit. Sed ab Bourdelotio ducta linea post vocem *oppositum* ascriptum est: 'Hic desinit C. Reg.' Ego tamen notavi vocem *Solis* esse postremam in illo Msto libro, prout vulgavi ex chirographo paterno in Præfatione.' *Jac. Gronov.*—11 Ms. *ductas.*

NOTÆ

sulatu gesto; non præteriere M. Tullius, Livius, Appianus, et quotquot res Romanas attigere, quos omnes in ea re vel scientes fucum fecisse, vel passos fuisse imprudentes, nemo nisi temere dixerit. Quicquid alii senserint, apud nos plus habebit ponderis ad stabiliendam hujus historiæ fidem constans totius antiquitatis commemoratio, quam ad infirmandam unius aut alterius fortasse scriptoris non dissensio, sed silentium.

[e] *Ictus Solis*] Ictus Solis usurpantur pro radiis: immo ictus absolute radios aliquando significant, quo sensu dixit Horatius: 'Tum spissa ramis laurea fervidos Excludet ictus:' l. II. Carm. Ode 15.

[f] *Muricibus*] Murex aliud aliis locis sonat: modo sumitur pro pisce marino, modo pro purpura, modo pro asperioris saxi acumine, aliquando etiam pro tribulis: hoc loco pro ferreis uncis accipitur.

CAP. V.

Quod Alfenus jureconsultus in verbis veteribus interpretandis erravit.[12]

Alfenus[a] jureconsultus,[13] Servii Sulpicii discipulus, re-

12 Vulg. *jurisconsultus....erraverit.*—13 Ita scripti cum Ro. et Aldina.

rumque antiquarum non incuriosus,[a] in libro Digestorum trigesimo et quarto, Conjectaneorum [14] autem secundo, 'In fœdere,' inquit, 'quod inter populum Romanum et Carthaginienses factum est, scriptum invenitur, ut Carthaginienses quotquot annis [15] populo Romano darent certum pondus argenti puri puti.[b] Quæsitumque est, quid esset argentum [16] purum putum. Respondi ego,' inquit, 'esse purum putum valde purum: sicut novum novicium dicimus et proprium propicium, augere atque intendere volentes novi et proprii significationem.' Hoc ubi legimus, mirabamur eandem affinitatem visam esse Alfeno 'puri' et 'puti,' quæ sit 'novi' et 'novicii.' Nam si esset 'puricium,' tum sane videretur dici, quasi 'novicium.' Id etiam mirum fuit, quod 'novicium' per augendi figuram dictum existimavit; cum sit 'novicium' non quod magis novum sit, sed quod a 'novo' dictum inclinatumque sit. 2. Iis ergo assentimus,[17] qui 'putum' esse dicunt a 'putando' dictum; et ob eam causam prima syllaba brevi pronuntiant, non longa: uti existimasse Alfenum [18] videtur, qui a 'puro' id esse factum scripsit. 'Putare' autem Veteres dixerunt, vacantia [b] ex quaque re ac non necessaria aut etiam obstantia [c] et aliena auferre et excidere, et, quod esse utile ac sine vitio videretur, relinquere. Sic namque arbores et vites,

[a] *Studiosus.* [b] *Superflua.* [c] *Noxia.*

Vulg. *jurisconsultus.*—14 Quædam edd. habent, *Conlectaneorum.*—15 Aliter *quotannis.*—16 'Gebhardus notat in Pall. abesse *τὸ argentum*: ut et in Lincoln. et Schefferi membranis.' *J. F. Gronov.*—17 Lugd. Bat. Delph. *His ergo.* Lincoln. *assentimur.*—18 Vet. ed. *Alfenus.*—19 Vulg. *putari dictum.*—

NOTÆ

[a] *Alfenus*] P. Alfenus Varus Cremonensis a sutrina quam exercuerat in patria ad juris civilis scientiam se contulit, adeoque subinde claruit, ut cum P. Vinutio consulatum gesserit anno Christi tertio.

[b] *Puri puti*] Argentum purgatum et excoctum dicitur putum; verbum enim 'putare' idem valet quod purum facere, ait Varro: sic is sermo in quo plura disponuntur verba, ne sit confusus, atque ut diluceat, dicitur 'disputare.' Quid vero significet præterea idem verbum 'putare' patet ex iis quæ hoc eodem capite consequuntur.

et sic etiam rationes 'putari' dictæ.[d] [19] Verbum quoque ipsum 'puto,' quod declarandæ sententiæ nostræ causa dicimus, non signat profecto aliud quam id agere nos in re dubia obscuraque, ut, decisis amputatisque falsis opinionibus, quod videatur esse verum et integrum et incorruptum, retineamus. 3. Argentum ergo in Carthaginiensi fœdere 'putum' dictum esse, quasi 'exputatum,' excoctumque, omnique aliena materia carens, omnibusque ex eo vitiis detractis emaculatum et candefactum.[e] Scriptum est autem 'purum putum' non in Carthaginiensi solum fœdere, sed tum [20] in multis aliis Veterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragœdia, quæ inscribitur 'Alexander,' et in satira M. Varronis, quæ inscripta est Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.[f]

[d] *Rationes dicuntur putari similiter ac vites.*
[e] *Ablatis sordibus expurgatum, et redditum candidum.* [f] *Bis pueri senes.*

20 Ms. Biblioth. Pembrocens. *cum.*

CAP. VI.

Temere inepteque reprehensum esse a Julio Higino Virgilium, quod præpetes *Dædali* pennas *dixit: atque inibi quid sint* aves præpetes, *et quid illæ sint aves, quas Nigidius* inferas *appellavit.*

'Dædalus,[a] ut fama est, fugiens Minoia regna
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo.' [a] [1]

[a] *Dædalus, quemadmodum dicunt, fugiens regnum Minois ausus est volare alis præpetibus.*

1 'Vet. edit. hunc versum addit, *Insuetum per iter gelidas enavit ad Arctos.* Sed contra Ms. Lincoln. qui tertium versum non agnoscit.' *Jac. Gronov.*—2

NOTÆ

[a] *Dædalus*] Celeberrimus architectus, patria Atheniensis, occiso sororis filio in Cretam se recepit, Minoisque regis animum sibi devinxit. Minotaurum monstrum ex Pasiphaë et Tauro natum inclusit in Labyrinthum, ac Theseo contra Minotaurum pugnanti artem tradidit, qua sese ex illis flexibus expediret. Theseus pugnat, vincit, evadit. Iratus Minos Dæda-

In his Virgilii versibus reprehendit Higinus, 'præpetibus pennis,' quasi improprie et inscite dictum. Nam 'præpetes,' inquit, 'aves' ab auguribus appellantur, quæ aut opportune prævolant, aut idoneas sedes capiunt.[b] Non apte igitur usum verbo augurali existimavit in Dædali volatu nihil ad augurum disciplinam pertinente. 2. Sed Higinus nimis hercle ineptus est, cum quid 'præpetes' essent se scire ratus est, Virgilium autem et Cn. Mattium[2] [b] doctum virum ignorasse, qui in septimo[3] Iliadis, Victoriam volucrem,[c] præpetem appellavit hoc versu:

'Dum det[4] vincenti[5] præpes Victoria palmam.'

Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui in annalibus non pennas Dædali præpetes, sed longe diversius, inquit;

'Quid
Brundusium[6] [c] pulchro præcinctum præpete portu?'[d]

et, si vim[7] potius naturamque verbi considerasset, neque id solum quod augures dicerent, inspexisset; veniam præ-

[b] *Vel eligunt locum aptum.* [c] *Volantem.*
[d] *Quid dicam Brundusium ornatum securo portu?*

~~~~~~~~~~~

² Sic recte Scaliger in Conjectaneis: nam libri fere *et Trimatium.*' J. F. Gronov. Vid. Not. Var.—3 Vett. edd. *secundo.*—4 Vet. ed. ap. Thys. *dat.*—5 Ms. *vincendi.*—6 'Varie jactatum istud *Quid.* Nam cum jam Aldus constituisset hunc locum, prout citavi; alii istud hinc ablatum trajecerunt ad superiora, *Quid? cur autem, &c.* Cum interim duumviri colligendis Ennii fragmentis inclyti etiam ab Ennianis abigerent illud ipsum *Quid.* At Ms. Lincoln. *sed longe diversius. Quid Brund.* Et certe *τὸ inquit* aut *appellavit* vel simile potest facile satis intelligi, ut videatur Gellii esse *sed longe diversius quid, Brund.*' Jac. Gronov.—7 Ascripsit Sciopp. *Sed si vim.*—8 *Propria*

NOTÆ

lum in carcerem rapit, ex quo cereis sibi et filio pennis annexis feliciter evolavit: at imprudens filius dum altius attollitur, alis ardore Solis resolutis, in mare decidit: atque hinc maris Icarii nomen.

[b] *Cn. Mattium*] Cn. Mattius vir doctissimus et mimiamborum poëta floruit L. ante Christum annis. Aliquot ex Homero versus expressit; et hunc qui legitur in VII. Iliad. *εἰσόκε δαίμων Ἄμμε διακρίνῃ, δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην*, sic vertit, 'Dum det vincenti præpes victoria palmam.'

[c] *Brundusium*] Urbs est Calabriæ ad mare Hadriaticum posita, ex cujus portu in Græciam transitus fuit maxime communis. Hodie dicitur *Brindes.* Porro Brundusium, teste Strabone, lingua Messapiorum caput cervi significat, quod ad hujus similitudinem urbs illa propius accedat.
~~~~~~~~~~~

sus poëtis daret similitudine ac translatione verborum, non significatione propria[8] utentibus. 3. Nam quoniam non ipsæ tantum aves quæ prosperius prævolant, sed etiam loci, quos capiunt,[e] qui idonei felicesque sunt, 'præpetes' appellantur; idcirco Dædali pennas 'præpetes' dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat in loca tutiora pervenerat. 'Locos' porro 'præpetes' et augures appellant; et Ennius in annalium primo[9] dixit,

'Præpetibus hilares[10] sese pulchrisque locis dant.'[f]

'Avibus' autem 'præpetibus' contrarias aves 'inferas' appellari Nigidius Figulus in libro primo augurii privati ita dicit: 'Discrepat[g] dextra sinistræ, præpes inferæ.'[11][d] Ex quo est conjectare 'præpetes' appellatas, quæ altius sublimiusque volitent; cum differre a 'præpetibus' Nigidius 'inferas' dixerit. 4. Adolescens ego Romæ, tum cum etiam ad grammaticos itarem,[h] audivi Apollinarem Sulpicium, quem in primis sectabar, cum de jure augurio[i][12] quæreretur, et mentio 'præpetum avium' facta esset, Erucio Claro[13] præfecto urbi dicere; 'præpetes' sibi videri esse alites, quas Homerus τανυπτέρυγας[k] appellaverit: quoniam istas potissimum augures spectarent, quæ ingentibus alis patulæ atque porrectæ[l] prævolarent. Atque ibi hos Homeri versus dixit,

Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις
Πείθεσθαι, τῶν οὔτι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω.[m]

[e] *Eligunt.* [f] *Læti veniunt in loca tuta et egregia.* [g] *Opposita est.* [h] *Sæpius accederem.* [i] *De jure augurum.* [k] *Habentes alas extensas.* [l] *Expassæ.* [m] *Tu autem avibus habentibus alas extensas jubes Parere, has neque curo neque moror.*

abest a Vet. ed. sed est in Ms. Lincoln.—9 'Ita in vet. Ven. ed. et Ms. invenio, in quibusdam edd. additur, *non ut Virgilius.*' Thys.—10 Lincoln. ignorat vocem *hilares.*—11 Vet. Ven. ed. habet, *præpetibus inferæ.* Lincoln. *præpetes.*—12 'Ita et alibi locutus est. Aliter *augurum.*' Thys.—13 'Ita restituendum ex ipso Gellio lib. XIII. cap. 16. et Plinii Epistolis. In antiquis edd. legitur *e L. Claro.*' Idem. *Elucio* Lincoln. *Lucio Claro* codd.

NOTÆ

[d] *Dextra sinistræ; præpes inferæ*] Avis dextra bonum omen, sinistra malum portendebat: præpes superius, infera volabat inferius.

CAP. VII.

De Acca Larentia et Caia Tarratia, deque origine sacerdotii fratrum Arvalium.

ACCÆ LARENTIÆ [a] et Caiæ Tarratiæ, sive illa Fufetia est,[14] nomina in antiquis annalibus celebria sunt; earum alteræ post mortem, Tarratiæ autem vivæ amplissimi honores a populo Romano habiti sunt. Et Tarratiam quidem virginem Vestæ fuisse lex Horatia testis est, quæ super ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores fiunt, inter quos jus quoque testimonii dicendi tribuitur; 'testabilisque' una omnium fœminarum ut sit datur.[a] Id verbum est ipsius legis Horatiæ. Contrarium est in XII. tabulis scriptum. IMPROBUS. INTESTABILIS.[b] Q. ESTO. Præterea si quadraginta annos nata sacerdotio abire [c] ac nubere voluisset, jus ei potestasque exaugurandi [d] [b] atque nubendi facta est, munificentiæ et beneficii gratia, quod campum Tiberinum [c] sive Martium populo Romano condonasset. Sed Acca Larentia corpus in vulgus dabat,[e] pecuniamque emeruerat ex eo quæstu uberem. Ea testa-

[a] *Et ipsi uni inter omnes fœminas conceditur potestas testimonii dicendi.*
[b] *Carens jure dicendi testimonii.* [c] *Deponere sacerdotis officium.*
[d] *Solvendæ religionis.* [e] *Permittebat corpus suum libidini omnium.*

14 Aldus aliique, *sive illa Suffetia est*, nec aliter Lincoln. nisi quod verbum

NOTÆ

[a] *Accæ Larentiæ*] Ea fuit nobilissima meretrix, de qua Plutarchus in Quæstionibus Romanis, Macrobius, ipseque Augustinus lib. VI. de Civ. Dei c. 7. mentionem faciunt. Hæc mirabili casu summas opes adepta est. Herculis æditunus otiosus aliquando lusit tesseris secum utraque manu alternante, in una constituens Herculem, in altera seipsum, ea lege, ut victus cœna scortoque mulctaretur: vincit Hercules, ad eum adducitur famosa meretrix Larentia, quam in somnis, ut ei gratiam referret, monuit mercedem solvendam ab eo juvene qui primus occurreret: is fuit Tarrutius ditissimus juvenis, a quo hæres est constituta.

[b] *Exaugurandi*] Exaugurare est id quod sacrum erat adhibitis solvendarum religionum cærimoniis profanum facere.

[c] *Campum Tiberinum*] Post exactos reges Romanos 'ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit.' Livius lib. II.

mento, ut in Antiatis historia scriptum est, Romulum regem, ut quidam alii tradiderunt, populum Romanum bonis suis hæredem fecit. Ob id meritum[f] a flamine Quirinali[d] sacrificium ei publice fit: et dies e nomine ejus in fastos[e] additus. Sed Sabinus Massurius in primo Memorialium secutus quosdam historiæ scriptores Accam Larentiam Romuli nutricem fuisse dicit. 'Ea,' inquit, 'mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit, in illius locum Romulus Accæ Larentiæ[15] sese filium dedit; seque et ceteros ejus filios fratres arvales[f] appellavit. Ex eo tempore collegium mansit fratrum arvalium numero duodecim. Cujus sacerdotii insigne est spicea corona et albæ infulæ.'[g]

[f] *Beneficium.*

abest.—15 '*Larentiæ* abest.' *Sciopp.*

NOTÆ

[d] *Flamine Quirinali*] Flamen Quirinalis a Numa in Romuli honorem institutus est, quod Romulus appellatus Quirinus Romam condidisset.

[e] *Fastos*] Fasti sunt libri in quibus totius anni dierum ratio explicatur.

[f] *Fratres Arvales*] Sacerdotes sunt a Romulo instituti, qui pro munere suo hostias Ambarvales Baccho et Cereri ad frugum et vini ubertatem solebant immolare. Dicebantur autem hostiæ Ambarvales, quod ante sacrificium ter circum arva ducerentur.

[g] *Infulæ*] Auctore Festo, 'sunt filamenta lanea, quibus sacerdotes, et hostiæ templaque velabantur.'

CAP. VIII.

Notata quædam de rege Alexandro[16] et de P. Scipione memoratu digna.

Appion Græcus homo, qui Plistonices est appellatus, facili atque alacri facundia fuit. Is cum de Alexandri regis laudibus scriberet, Victi, inquit, hostis[a] uxorem facie inclyta

16 '*Notata quædam de Alexandro.* Ita replevisse hoc lemma videtur H. Stephanus, cum ab ulterioribus editis duo priora vocabula abessent, idque opinor Stephanum ita egisse ab Regio codice edoctum. Sed cur illum non

NOTÆ

[a] *Victi, inquit, hostis*] Hic Darius est Codomanus ultimus rex Persarum, cujus copiis ad Issum Ciliciæ urbem iterum ab Alexandro fusis, mater,

mulierem[a] vetuit in conspectum suum deduci, ut eam ne oculis suis quidem contingeret. Lepida igitur quæstio agitari potest, utrum videri continentiorem par sit, Publiumne Africanum superiorem, qui, Carthagine[b] ampla civitate in Hispania expugnata, virginem tempestivam,[b] forma egregia, nobilis viri Hispani[17] filiam, captam perductamque[18] ad se patri inviolatam reddidit; an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eandemque ejusdem sororem prælio magno captam, quam esse audiebat exsuperanti forma, videre noluit, perducique ad sese prohibuit. Sed hanc utramque[19] declamatiunculam[c] super Alexandro et Scipione celebraverint, quibus abunde et ingenii et otii et verborum est.[c] Nos satis habebimus, quod ex historia est, id dicere; Scipionem istum, verone an falso incertum, fama tamen, cum esset adolescens, haud sincera fuisse,[d] et propemodum constitisse hosce versus a Cn. Nævio poëta in eum scriptos esse;

'Etiam qui[e] res magnas manu sæpe gessit gloriose;
Cujus facta viva nunc vigent; qui apud gentes solus
Præstat; eum suus pater cum pallio uno[20] ab amica
abduxit.'[1]

[a] *Fœminam pulchritudine excellenti.* [b] *Puellam nubilem formosissimam.*
[c] *Verum de hac dissertatione super Alexandro et Scipione disputent illi, quibus permittit ingenium et tempus et facundia.* [d] *Non bona fuisse.*
[e] *Qui illustrem gloriam retulit ex rebus fortiter gestis; cujus actiones quasi spirantes jam florent; qui inter populos unus excellit; illum suus parens solo pallio indutum abstraxit a meretrice.*

integre exhibuit? Nam ibi legitur *Notata quædam de rege Alexandro.* Immo sic quoque reddidit Stephanus in ipsa collectione pag. 558. ut inde etiam illuc efferant secutæ editiones. Unde istud secutus fui, cum non debeant differre.' *Jac. Gronov.*—17 Pro *Hispani,* in Ms. citato, in antiquo codice, *Hispaniæ.*—18 Aliter *productamque.*—19 Ascripsit Sciopp. *utrinque.*—20 Aliter *una.*—1 In Ms. *deduxit.*

NOTÆ

uxor, ac liberi in potestatem victoris venere, anno ante Christum CCCXXXI. *Curtius, &c.*

[b] *Carthagine*] Triplex est Carthago. Prima in Africa caput imperii Punici, et Romæ æmula: nunc vix rudera supersunt, ab incolis dicitur *Bersack.* Altera est in Hispania Tarraconensi ad mare, alias Carthago nova, jam *Cartagena* nominatur. Tertia Carthago vetus in Hispania Tarraconensi, nunc vicus dictus *Cantavieja* in Aragoniæ regno. Hic intelligitur Carthago nova, quam Scipio expugnavit an. ante Christ. CCIX.

[c] *Utramque declamatiunculam*] Cau-

His ego versibus credo adductum Valerium Antiatem adversum ceteros omnes scriptores de Scipionis moribus sensisse; et eam puellam captivam non redditam patri scripsisse, contra quam nos supra diximus, sed retentam a Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo usurpatam.[f]

[f] *Possessam.*

NOTÆ

tius Alexander, qui imbecillitatis suæ memor virginem videre noluit: fortius egit Scipio, qui continentia fretus vidit, et intactam remisit ad suos.

CAP. IX.

Locus exemtus ex annalibus L. Pisonis historiæ et orationis lepidissimæ.

Quod res videbatur memoratu digna, quam fecisse Cn. Flavium[a][2] Annii filium ædilem curulem[b] L. Piso[c] in tertio annali scripsit, eaque res perquam pure[a] et venuste narrata a Pisone, locum istum totum huc ex Pisonis annali transposuimus.[3] 2. 'Cn.' inquit, 'Flavius patre libertino natus scriptum faciebat:[b] isque in eo tempore ædili curuli appa-

[a] *Elegantissime.* [b] *Professione erat scriba.*

2 'Non sine ratione Pighius *Cn. F.* ut apud Ciceronem et Livium scribitur. Schef. *Anii.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*f. C. Flavium.*'—3 'In editionibus Cervicorni et Gryphii et Hieronymi de Marnef ita scriptum video: in reliquis *composuimus*, quod erat in Ms. Lincoln.' *Jac. Gronov.*—

NOTÆ

[a] *Cn. Flavium*] Hic humili loco natus, plebe sibi devincta, quemadmodum refert Plinius, Ædilis Curulis fuerat renuntiatus: quod ita Senatus ægre tulit, ut plerique nobilium præ indignatione annulos aureos et phaleras deposuerint.

[b] *Ædilem curulem*] Consulantur Notæ in cap. 2. lib. IV.

[c] *L. Piso*] 'Vir tanta virtute atque integritate fuit,' teste Tullio, 'ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur.' Consulatum gessit anno U. C. DCXXI. ante Christum CXXXIII. Orationes reliquit, et annales, si Tullio credimus, sane exiliter scriptos, quos tamen simplicissima fuisse suavitate Gellius tradit lib. XI. cap. 14.

rebat,[c] quo tempore ædiles subrogantur:[d] [d] eumque pro tribu [e] [4] ædilem curulem renuntiaverunt.[e] At ædilis,[5] qui comitia habebat,[f] negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum ædilem fieri. Cn. Flavius[6] Annii filius dicitur tabulas[7] posuisse; scriptu sese abdicasse:[f] isque ædilis curulis factus est. Idem Cn. Flavius Annii filius dicitur ad collegam venisse visere ægrotum: et,[8] in conclave[g] postquam introivit, adolescentes ibi complures nobiles sedebant contemnentes eum: assurgere ei nemo voluit. Cnæus Flavius Annii filius ædilis id arrisit.[g] Sellam curulem jussit sibi afferri, eam in limine apposuit,[9] ne quis illorum exire posset: utique[h] ii omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem.'

[c] *Aderat ut minister.* [d] *Substituuntur.* [e] *Creatus est a prima tribu ædilis curulis.* [f] *Deposuisse tabulas, et abjecisse officium scribæ.*
[g] *Ad eam rem subrisit.* [h] *Et eo consilio ut.*

4 'Ita antiquissimæ editiones. Aldina, Badiana, et Gryphiana legunt, *primæ tribus.*' Thys. Vid. Not. inf.—5 '*At ædilis.* Abest prior vox: f. *At ille*, ut de Cos. dictum sit.' *Sciopp.*—6 Ascripsit idem, '*C. Flavius CN.* ut et paulo inferius.'—7 In Ms. legitur *tabellas.*—8 Ascripsit Sciopp. '*ægrotum.* *Eo.* Plin. 33.'—9 'Potius *opposuit.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

[d] *Subrogantur*] Subrogari dicitur qui in locum alterius magistratus sufficitur.

[e] *Pro tribu*] In Badiana et Gryphiana editione habetur *primæ tribus*: verum præter antiquissimas editiones lectionis nostræ fundus est Livius, qui lib. IX. citra dubium hos citat annales de Flavio: 'Invenio in quibusdam annalibus,' inquit, 'cum appareret ædilibus, fierique se pro tribu ædilem videret, neque accipi nomen,' scilicet a ceteris qui repugnabant, 'quod scriptum faceret, tabulam posuisse.' Gronovius *pro tribu* interpretatur in prærogativa tribu, sive in ea quæ principium esset, et quæ primo loco ad suffragium ferendum vocaretur.

[f] *Comitia habebat*] In conventu publico populi Romani præerat eligendis magistratibus.

[g] *Conclave*] Est secretior locus in interioribus tectis, cujus clavim habent communem domestici, vel in quo multa sint cubicula clausa.

CAP. X.

Historia super Euclide Socratico;[10] *cujus exemplo Taurus philosophus adhortari adolescentes suos solitus est ad philosophiam gnaviter sectandam.*[a] [11]

PHILOSOPHUS Taurus, vir memoria nostra in disciplina Platonica celebratus,[b] cum aliis bonis multis salubribusque exemplis hortabatur ad philosophiam capessendam, tum vel maxime ista re animos juvenum expergebat, Euclidem quam dicebat Socraticum[a] factitavisse.[c] 'Decreto,' inquit, 'suo Athenienses caverant,[d] ut, qui Megaris[12] [b] civis esset, si intulisse Athenas pedem prehensus esset, ut ea res ei homini[13] capitalis[e] esset. Tanto Athenienses,' inquit, 'odio flagrabant finitimorum hominum Megarensium. 2. Tum Euclides, qui indidem[14] Megaris erat, quique

[a] *Diligenter sequendam.* [b] *Celebris in philosophia Platonis.*
[c] *Excitabat animum adolescentium ea re quam aiebat Euclidem Socraticum sæpe fecisse.* [d] *Athenienses tulerant hoc edictum.* [e] *Digna morte.*

10 'Regius *Euclidas.* Videtur ingerere: *super Euclida Socratico.*' J. F. Gronov. 'Ibidem legitur *hortari adolesc. suos solitus ad philosophiam naviter sect.* non *adhortari*, non *gnaviter*, et sine verbo *est*.' Jac. Gronov.—11 Ascripsit Sciopp. 'v. c. *navandam G.*'—12 Pro *Megaris* legitur quoque *Megarensis.* —13 '*Esset, ea res homini.* Sic Carrio, non modo in editione Stephani, sed etiam I. Emendat. 3. At omnes et editi et scripti: *esset, ut ea res:* idque mutandum non fuisse ad III. 9. monuimus. Idem ait in membranis extra ordinem correctum se reperisse, *capi al esset.* Quæ vereor, ne fuerint Buslidianæ, unde tales extra ordinem correctiones, interdum non bonas, hominem ascivisse supra notavimus. Sed et ipse vulgatam se non mutare testatur, cum et calamo exarati libri eam defendant, nec meminerit usquam legi *eam rem capital esse.* Lincoln. *prensus esset ut ea res.*' J. F. Gronov. *Esset, ea res* Delph.—14 Ita vett. edd. vulgo *indiem.*—15 Vet. ed. *etiam ante.*—16 'Ita

NOTÆ

[a] *Euclidem ... Socraticum*] Euclides Socraticus Megaricus alius est ab insigni mathematico cognomine, qui Ptolemæi Lagidæ temporibus Alexandriæ claruit, Socratico aliquanto posterior. Hic auctor fuit sectæ philosophorum, qui ab ipso dicti sunt Megarici, deinde ἐριστικοὶ sive contentiosi, ac demum διαλεκτικοὶ, quippe qui se dialecticæ totos addicerent. *Strabo, Laërtius.* Annis ante Christum CCCLX. floruit.

[b] *Megaris*] Megara, quæ et in plurali neutro, et in singulari fœminino dicitur, urbs est Achaiæ ad sinum Saronicum. Etiamnum hodie dicitur *Megra.*

ante [15] id decretum et esse Athenis et audire Socratem consueverat, postquam id decretum sanxerunt, sub noctem, cum advesperasceret,[16] tunica longa muliebri indutus et pallio versicolore amictus, et caput rica[f c] velatus,[17] e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat;[g] ut vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumque ejus fieret particeps: rursusque sub lucem [18] millia passuum paulo amplius viginti,[d] eadem veste illa tectus,[19] redibat. At nunc,' inquit, 'videre est philosophos ultro currere, ut doceant, ad fores juvenum divitum; eosque ibi sedere atque operiri prope ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant.'[h]

[f] *Tegumento capitis.* [g] *Conveniebat.* [h] *Expectare, usquedum auditores concoxerint omne vinum quod per noctem biberunt.*

melius in membranis legi testatur Carrio. Vulgo, *priusquam advesperasceret.* Forsan ita legi potest, *sub noctem primam, cum advesperasceret.*' Thys.—17 Vulgo *et ora relatus.*—18 Delph. *sub luce.*—19 Aliter *intectus.*

NOTÆ

[c] *Rica*] Veli genus est, quo mulieres caput obtegebant.

[d] *Millia passuum . . . viginti*] Si nostrates ad leucas revocentur, octo circiter conficient.

CAP. XI.

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quæ libuit meminisse, ad officium gravitatis dignitatisque vitæ decentia.[20]

Cum inquinatissimis hominibus non esse convicio decertandum,[a] neque in maledictis adversus impudentes et improbos velitandum,[b 1 a] quia tantisper similis et compar eo-

[a] *Cum hominibus vilissimis non esse contendendum contumeliis.*
[b] *Jurgandum.*

20 'Reg. et Schef. *ducentia:* haud dubie melius.' *J. F. Gronov.*—1 'In

NOTÆ

[a] *Velitandum*] 'Velitatio,' inquit Festus, 'dicta est ultro citroque

rum fias,[c] dum paria et consimilia dicas atque audias, non minus ex oratione Q. Metelli Numidici sapientis viri cognosci potest, quam ex libris et disciplinis philosophorum. Verba hæc sunt Metelli adversus Cn. Manlium[2] tribunum plebei, a quo apud populum in concione lacessitus jactatusque fuerat dictis petulantibus: 'Nunc quod ad illum attinet, Quirites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictitaverit,[3] quem ego mihi neque amicum recipio neque inimicum respicio,[4] in eum ego non sum plura dicturus. Nam eum indignissimum arbitror, cui a viris bonis benedicatur; tum ne idoneum quidem, cui a probis maledicatur. Nam si in eo tempore hujuscemodi homunculum[d] nomines, in quo pœnire non possis;[e] majore honore quam contumelia afficias.'

[c] *Quia redderis quodammodo æqualis et suppar eorum.*
[d] *Parvum hominem.* [e] *Quem nequeas punire.*

Ms. quodam *volutandum*: male.' *Thys.*—2 Lincoln. *C. Mallium.* Schef. *C. Manilium*, sed *C. Mamilium* legi suadet Pighius in annalibus a. U. C. 648. Ascripsit Sciopp. 'v. c. *C. Manlium.*'—3 Vulgo, *dictaverit.*—4 Quidam codices non habent hanc vocem.

NOTÆ

probrorum objectio, ab exemplo velitaris pugnæ. Plautus: 'Nescio quid velitati estis inter vos.'' 'Velites' enim, eodem auctore, 'dicuntur expediti milites quasi volites, id est, volantes.'

CAP. XII.

Quod neque testamentum, *sicuti Servius Sulpicius existimavit, neque* sacellum, *sicuti C. Trebatius, duplicia verba sunt,*[a] *sed a* testatione *alterum*[b] *productum, alterum*[c] *a sacro diminutum.*[5]

SERVIUS SULPICIUS jureconsultus, vir ætatis suæ doctissi-

[a] *Ex duobus vocabulis composita.* [b] *Hoc nomen testamentum.*
[c] *Hæc vox sacellum.*

5 'Reg. *imminutum.*' J. F. Gronov. 'Sed profecto notabilius est quod latet, ac nescio cur celetur, cum in codice Regio legatur: *sed a testatione productum, alterum a sacro imminutum*, ut vox *alterum* semel modo ab Gellio fuerit

mus, in libro de sacris detestandis[6] [a] secundo, qua ratione adductus testamentum verbum esse duplex scripserit, non reperio. Nam compositum esse dixit a mentis contestatione. Quid igitur 'calceamentum,' quid 'paludamentum,'[b] quid 'pavimentum,' quid 'vestimentum,' quid alia mille per hujuscemodi formam producta; etiamne ista omnia composita dicemus? Obrepsisse autem videtur Servio, vel si quis alius est qui id prior dixit, falsa quidem, sed non abhorrens, neque inconcinna quasi mentis quædam in hoc vocabulo significatio;[d] sicut hercle C. quoque Trebatio[c] eadem concinnitas obrepsit.[e] Nam in libro de religionibus secundo, 'Sacellum est,' inquit, 'locus parvus Deo sacratus cum ara.' Deinde addit verba hæc: 'Sacellum ex duobus verbis arbitror compositum sacri et cellæ; quasi sacra cella.' Hoc quidem scripsit Trebatius: sed quis ignorat 'sacellum' et simplex verbum esse, et non ex 'sacro' et 'cella' copulatum,[7] sed ex 'sacro' diminutum?

[d] *Apparet vero Servio, vel alicui alii occurrisse in hac voce testamentum aliquam significationem mentis non absurdam neque inelegantem.*
[e] *Elegantia venit in mentem.*



positum, ut crebro fecerunt eruditiores ex Latinis, sed quia non intelligebatur hæc illorum dulcedo, hinc frequenter intrusum.' *Jac. Gronov.*—6 Lincoln. *sacris discentandis.* Ascripsit Sciopp. 'v. c. *distintandis*, f. *deictandis* lib. xv. c. 27. 'sacrorum detestatio.'' Vid. Not. Var.—7 Vet. ed. *compositum.*

NOTÆ

[a] *De sacris detestandis*] In iis libris agebat Sulpicius de sacrorum detestationibus, sive consecrationibus omnibus, quas publice in concione populi fieri oporteret in comitiis curiatis, quæ Gellius libro xv. cap. 27. calata vocat.

[b] *Paludamentum*] Ornatus erat militaris, quem potissimum adhibebant imperatores, qui tunc dicebantur paludati. Vestis erat non tantum purpura, sed etiam auro et cocco splendida.

[c] *C. quoque Trebatio*] Hic ipse est Trebatius ad quem plures Epistolas scripsit Cicero. Fuit Julii Cæsaris, quem in Gallias secutus est, familiaris, ejusque consilio Augustus usus est. Plurimos scripsit libros, sed, quod non admodum eleganter essent conscripti, minus celebres.

CAP. XIII.

De quæstiunculis apud Taurum philosophum in convivio agitatis, quæ symposiacæ[a] vocantur.[8]

FACTITATUM[a] observatumque hoc Athenis est ab iis qui erant philosopho Tauro junctiores.[b] Cum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes et asymboli[b] veniremus, conjectabamus ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum.[c] Unusquisque igitur nostrum commentus[d] paratusque ibat quod quæreret:[e] eratque initium loquendi, edundi[9] finis. Quærebantur autem non gravia nec reverenda,[f][10] sed ἐνθυμήματα[g] quædam lepida et minuta, et florentem vino animum lacessentia.[h] Quale hoc ferme est subtilitatis ludicræ, quod dicam. Quæsitum est, quando moriens moreretur;[c] cum jam in morte esset, an tum etiam cum in vita foret: et quando surgens surgeret; cum jam staret, an tum etiam cum sederet: et, qui artem disceret, quando artifex fieret; cum jam esset, an tum cum etiam non esset. 2. Utrum enim horum dicas, absurde atque ridicule[11]

[a] *Usurpatum.* [b] *Familiariores.*
[c] *Afferebamus ad sobriam cœnam non delicias epularum, sed subtilitatem quæstionum.* [d] *Meditatus.* [e] *Accedebat paratus ad proponendam aliquam quæstionem.*
[f] *Ardua.* [g] *Quæsita.* [h] *Excitantia animum vino recreatum.*

8 '*Quæ symposiacæ vocantur.* Non male, sed mutandum non erat, quod in Regio est et Schefferiano: *sympoticæ.*' J. F. Gronov.—9 Ita Ven. ed. vulgo, *eundique.* Ascripsit Sciopp. *eundi.*—10 Aliter, *verenda.*—11 'Sic apud me primus Aldus. Romana et Veneta cum Regio et Scheff. *ridiculose.* Hen. Stephanus in Pseudocicerone negaverat 'ridiculosus' Latine dici.' *J. F.*

NOTÆ

[a] *Symposiacæ*] Consule cap. 6. lib. III.

[b] *Asymboli*] Asymbolus est qui nihil conferens venit ad convivium. Dictio componitur ex α privante et altera voce σύμβολον, quod significat id quod plures in cœnæ sumtum conferunt. Gall. *l'écot.*

[c] *Quando moriens moreretur*] Quæstionem hic non admodum difficilem proponebat Taurus; quam facile solvas si dicas, hominem tunc incipere mori, cum vivere desinit; tum desinere vivere, cum incipit mori. At, inquies, eo temporis puncto quo vivere desinit et incipit mori; an vivus est, an mortuus homo? Respondeo vel esse vivum, et proxime post non futurum; vel esse mortuum, et proxime ante non fuisse: quod subtilius explicant philosophi per inceptionem et desitionem, ut ipsi quidem dicunt, tam intrinsecam quam extrinsecam.

dixeris: multoque absurdius esse videbitur, si aut utrumque esse dicas aut neutrum. Sed ea omnia cum captiones[i] esse quidam futiles et inanes dicerent: Nolite, inquit Taurus, hæc quasi nugarum aliquem ludum aspernari. Gravissimi philosophorum super hac re serio quæsiverunt: et alii moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita dici atque fieri putaverunt; alii nihil in eo tempore vitæ reliquerunt; totumque illud, quod mori dicitur, morti vindicaverunt.[k] Item de ceteris similibus in diversa tempora et in contrarias sententias discesserunt.[l] Sed Plato, inquit, noster neque vitæ id tempus neque morti dedit; idemque in omni consimilium rerum disceptatione fecit. 3. Vidit quippe utrumque esse pugnans:[m] neque posse ex duobus contrariis, altero manente alterum constitui:[n] quæstionemque fieri per diversorum inter sese finium mortis et vitæ cohærentiam: et iccirco peperit ipse expressitque aliud quoddam novum in confinio tempus,[o] quod verbis propriis atque integris τὴν ἐξαίφνης φύσιν[p] appellavit; idque ipsum ita, uti dico, inquit, in libro cui Parmenides titulus est, scriptum ab eo reperietis: τὸ γὰρ ἐξαίφνης τοιοῦτόν τι ἔοικε σημαίνειν, ὡς ἐξ ἐκείνου μεταβάλλον εἰς ἑκάτερον.[q] Tales apud Taurum symbolæ,[12] taliaque erant secundarum mensarum,[d] ut ipse dicere solitus erat, τραγήματα.[r] [e]

[i] *Sophismata vana et puerilia.* [k] *Attribuerunt.*

[l] *Similiter ejusmodi quæstionibus assignarunt varia tempora juxta diversas opiniones.* [m] *Oppositum.* [n] *Manere.*

[o] *Et disputationem oriri ex conjunctione variorum inter se terminorum mortis et vitæ, et idcirco excogitavit, et attulit aliquod aliud novum tempus in illa vicinitate mortis et vitæ.* [p] *Subitaneam naturam.*

[q] *Subito enim tale quid videtur significare, ut ex hoc transiens ad aliud.*

[r] *Bellaria.*

Gronov.—12 Aliter *talia Symbola.*

NOTÆ

[d] *Secundarum mensarum*] Secundæ mensæ erant fructus, et cetera ejusmodi bellaria, quæ sublatis carnibus secundo loco apponebantur. Gall. *le dessert.*

[e] Τραγήματα] Ea sunt quæ ad mensam apponuntur, ἀπὸ τοῦ τρώγειν comedere.

CAP. XIV.

Pœniendis peccatis tres esse rationes a philosophis attributas, et quamobrem Plato tantum duarum ex his meminerit.[13]

Pœniendis[a] peccatis tres esse debere causas existimatum est.[a] Una est, quæ νουθεσία, vel κόλασις, vel παραίνεσις[b] dicitur; cum pœna adhibetur[14] castigandi atque emendandi gratia, ut is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque:[15] altera est, quam ii, qui vocabula ista curiosius diviserunt, τιμωρίαν[c] appellant.[16] Ea causa animadvortendi est, cum dignitas auctoritasque ejus, in quem est peccatum, tuenda est, ne prætermissa animadversio contemtum ejus pariat et honorem levet:[d][17] iccircoque id ei vocabulum a conservatione honoris[b] factum putant. 2. Tertia ratio vindicandi[e][18] est, quæ παράδειγμα[f] a Græcis nominatur, cum pœnitio propter exemplum est necessaria, ut ceteri similibus a peccatis, quæ prohiberi publicitus interest, metu cognitæ pœnæ deterreantur. Iccirco veteres quoque nostri exempla pro maximis gravissimisque pœnis dicebant. Quando igitur aut spes magna est, ut is, qui peccavit, citra pœnam[g] ipse sese ultro corrigat: aut spes contra nulla est emendari eum posse et corrigi: aut jacturam dignitatis, in quam peccatum est, metui non necessum est;[h]

[a] *Philosophi crediderunt triplicem esse modum castigandæ culpæ.*
[b] *Increpatio, aut castigatio, aut admonitio.* [c] *Pœnam.*
[d] *Diminuat dignitatem.* [e] *Puniendi.* [f] *Exemplum.*
[g] *Sine supplicio.* [h] *Aut non oportet timere damnum honoris ejus qui offensus est.*

13 'Auget Regius, *meminerit, non trium.*' J. F. Gronov. 'Sed ab eodem vox *tantum* ignoratur.' *Jac. Gronov.*—14 'Ut remedium, curatio, fomenta. Si quis tamen bonæ fidei codex præferret *inhibetur*, non repugnarem. Vide ad Livium.' *J. F. Gronov.*—15 'In vet. quoque ed. legitur, *correctior*: forsan *correctus.*' Thys.—16 In Ms. *appellabant.*—17 Aliter *elevet.*—18 Vet. ed. *vin-*

NOTÆ

[a] *Pœniendis*] Pœnire vocabulum antiquum pro punire.

[b] *Vocabulum a conservatione honoris, &c.*] Τιμωρία pœna est quæ idcirco infligitur, ut conservetur alterius honor, qui Græce τιμὴ dicitur.

aut non id peccatum est, cujus exemplo necessario metu succurrendum sit:[i] [19] tum, quicquid ita delictum est, non sane dignum esse imponendæ pœnæ studium visum est.[k] 3. Has tres ulciscendi rationes et philosophi alii plurifariam,[l] et noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis[c] composuit, scriptas reliquit. Plato autem ipse verbis apertis duas solas esse pœniendi causas dicit: unam, quam primo in loco propter corrigendum; alteram, quam in tertio propter exempli metum posuimus. Verba sunt hæc Platonis in Gorgia: προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι [20] γίνεσθαι, καὶ ὀνίνασθαι, ἢ παράδειγμά τι τοῖς ἄλλοις γίνεσθαι, ἵνα ἄλλοι ὁρῶντες πάσχοντα ἃ ἂν πάσχοι, φοβούμενοι βελτίους γίνωνται.[m] In hisce verbis, facile intelligas τιμωρίαν Platonem dixisse, non ut supra scripsi quosdam dicere, sed ita ut promiscue[n] dici solet, pro omni pœnitione. 4. Anne autem[o] quasi omnino parvam et contemtu dignam præterierit pœnæ sumendæ causam propter tuendam læsi hominis auctoritatem, an magis, quasi ei, quam dicebat, rei non necessariam prætermiserit, cum de pœnis, non in vita, neque inter homines, sed post vitæ tempus capiendis [1] scriberet, ego in medium relinquo.

[i] *Cujus pœnæ exemplum terrore requisito debeat alios avertere.*
[k] *His in occasionibus peccatum non dignum esse pœna visum est.*
[l] *Pluribus locis.*
[m] *Convenit autem omnem qui castigatur ab alio recte castigante aut meliorem fieri, et fructum capere, aut exemplum aliis esse; ut omnes videntes patientem quæ patitur, territi fiant meliores.* [n] *Sine discrimine.*
[o] *Ego vero judicandum relinquo, an omiserit tanquam levem et contemnendam causam repetendi supplicii ad defendendam dignitatem offensi, an potius tacuerit quasi non utilem ei rei de qua loquebatur, cum intelligeret pœnas non per vitam, neque in terra, sed post vitæ spatium exigendas.*

dictæ.—19 'Vett. edd. legunt *sanciendum sit:* sed tum legendum, *exemplum.*' Thys. Conjicit J. F. Gronov. *occurrendum.*—20 Aliter βελτίονα.—1 In Ms. quodam *capiendum.*

NOTÆ

[c] *Gorgiam Platonis*] Gorgias Dialogus Platonis, in quo rationem edocet, qua vanæ Rhetorum sophistarum argutiæ refellantur. Nomen habet ab interlocutore Gorgia Leontino Rhetore, Isocratis magistro, qui, ut refert Tullius, in maxima hominum turba dicere jubebat si quis quid quæreret, et primus se ad omnia de quibus quisque audire vellet esse paratum denuntiavit.

CAP. XV.

De verbo, quiesco, *an* e *litera corripi an produci debeat.*

Amicus noster homo multi studii atque in bonarum disciplinarum opere frequens,[a] verbum, 'quiescit,' usitate, *e*,[a] litera correpta dixit. Alter item amicus homo, in doctrinis, quasi in præstigiis,[b] mirificus,[b] communiumque vocum respuens nimis et fastidiens,[c] barbare eum dixisse opinatus est; quoniam producere debuisset, non corripere. Nam, 'quiescit,' ita oportere dici prædicavit,[d] ut 'calescit,' 'nitescit,' 'stupescit,' atque alia hujuscemodi multa. Id etiam addebat, quod, 'quies,' *e*, producta,[2] non brevi diceretur. 2. Noster autem, qua est omnium rerum verecunda[3] mediocritate,[e] ne si Ælii quidem, Cincii, et Santræ[c][4] dicendum ita censuissent, obsecuturum sese fuisse ait contra perpetuam Latinæ linguæ consuetudinem; neque se tam insignite[5] locuturum, absona inauditaque ut di-

[a] *In varia eruditione multum versatus.* [b] *Excultus literis ad prodigium.*
[c] *Solitus contemnere et rejicere vulgaria vocabula.*
[d] *Dixit insolenter.* [e] *Ut est in omnibus rebus valde moderatus.*

2 Vet. ed. *producto.*—3 Ascripsit Sciopp. *verecundia.*—4 Vulgo *Satyri.* Vid. Not. Var. '*Sinnii,* opinor, *et Santræ* voluerunt docti viri. Recte posterius, et juvant hactenus scripti, ut referant *Satire.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *Ancii et Sandræ.*—5 'Vulgo, *insigniter.* Ita et Cicero loquitur lib. II. de Oratore, et Plautus passim. Gryphius legit *insite,* typographorum, ut puto, errore, pro *inscite.* Notandum tamen *insignite* in pejorem quandoque partem accipi. Ita 'insignite' et 'insignitus' a Plauto sæpe usurpatur.' *Thys.* 'Tres Gryphianæ mihi præsto sunt; in omnibus video *insignite,* in

NOTÆ

[a] *E, litera correpta*] Nemini dubium hactenus fuit, quin secundam syllabam saltem positione longam haberet verbum 'quiesco;' aliud igitur intelligit Gellius. Nempe Græcorum ad morem alludit, qui in oratione soluta *e* modo longum, et pleniore voce, ut in vocabulo 'ecquis,' modo breve, ut in 'egredior,' pronuntiabant clarius. Quod *e* Latinum efferebatur eodem sono quo η Græcum censebatur esse longum in oratione soluta: si vero pronuntiaretur ut ε, habebatur breve.

[b] *Præstigiis*] Præstigiæ delusiones sunt, cum quis subtili manuum dexteritate res alias exhibet quam revera sint, et oculos præstringit.

[c] *Ælii, Cincii, et Santræ* [*Satyri*] Veteres Romani, quorum auctoritas præsertim in nativa lingua magni debebat esse ponderis.

ceret:[f] literas autem super hac re fecit inter exercitia quædam ludicra: et, 'quiesco,' non esse his simile, quæ supra posui, nec a 'quiete' dictum, sed ab eo 'quietem;' Græcæque vocis ἔσχον καὶ ἴσκον Ionice a verbo ἔσχω ἴσχω et modum et originem verbum illud[6] habere demonstravit: rationibusque haud sane frigidis docuit, 'quiesco,' *e*, litera longa dici non convenire.[7]

[f] *Et non se ita male locuturum, ut proferret absurda et insolentia.*

nulla istud *insite*, quod ignoro qua in editione latens produxerit.' *Jac. Gron.* —6 Ascripsit Sciopp. *istud.*—7 Vid. Not. Var.

CAP. XVI.

Notatum verbum,[8] deprecor, *a poëta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie, deque ratione ejus verbi, exemplisque veterum scriptorum.*

EJUSMODI quispiam[a 9] qui tumultuariis et inconditis[10] linguæ exercitationibus ad famam se facundiæ permiserat, neque orationis Latinæ usurpationes veras[11] didicerat, cum in Lycio[a] forte vespera[b] ambularemus, ludo ibi et voluptati nobis fuit.[c] Nam cum esset verbum, 'deprecor,' doctiuscule[d] positum in Catulli[b] carmine; quia id ignora-

[a] *Certus quidam ejus generis homo, qui cursim ac temere exercitatus in lingua Latina sibi comparaverat nomen eloquentis, neque callebat proprias significationes verborum Latinorum.*

[b] *Sub tempus serotinum.* [c] *Derisus nos recreavit.* [d] *Reconditiore modo.*

8 'Ante Carrionem, *Notum verbum.* In Reg. utraque vox abest; neque illas magnopere requirimus.' *J. F. Gronov.*—9 '*Ejusmodi quispiam.* Hæc verba usque ad *cum in Lycio* superiori capiti annexa erant, etiam in antiquis editionibus. Locum hunc ita restituit Carrio.' *Thys.*—10 Vulg. *modicis.*—11 'Ita in membranis legi testatur Carrio lib. II. Em. c. 8. In antiquis ta-

NOTÆ

[a] *Lycio*] Lycium vel Lyceum locus fuit prope Athenas celeberrimus, ubi philosophiæ ludum Aristoteles aperiebat.

[b] *Catulli*] C. Valerius Catullus, poëta lascivus, natus est Veronæ anno, ut ait Eusebius in Chron. II. Olymp. CLXXIII. scilicet U. C. DCLXVII. ante

bat, frigidissimos versus esse dicebat, omnium quidem meo judicio [12] venustissimos, quos subscripsi:

‘Lesbia [e] mi dicit semper male,[13] nec tacet unquam
De me Lesbia: me dispeream nisi amat.[14]
Quo signo? quasi non totidem [15] mox deprecer illi
Assidue: verum dispeream nisi amo.’

‘Deprecor’ hoc in loco vir bonus ita dictum esse putabat,[16] ut plerumque a vulgo dicitur, quod significat valde precor et oro et supplico; in quo, ‘de,’ præpositio ad augendum et cumulandum valet. Quod si ita esset; frigidi sane ver-

[e] *Lesbia de me male semper loquitur, et nunquam Lesbia de me silet: moriar nisi me amat. Quo argumento? Quasi non semper ab ea precibus meis averterem id quod mihi imprecatur. Sed moriar nisi amo.*

men editionibus legitur, *modos usurpationesve ullas.*’ Thys.—12 ‘Lincoln. *omnium in eo quidem meo jud.* seu probare libeat, sive ut ortum ex repetitione mala damnare.’ *Jac. Gronov.* ‘Sed equidem non damno, quæ sententiam accommodant bonam. Nimis fortasse audax fuisset judicium Gellii, si hos versus Catulli omnibus omnium ejusdem poëtæ præferre voluisset carminum. At id non facit; sed restringit suum judicium in hoc carmen, unde isti versus sumti sunt.’ *Otho.* ‘*Meo judicio.* Abest prior vox.’ *Sciopp.*—13 ‘Si quid ego judicare possum, legendum esse censeo *mala*, quod significet infausta, quæ malum habeant omen. Sic Ovid. Ibide vers. 500. ‘Dixerat invito quæ mala verba Deo.’ Atque sic melius convenient, quæ infra sequuntur, ubi itaque legendum esse puto: — *quasi non eadem mox deprecer illi Assidue:* quam certe emendationem indicare videtur Ms. Lincoln. nisi quod *ea*, quod loco τοῦ *toti* ponere debebat, τῷ *mox* substituit. Mihi certe *totidem* et *assidue*, si utrumque retinere velis, ταυτολογίας vitio laborare videntur. Tu judica amplius.’ *Otho.*—14 Ascripsit Sciopp. *De me: Lesbia me dispereat nisi amat.* —15 ‘Sic Jos. Scaliger constituit ex vetustis Gellii exemplaribus, quorum se penes ait esse descriptionem. Prius habebatur: *Cui ego quasi eadem totidem.* Lincoln. et Schef. *Quo signo quas in totidem ea deprecor illam.* Sane τὰ *quas in* mirum non est pro *quasi non* poni. *Totidem ea* subrepsisse videtur pro *totidem mala.* Ut integrum sit: *Quo signo? quasi non totidem mala deprecer illi Assidue: verum dispeream, nisi amo.*’ J. F. Gronov. ‘Ex his patet pravam fiduciam fuisse Isaaci Vossii, tum juvenis non dubitantis, quin etiam in melioribus Gellii codicibus scriptum inveniatur *quia sunt totidem mea* in Notis ad Ignatii Epistolas, tum senis in editione observationum ad Catullum perseverantis in semel admisso illo *quia sunt totidem mea. Deprecor illam Assidue.* Quo nihil aliud evincit, quam ut Catullo impingat indecens ὕστερον πρότερον, cum ista ratio testandi amoris per execrationem fuerit causa, cur assidue illam deprecetur, unde antecedere debuit. Inepta est confessio deprecationis assiduæ, ut tunc per adversativam rationem attexas amoris tui declarationem. Mstos clare patet velle *quasi non totidem mea deprecēr illam Assidue.*’ Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. ‘*quia sin totidem ea deprecer illam* v. c.’—16 Vet. ed. *putat.*

NOTÆ

Christum LXXXVII. Obiit anno ætatis XXX.

sus forent. Nunc enim contra omnino est: nam 'de,' præpositio, quoniam est anceps,[e] in uno eodemque verbo diversitatem significationis capit; sic enim, 'deprecor,' a Catullo dictum est, quasi detestor, vel execror, vel depello, vel abominor. Contra autem valet,[f] cum Cicero pro P. Sylla ita dicit: 'Quam multorum hic vitam a Sylla[17] deprecatus.'[g] Item in dissuasione legis agrariæ: 'Si quid deliquero; nullæ sunt imagines[18] quæ me a vobis deprecentur.' 3. Sed neque solus Catullus ita isto verbo usus est. Pleni adeo sunt libri Veterum similis in hoc verbo significationis, ex quibus unum et alterum, quæ suppetierant,[h] apposui. Q. Ennius in Erechtheo[d] non longe secus dixit quam Catullus:

'Quibus nunc,' inquit, 'ærumna mea libertatem paro,
Quibus servitutem mea miseria deprecor?'[i]

significat[19] abigo et amolior, vel prece adhibita,[20] vel quo alio modo. 4. Item Ennius[1] in Cresphonte:[e 2]

'Ego cum meæ vitæ parcam; letum inimico deprecor.'[3]

Cicero in libro sexto[4] de Republica ita scripsit: 'Quod quidem eo fuit majus, qui[5] cum causa pari collegæ essent, non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudii invidiam Gracchi caritas deprecabatur.'[k] Hic quoque item

[f] *Habet sensum contrarium.* [g] *Multum precatus.* [h] *Occurrerant.*
[i] *Quibus jam calamitate mea affero libertatem, a quibus mea calamitate depello servitutem.*
[k] *Adeo dilectus erat Gracchus, ut ejus causa excusarentur culpæ Claudii.*

—17 'Lincoln. Schef. Excerpta bibliothecæ publicæ: *vitam sit a Sulla.* Legendum: *quam multorum hic vitam est a Sulla deprecatus:* ut apud ipsum Ciceronem habetur cap. 26.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *multorum hic vitam est a L. Sulla deprecatus.*—18 In antiq. ed. *virgines.*—19 In Ms. *signat.* —20 Vet. ed. *addita.*—1 Aliter, *Idem Ennius.*—2 Vulg. *Ctesiphonte.*—3 Ascripsit Sciopp. *deprecer.*—4 Vett. edd. *quinto.*—5 Vet. ed. *quia.*—6 '*Propulsabat*

NOTÆ

[e] *Anceps*] Significare videtur id quod ex utraque parte caput habeat, ut indicat Festus: sed magis a capiendo, quod ex utraque parte æque capiatur, appellatum est.

[d] *Erechtheo*] Erechtheus Ennii tragœdia.

[e] *Cresphonte*] Cresphon ejusdem Ennii tragœdia.

non est valde precabatur, sed quasi propulsabat et defendebat invidiam.[6] Quod Græci propinqua[7] significatione παραιτοῦμαι[18] dicunt. 5. Item pro A. Cæcina[9] consimiliter[10] Cicero verbo isto utitur. 'Quid,' inquit, 'huic homini facias? nonne concedas interdum ut excusatione summæ[11] stultitiæ,[m] summæ improbitatis odium deprecetur?' item in Verrem actionis secundæ primo;[12] 'Nunc vero quid faciat Hortensius? avaritiæne crimina frugalitatis laudibus deprecetur? an hominem flagitiosissimum, libidinosissimum, nequissimumque defendat?' Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quæ Lesbiam, quod et malediceret[13] ei palam, respueretque et recusaret detestareturque assidue; et tamen eam penitus deperiret.[n]

[l] *Deprecor.* [m] *Ut prætextu stultitiæ tegat maximam nequitiam.*
[n] *Ad insaniam amaret.*

invidiam. Rom. et Ven. *propulsabat et defendebat invidiam.* Aldus, Vascos. Gryph. *propulsabat et defensabat injuriam*, quod Scheff. et Lincoln. affirmant.' *J. F. Gronov.* *Et defendebant* absunt a Delph.—7 In Ms. *propria.*—8 Ascripsit Sciopp. *παραιτεῖσθαι.*—9 '*Item pro A. Licinio.* Schef. *paulo cena.* Lincoln. *paulo cenua.* Scribe *pro A. Cæcina:* nam in ea oratione cap. 11. extant hæc verba.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *cecina.* *Pro A. Licinio* dant Lugd. Bat. Delph.—10 Vet. ed. *similiter.*—11 '*Summæ.* Ita vet. ed. A quibusdam edd. abest.' *Thys.*—12 Vet. ed. *procemio.*—13 '*Quærens veniam quod et malediceret.* Schef. *quæ res qui et malediceret.* Lincoln. *quæ res viam q. et maled.* Demonstrant opinor: *Sic igitur Catullus eadem se facere dicit, quæ Lesbiam, qui et malediceret ei palam, &c.*' J. F. Gronov. 'Fortassis erat, ut mihi quidem admodum fit verisimile: *quæ Lesbia, ut quæ mala diceret ei palam*, et quæ sequuntur.' *Otho.* *Quærens veniam* Lugd. Bat. Delph.

CAP. XVII.

Quis omnium primus libros publice præbuerit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.

LIBROS Athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos primus posuisse dicitur Pisistratus[a] ty-

NOTÆ

[a] *Pisistratus*] Pisistratus absente Solone cum sibi populum blandis sermonibus et ficta probitate conciliasset, Athenis Tyrannidem occupavit.

rannus: deinceps studiosius accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt: sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes,[b] Athenarum potitus, urbe ipsa præter arcem incensa abstulit asportavitque in Persas. Hos porro libros universos multis post tempestatibus[a] Seleucus rex,[c] qui Nicanor[14] appellatus est,[15] referendos Athenas curavit. Ingens postea numerus librorum in Ægypto a Ptolemæis[d] regibus vel conquisitus vel confectus est ad millia ferme voluminum septingenta: sed ea omnia bello priore Alexandrino,[e] dum diripitur ea civitas, non sponte neque opera consulta, sed a militibus forte[b] auxiliariis incensa sunt.

[a] *Post longum tempus.* [b] *Casu.*

14 Ascripsit Sciopp. '*f. Nicator.*' quod et legendum monet Falster.—15 Τὸ *est* non habent Lugd. Bat. Delph.

NOTÆ

Bis pulsus in exilium, post annos undecim eandem usurpavit potestatem. Mortuus est anno XXXIII. ab initio primi dominatus, anno I. Olymp. L. ante Christum DLXXX.

[b] *Xerxes*] De quo vide Notas in cap. 21. lib. XVII.

[c] *Multis post tempestatibus Seleucus rex, &c.*] Anno CLXVIII. post incensas a Xerxe Athenas, scilicet XII. post Alexandri Magni mortem, Seleucus Nicanor Seleucidarum æram et imperium in Syria stabilivit, et paulo post bibliothecam illam Athenas referendam curavit. Regnavit Seleucus annos XXXII. obiit anno ante Christum CCLXX.

[d] *Ptolemæis*] Post Alexandri mortem, Ægypti reges Ptolemæorum, ut imperatores Romani Cæsarum, nomen assumsere. E Ptolemæis autem regibus Philadelphum maxime videtur innuere, qui, ut splendidissimam Alexandriæ bibliothecam exstrueret, non modo varios ex toto terrarum orbe codices opera Demetrii Phalerei conquisivit, sed etiam sacras literas ex Hebraica in Græcam linguam a LXX. interpretibus transferri jussit anno regni VIII. ante Christ. CCLXXV.

[e] *Bello priore Alexandrino*] Victum in Pharsalicis campis Pompeium cum Cæsar in Ægyptum fugientem persequeretur, appulsus Alexandriam audiit Pompeium occisum a Ptolemæo Dionysio, a quo pæne oppressus est, Quinetiam classem suam, ne hostium in manus veniret, coactus est incendere: tumque celeberrima Alexandriæ bibliotheca, in qua septingenta voluminum millia numerabantur, conflagravit anno Urbis Conditæ DCCVII. ante Christum XLVII. *Plutarch. Florus, &c.*

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER VII.

CAP. I.

Admiranda quædam[1] *de P. Africano superiore ex annalibus sumta.*

QUOD de Olympiade, Philippi regis uxore, Alexandri matre, in historia Græca scriptum est, idem de P. Scipionis quoque matre, qui prior Africanus appellatus est, memoriæ datum est.[a] Nam et C. Oppius[a] et Julius Higinus, aliique, qui de vita et rebus Africani scripserunt, matrem ejus diu sterilem existimatam tradunt;[2] Publium quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperavisse. Postea in cubiculo atque in lecto mulieris, cum absente marito cubans sola obdormisset,[3] visum repente juxta eam cubare

[a] *In historia Romana scriptum est.*

1 Reg. ignorat τὸ *quædam*.—2 In Ms. quodam, *cedunt*.—3 '*Atque in lecto, cum absente marito cubans sola obdormisset.* Editi scriptique *in lecto mulieris;* quod cur truncarint Carrio aut Stephanus, ipsi rationem reddant. Dein Reg. et Rot. *sola condormisset,* verbo Plautino et minus vulgato: ideo mutandum fuit. Tum Reg. et Rott. *visum repente esse juxta eam.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

[a] *C. Oppius*] Julii Cæsaris familiaris amicus, a nonnullis creditus auctor operum quæ Hirtio ab aliis tribuerentur.

ingentem anguem; eumque, iis qui viderant territis et clamantibus, elapsum inveniri non quisse:[4] idipsum P. Scipionem ad haruspices retulisse: eos, sacrificio facto, respondisse fore ut liberi generentur:[5] [b] neque multis diebus postquam[6] ille anguis in lecto visus est, mulierem cœpisse[7] concepti fœtus signa atque sensum pati: exinde mense decimo peperisse; natumque esse hunc P. Scipionem Africanum,[8] qui Hannibalem et Carthaginienses in Africa bello Pœnico secundo vicit. Sed et eum impendio magis[b] ex rebus gestis quam ex illo ostento[c] virum esse virtutis divinæ creditum est. 2. Id etiam dicere haud piget, quod idem illi, quos supra nominavi, literis mandaverint, Scipionem hunc Africanum solitavisse[c] noctis extremo, priusquam dilucularet,[d] in Capitolium ventitare, ac jubere aperiri cellam[e] Jovis, atque ibi solum diu demorari quasi consultantem de republica cum Jove; æditu osque[9] ejus templi sæpe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios sævientes neque latrarent eum[10] neque incurrerent. 3. Has vulgi de Scipione opiniones confirmare atque approbare videbantur

[b] *Multo magis.* [c] *Sæpe solitum esse.* [d] *Antequam luceret aurora.*
[e] *Sacellum.*

—4 '*Elapsum inveniri nequisse.* Scripti editique ante Stephanum, *non quisse:* idque potius interdum visum antiquis monuimus ad Plinium.' *J. F. Gronov.* —5 'Sic Carrio: nec mihi excidit Lucretii, 'extra corpus durare genique.' Sed Reg. Rot. et quicquid est nostrum, *gignerentur.*' Idem. *Gignerentur* etiam vet. ed. ap. Thys.—6 Vet. ed. *posteaquam.*—7 'Vet. ed. et Ms. *concepisse.*' Thys. '*Mulierem concepisse; concepti fœtus signa,* &c. Lege absque interpunctione: *mulierem cœpisse concepti fœtus signa atque sensum pati.* Et sensus hujus loci integer erit, qui alioquin hæret.' *Lambecius.* 'Reg. et Rot. *mulierem cepisse.* Indicant nimirum: *mulierem cœpisse concepti fœtus signa atque sensum pati:* quod nec fugit Lambecium.' *J. F. Gronov.*—8 'Cognomen medium nec in Reg. nec in Lincoln. animadverti, sed tantum *hunc P. Africanum.*' Jac. Gronov.—9 Reg. et Rot. *æditumosque.*—10 Conjicit Thys. *in eum:* im-

NOTÆ

[5] *Generentur*] Pro gignerentur, ab antiquato verbo geno.

[c] *Ostento*] 'Ostentum Labeo definit esse contra naturam cujusque rei genitum factumque.' Ulpian. Tit. de Verb. signif. At Tullius lib. de Nat. Deor. 'Prædictiones,' inquit, 'rerum futurarum quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ sint ostendi, monstrari, portendi, prædici, ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicuntur?'

dicta factaque ejus pleraque admiranda.[11] Ex quibus est unum hujuscemodi. Assidebat[f] oppugnabatque oppidum in Hispania, situ,[12] mœnibus, defensoribus validum et mœnitum, re etiam cibaria copiosum:[g] nullaque ejus potiundi spes erat, et quodam die jus in castris sedens dicebat: atque ex eo loco id oppidum procul videbatur.[13] Tum e militibus, qui in jure apud eum stabant, interrogavit quispiam ex more in quem diem locumque vadimonium promitti juberet;[h] et Scipio manum ad ipsam oppidi, quod obsidebatur, arcem protendens, Perendie,[i] inquit, sese sistant illo in loco: atque ita factum. Die tertio, in quem vadari[k] jusserat, oppidum captum est: eodemque die[14] in arce ejus oppidi jus dixit.

[f] *Obsidebat.* [g] *Firmum et commeatu abundans.*
[h] *Sponsionem sistendi in judicio.* [i] *Post crastinam diem.*
[k] *Vadimonium statui.*

probat Otho.—11 Ms. *ammiranda.*—12 Ms. *situm.*—13 Rot. et Reg. *visebatur.* —14 Lincoln. *eodemque eo die.*

CAP. II.

De Cæsellii Vindicis pudendo errore; quem offendimus in libris ejus, quos inscripsit Antiquarum Lectionum.

Turpe erratum offendimus in illis celebratissimis commentariis Lectionum antiquarum Cæsellii Vindicis, hominis Hercle pleraque haud indiligentis.[a] Quod erratum multos fugit, quanquam multa in Cæsellio reprehendendo etiam per calumnias rimarentur.[b] Scripsit autem Cæsellius Q. Ennium in tertiodecimo[15] annali, 'cor,' dixisse masculino genere. Verba Cæsellii subjecta sunt: 'Masculino genere, *cor*, ut multa alia enuntiavit Ennius. Nam in ter-

[a] *Certe fere omnibus in rebus satis accurati.*
[b] *Licet examinando scripta Cæsellii plurima redarguerent calumniose.*

15 Aliter in XII. et ita in Ms. quodam. 'Reg. et Rot. in XIII. *annali cor dixisse:* perinde ut mox in verbis Cæsellii, ubi admisit Carrio.' *J. F. Gronov.*

tiodecimo annali, quem cor, dixit.' Ascripsit deinde versus Ennii duo:[16]

' Hannibal audaci cum[17] pectore dehortatur
Ne bellum faciam: quem credidit esse meum cor?'[c]

Antiochus est, qui hoc dicit, Asiæ rex. Is admiratur et permovetur, quod Hannibal Carthaginiensis bellum se facere populo Romano volentem dehortetur. 2. Hos autem versus Cæsellius sic accepit, tanquam si Antiochus sic dicat: Hannibal me, ne bellum geram, dehortatur. Quod cum facit, æquale cor putat habere me ei.[18] Quam stultum esse me credit, cum id mihi persuadere vult? hoc Cæsellius quidem, sed aliud longe Ennius. Nam tres versus sunt, non duo, ad hanc Ennii[19] sententiam pertinentes. Ex quibus tertium versum Cæsellius non respexit:

' Hannibal audaci cum pectore de me hortatur,
Ne bellum faciam: quem credidit esse meum cor
Suasorem summum et studiosum robore belli.'[d]

3. Horum versuum sensus atque ordo sic opinor est: Hannibal ille audentissimus atque fortissimus, quem ego credidi (hoc enim est,[20] ' cor meum credidit:' proinde[1] atque diceret, quem ego stultus homo credidi) fore summum suasorem ad bellandum, is me dehortatur, dissuadetque ne bellum faciam. Cæsellius autem forte ῥαθυμότερον ῥαφῇ[e] ista

[c] *Hannibal qui est fortis animi me deterret quominus geram bellum quem credit esse meum cor?*

[d] *Quem Hannibalem mea mens putavit esse impulsorem magnum et auctorem belli ob fortitudinem.* [e] *Negligentius conjunctione ista, &c.*

' Id Salmasius exponebat *in tredecimo annali.*' Jac. Gronov.—16 Ita Reg. et Rot. Vulg. *duos.*—17 Vet. ed. *dum.* ' Nonius legit *de me hortatur*, id est, ' me dehortatur,' et ita quoque habent Ms. codices Nonii, tmesi figura, quæ Lucilio ita erat familiaris, ut Ausonius Epistola ad Theonem illi domesticam esse dixerit.' *Thys.*—' Scribendum utrobique *dum pectore de me hortatur*, docuit primus Jacobus Schegkius. Et posteriore loco sic omnino exhibent Regius et Rottendorfianus.' *J. F. Gronov.*—18 ' *Æqualem cor putat habere me ei.* Carrionium est *æqualem*: quasi sensum, quem Cæsellius Ennii esse putavit, non posset exprimere Gellius, nisi et cum Cæsellio solœcismum faceret. Omnes *æquale.* Scribo: *ecquale cor putat habere me? et quam stultum esse credit?* Scribendum esse *et* pro *ei* vidit et Phil. Rubenius.' *J. F. Gron.* Ascripsit Sciopp. ' v. c. *ecquale*: et mox *et quam* pro *ei quam.*' *Æqualem* dat Delph. —19 ' Reg. *ad hanccennii.* Leg. *ad hancce Ennii.*' Jac. Gronov.—20 Reg. et Lincoln. *hoc est enim.*—1 Vet. ed. *perinde.*—2 ' Sic primus Aldus. Mss. *rathi-*

verborum[2] captus 'quem cor' dictum putavit, et 'quem' accentu acuto legit, quasi ad cor referatur,[3] non ad Hannibalem. Sed non fugit me, si aliquis sit tam inconditus,[4] sic posse defendi 'cor' Cæsellii masculinum, ut videatur tertius versus separatim atque divise legendus. Proinde quasi præcisis interruptisque verbis exclamet Antiochus: 'Suasorem summum!' sed non dignum est eis, qui hoc dixerint, responderi.

moteron junctura ista: alii *rhatkimoteron id est junctura ista.* Ro. et Veneta: *ῥαθυμότερον i. desidiosius ῥαφῇ* i. *junctura ista.* Bene opinor Aldus.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *vinctura.*—3 'Scribe cum melioribus, *referretur.* Schef. *refertur.*' J. F. Gronov. *Referretur* ascripsit Sciopp.—4 'Reg. simul et Lincoln. *increditus*, pro 'ineruditus,' ut seq. cap. 'inerudite et ἀναγώγως.' Quin et statim uterque *quasi depræcisis.*' Jac. Gronov.

CAP. III.

Quid Tullius Tiro[5] Ciceronis libertus reprehenderit in M. Catonis oratione, quam pro Rhodiensibus in Senatu dixit; et quid ad ea, quæ reprehenderat, responderimus.

Civitas Rhodiensis[a] et insulæ opportunitate et operum nobilitate[6][b] et navigandi solertia navalibusque victoriis celebrata est. Ea Rhodiensis civitas,[7] cum amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen, Philippi filio,[8][c]

5 'Reg. *Quod Tiro Tullius.* Ut hoc ipso capite. *Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus.* Et inferius: *His argumentis Tiro Tullius.* Et amasse sic cognomen interdum nomini præponere notavimus alibi.' *J. F. Gronov.*—6 Schef. *notabilitate.* Reg. et Rot. *nobilitatibus.*—7 Reg. et Rot. *Ea civitas*, absque voce media.—8 '*Persa tunc Philippi filio.* Reg. et Rot. et quædam editiones

NOTÆ

[a] *Civitas Rhodiensis*] Consule quæ supra annotavimus.

[b] *Operum nobilitate*] Eminebat inter alia colossus ille Rhodius, inter septem mundi miracula relatus, cujus inter crura divaricata aditus ad portum navibus patebat. Trecentis ante Christi ortum annis exstructus cum stetisset an. LXXXI. terræ motu prostratus est. Multo post, scilicet anno Christi DCLIII. Mahuvias Saracenorum princeps Judæo cuidam Emeseno colossum confractum vendidit, cujus ære quingenti camel onerati sunt, ut refert Theophanes.

[c] *Persa tamen Philippi filio*] Perses,

Macedonum rege, cum quo bellum populo Romano fuit, amico usa est: connixique[a] sunt Rhodienses legationibus Romam sæpe missis, id bellum inter eos componere. Sed, ubi ista pacificatio perpetrari[9] nequivit, verba a plerisque Rhodiensibus in concionibus eorum ad populum facta sunt, ut, si pax non fieret, Rhodienses regem adversus populum Romanum adjutarent. Sed nullum super ea re publicum decretum factum est. 2. At ubi Perses victus captusque est, Rhodienses pertimuere ob ea, quæ compluriens[10] in cœtibus populi acta dictaque erant: legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliumque publicum expurgarent.[b] Legati postquam Romam venerunt, et in Senatum intromissi sunt, verbisque suppliciter[11] pro causa sua factis e curia[12] excesserunt, sententiæ rogari cœptæ; cumque partim senatorum de Rhodiensibus quererentur,[c] maleque eos animatos fuisse dicerent, bellumque eo[d] illis[13] faciundum censerent; tum M. Cato exsurgit, et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis possidendisque

[a] *Conati.*
[b] *Qui exorarent veniam temeritatis nonnullorum e civitate sua, et defenderent probitatem et comitia totius urbis.*
[c] *Una pars senatorum expostularet de Rhodiensibus.* [d] *Idcirco.*

Persa tamen. Recte: nam τὸ *cum* interdum ea vi ponitur, qua 'quamvis,' 'etsi.'' *J. F. Gronov.* *Persa tunc* Lugd. Bat. Delph.—9 Conjicit Thys. *impetrari.* Improbat Otho.—10 Lugd. Bat. Delph. *compluries.*—11 In quodam Ms. *simpliciter.*—12 'Idem Ms. *securi.*' Thys. 'Equidem ita etiam Regius; sed simul scire oportet in eo extare *facti securi.* Unde apparet origo literæ unius *s*, et pravitas evincitur eorum, qui eam duplicarunt, et qui *de curia* ediderunt. Certissimum est, quod editur, cujus restituti laus debetur Malaspinæ in Notis ad Ciceronis Epistolas ad Atticum I. 1.' *Jac. Gronov.*—13 Lincoln. et Schef. et variæ edd. *eos illis.* Reg. et Rot. et *eo* et *eos* aspernantur.—

NOTÆ

qui ab aliis Perseus appellatur, Macedonum rex ultimus, a Carano, qui primus regnavit, quadragesimus: Romanos hæres paterni odii bello persecutus est: at ingenti clade profligatus ab Æmilio Paulo Consule, captivitate et imperii jactura temeritatis et avaritiæ pœnas dedit Olymp. CLIII. an. I. U. C. DLXXXVII. ante Christum CLXVII. *Livius, Plutarch. Velleius, &c.*

non pauci ex summatibus[e] viris intenti infestique[14] erant, defensum conservatumque pergit:[f] orationemque inclytam dicit, quæ et seorsum fertur, inscriptaque est pro Rhodiensibus, et in quintæ Originis libro scripta est.[15] 3. Tiro autem Tullius M. Ciceronis libertus sane quidem fuit ingenio homo eleganti, et haudquaquam rerum literarumque veterum indoctus: eoque ab ineunte ætate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro[16] in studiis literarum Cicero usus est.[g] Sed profecto plus ausus est, quam ut tolerari ignoscique possit. Namque Epistolam conscripsit ad Q. Axium[17] familiarem patroni sui confidenter et nimis calide,[18] in qua sibimet visus est orationem istam pro Rhodiensibus acri subtilique ingenio[19] et judicio percensuisse.[h] Ex ea Epistola libitum forte nobis est[i] reprehensiones ejus quasdam attingere; majore scilicet venia[k] reprehensuri Tironem, quam tum ille reprehendit Catonem.[20] 4. Culpavit autem primum hoc, quod Cato inerudite et ἀναγώγως,[l] ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et objurgatorio usus sit; cum vereri sese ostendit, ne Patres, gaudio atque lætitia rerum prospere

[e] *Principibus.* [f] *Incipit tueri ac propugnare.*
[g] *Cicero eum ab adolescentia excultum artibus habuit adjutorem.* [h] *Examinasse.*
[i] *Casu placuit nobis.* [k] *Nempe indulgentius.* [l] *Imperite.*



14 Reg. Rot. Schef. Vet. ed. *infensique.* Ascripsit Sciopp. 'al. *infensi.* f. *incensi.*' *Incensique* quoque conjicit J. F. Gronov.—15 '*Et in quinto Originum libro scripta est.* Scheff. et Lincoln. *Originis.* In Rot. versiculus hic deerat. Reg. *et in quintæ Originis libro scripta est.* Elegantius. nam ut 'prima Origo,' sic et 'primæ Originis liber' est primus Originum liber.' *J. F. Gronov.* *In quinto Originum libro* Lugd. Bat. Delph.—16 Vet. ed. *administratore.*—17 'Pro *Axium* vulgo legebatur *Atticum*, secus atque est in Ms.' *Thys.*—18 Vet. ed. *callide.* In Reg. est, *confidenter nimis et cal.*—19 Reg. et Lincoln. *subtilique judicio.*—20 'Vetustiores editi, *reprehenderit.* Τὸ *tum* ignorat Schefferianus. Reg. et Rot. *cum ille reprehenderit Catonem.* Recte: nam hæc ipsa causa est, cur impetrabilior apud quosvis venia Gellio sit reprehensi Tironis, quod Tiro Catonem reprehendere non sit veritus.' *J. F. Gronov.* 'Ceterum illud præcedens *reprehensuri* non te offendit, mi lector? Editores negligenter prætermiserunt: sed tu vide, an non dederit Gellius *reprehensuris?* quod jam olim proposuit H. Stephanus ea persuasione, ut hanc suam emendationem a quoquam reprehensum iri non putaverit pag. 162.' *Jac. Gronov.* 'Me certe non offendit, postquam comperi non solum Gellium aliis in locis, ut supra aliquem observavi, sed etiam auctores alios sic ἀνακολούθῳ locutos esse.' *Otho.* Pet. Burmannus ad Virg. Æn. lib. I. vs. 119. vulgatam lect. defendit.—1

gestarum[1] de statu mentis suæ deturbati, non satis consiperent;[2] [d] neque ad recte intelligendum consulendumque essent idonei: 'In principiis autem,' inquit, 'patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare[m] judices debent: sensusque eorum expectatione causæ suspensos rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere;[n] non injuriis atque imperiosis minationibus confutare.'[3] 5. Ipsum deinde principium apposuit, cujus verba hæc sunt: 'Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis[o] [4] atque prosperis animum excellere, superbiam atque ferociam[5] augescere atque crescere, quod mihi nunc magnæ curæ est, quod hæc res tam secunde processit,[6] ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res confutet:[7] neve hæc lætitia nimis luxuriose eveniat.[p] Adversæ res se domant[q] et docent quid opus sit[8] facto. Secundæ res lætitia[9] transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo.[r] Quo majore opere dico[10] suadeoque, uti hæc res aliquot dies proferatur,[s] dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus.' 6. Quæ deinde Cato juxta[t] dicit, 'ea,' inquit, 'confessionem faciunt, non defensionem: neque propulsa-

[m] *Benevolos reddere.* [n] *Et severos lenire sententiis, &c.* [o] *Abundantibus.*
[p] *Quia hoc negotium feliciter cecidit, id maxime ago, ut in consiliis nihil infelix accidat quod evertat nostram felicitatem, et ne hoc gaudium degeneret in libidinem nimiam.* [q] *Adversitas subigit hominum animos, &c.*
[r] *Prosperitates gaudio avertunt a capiendis et perspiciendis rectis consiliis.*
[s] *Unde magis hortor et impello ut remittatur in aliquot dies hoc negotium.*
[t] *Deinde paulopost.*

Vulg. *rerum gestarum prospere.*—2 'Annotatum in margine vet. cod. invenio, *consisterent*; in Ms. quodam, *conciperent.*' Thys.—3 Vet. ed. *confricare.*—4 *Atque prolixis.* In quodam Ms. desunt hæc verba.—5 'Hoc Carrionis est. Prius, *excellentem atque superbiam.* Rot. et Reg. *animum excellere atque superbiam atque ferocitatem.*' J. F. Gronov.—6 '*Quia hæc res tam secunde processit.* Antea, *quod hæc res tam secunde processerit.* Reg. Rot. Schef. *quod hæc res tam secunde processit.*' Idem. *Quia hæc res* Lugd. Bat. Delph.—7 Vet. ed. *confricet.*—8 Ascripsit Sciopp. *opus siet.*—9 *Lætitia* deest in quodam Ms.—10 Aliter *edico.*—11 '*Persa quoque rege victo.* Schef. Lincoln. Rot. Reg.

NOTÆ

[d] *Consiperent*] Consipere respondet Græcorum verbo συμφρονεῖν: idem est quod sapere.

tionem translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem: quod scilicet nihil ad purgandum est.[u] Atque etiam,' inquit, 'insuper profitetur Rhodienses, qui accusabantur quod adversus populum Romanum regi magis cupierint[x] faverintque, id eos cupisse atque favisse utilitatis suæ gratia: ne Romani, Perse quoque rege victo,[11] ad superbiam ferociamque et immodicum modum insolescerent.' 7. Eaque ipsa verba ponit, ita uti infra scriptum est:[12] 'Atque ego quidem arbitror Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est: neque regem Persen vicisse, non[13] Rhodienses id modo voluere, sed multos populos ac multas nationes idem noluisse[y][14] arbitror. Atque haud scio an partim eorum fuerint, qui non nostræ contumeliæ causa id noluerint[15] evenire:[z] sed enim id metuere, si nemo esset homo quem vereremur, et quicquid luberet[16] faceremus: ne sub solo imperio nostro in servitute nostra essent.[17] Libertatis suæ causa in ea sententia fuisse arbitror. Atque[18] Rhodienses tamen Persen publice nunquam adjuvere.[19] Cogitate quanto nos inter nos privatim cautius facimus.[20] Nam unusquisque nostrum, si

[u] *Ad refellendum crimen.* [x] *Plus boni voluerint regi.* [y] *Noluisse nostram victoriam.* [z] *Fortasse nonnulli fuere, qui noluerint nos esse victores ad opprobrium nostrum.*

****

Perse: qua inclinatione utitur sæpius Cato, etsi utraque legitima sit.' *J. F. Gronov.* *Persa quoque* Lugd. Bat. Delph.—12 Verbo *est* carent Reg. et Rot. —13 Ms. *nos.* Reg. et Rot. *noluere.* Sed et in Reg. est hæc verborum series *non Rhodienses modo id noluere.*—14 Vet. ed. *voluisse.*—15 Ascripsit Sciopp. *noluerunt.*—16 'Vet. ed. *quia quid luberet.*' Thys. 'Tò *et* Carrionis est, scriptis editisque olim ignotum. Scribe *quodque luberet.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*quidquid:* antea legebatur *quia quid.*'—17 'Rot. *sunt.* Rot. *nre sunt.* Aliquid latet. Forte: *ne sub solo imperio nostro in servitute justa essent:* id est, plena et mera.' *J. F. Gronov.*—18 Conjicit Sciopp. *Atqui.*—19 Delph. *adjuvare.*—20 '*Quanto nos privatim cautius facimus.* Ita emendat Justus Lipsius lib. I. Elect. cap. 7. Vulgo *nos nostri nativi*, atque ita etiam in antiquis optimis editionibus habetur. *Nostri* itaque delet Lipsius, et putat ex repetitione primæ voculæ *nos* redundare. Quid si legamus, *nos* (senatores) *et nostri nativi*, id est indigenæ: vel *nostri nati vi*, nam postmodum additur, *summa vi contra nititur*. Sed nihil affirmo. In edit. Paris. Tiletani, quæ prodiit an. MDXXXVI. cum Badii Ascensii Annotationibus, *nos consternati vi cautius facimus.* Pro *nativi* legitur quoque *Latini.* Ita *nostri* tamen abundat.' *Thys.* '*Cogitate quanto nos privatim cautius.* Hoc Lipsii est. Romana, Veneta, Ald. Gryph. *quanto nos nostri nativi.* Vascos. vel Ascensii: *quanto nos consternati vi cautius:* quæ et Gryphianæ cujusdam margini allinitur. Reg.

quis adversus rem suam[a] quid fieri arbitratur, summa vi contra nititur,[b] ne adversus eam fiat. Quod illi tamen perpessi.'[c] 8. Sed, quod ad principium reprehensum attinet, scire oportuit Tironem defensos esse Rhodienses a Catone, sed ut a senatore et consulari et censorio viro, id, quod[1] optimum esse publicum existimabat, suadente;[d] non ut a patrono[2] causam pro reis dicente. Alia namque principia conducunt reos apud judices defendenti, et clementiam misericordiamque undique indaganti;[e] alia,[f] cum Senatus de republica consulitur, viro auctoritate præstanti sententiis quorundam iniquissimis permoto, et pro utilitatibus publicis ac pro salute sociorum graviter ac libere indignanti simul ac dolenti. 9. Quippe recte et utiliter in disciplinis rhetorum[g] præcipitur, judices de capite alieno[h] deque causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua præter officium judicandi nihil ad eos simul periculi vel emolumenti[3] redundaturum est, conciliandos esse ac propitiandos laudabiliter ac[4] placabiliter et leniter existimationi salutique ejus qui apud eos accusatus est. At cum dignitas et fides et utilitas omnium communis agitur, ob eamque rem aut suadendum quid ut fiat, aut fieri jam cœpto[i] differendum[5] est; tum qui se in hujusmodi princi-

[a] *Contra suam utilitatem.* [b] *Defendit se.*
[c] *Et tamen passi sunt res suas everti.*
[d] *Qui hortabatur ad id quod credebat esse ex bono reipublicæ.*
[e] *Nam alia exordia adhibenda sunt oratori qui defendit reum coram judicibus, et ex omnibus rebus captat benevolentiam et commiserationem judicis.*
[f] *Adhibenda sunt exordia.* [g] *Institutionibus oratoriis.*
[h] *De vita alterius.* [i] *Cum aliquid jam fieri incepit.*

et Rot. *quanto nos inter nostrivatim.* Ex quo facillime confit: *quanto nos inter nos privatim.*' J. F. Gronov. Ascripsit Sciopp. *inter nostri nativi. Quanto nos privatim cautius* Lugd. Bat. Delph.—1 Aliter *quod quidem.*—2 'Ita in Ms. in antiq. tamen edit. additur, *solet.*' Thys. 'Sed sine auctoritate et otiose.' *Jac. Gron.*—3 'Quo illud *simul?* Rot. et Reg. *adeo sil e.* Tò *sil* quod acceperunt pro *simul* (solet enim hoc sic scribi virgula per literam l ducta) leviter corruptum est, et extitit ἐκ τοῦ *ad eos vl* etiam cum virgula per L ducta, quod significat *vel.* Sic enim scripsit Gellius: *nihil ad eos vel periculi vel emolumenti redundaturum est.*' J. F. Gron.—4 Rot. et Reg. τὰ *laudabiliter ac* non agnoscunt. —5 'Scripti omnes *deferendum.* Sed *occurrendum* Auctor edidisse videtur.' *J. F. Gronov.* 'Immo literæ hæ ipsæ, quæ in Mss. extant, ultro videntur subjicere *deterrendum.* Etiam vero infra in Mss. Regio et Lincoln. extat *vel occupandi vel deferendi vel ulciscendi,* ubi edunt *differendi.*' Jac. Gronov.

piis occupat ut benivolos benignosque sibi auditores paret, otiosam[k] operam in non necessariis verbis sumit. 10. Jamdudum enim negotia periculaque ipsa rerum communia consiliis eos capiendis conciliant: et ipsi potius sibi exposcunt consultoris benivolentiam. Sed quod ait confessum Catonem noluisse Rhodienses ita depugnari uti depugnatum est, neque regem Persen a populo Romano vinci, atque id eum dixisse non Rhodienses modo, sed multas queque alias nationes voluisse,[6] sed id nihil ad purgandum extenuandumve crimen valere; jam hoc primum Tiro improbe mentitur. Verba ponit Catonis: et aliis tamen eum verbis[l] calumniatur. Non enim Cato confitetur Rhodienses noluisse victoriam esse populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse, quod erat proculdubio suæ opinionis professio,[m] non Rhodiensium culpæ confessio. 11. In qua re, ut meum quidem judicium est, non culpa tantum vacat, sed dignus quoque laude admirationeque est; cum et ingenue et[7] religiose dicere visus est contra Rhodienses quod sentiebat, et parta sibi veritatis fide ipsum illud tamen, quod contrarium putabatur, flexit et transtulit:[n] ut eos idcirco vel maxime æquum esset acceptiores carioresque fieri populo Romano, quod cum et utiles essent et vellent regi esse factum,[8] nihil tamen adjuvandi ejus gratia fecerint.[9] Postea verba hæc ex eadem oratione ponit: 'Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus?[o][10] quod illos dicimus voluisse[11]

[k] *Inutilem.* [l] *Propter alia verba.*
[m] *Declaratio.* [n] *Acquisito nomine veridici, declinavit et alio detorsit, id quod videbatur nocere causæ Rhodiensium.*
[o] *An negligemus tanta hinc et inde officia insperantibus collata?*

Deferendum ascripsit Sciopp.—6 Idem ascripsit *noluisse*.—7 *Ingenue et*. Hæc verba in quibusdam edd. desunt.—8 '*Quod cum et utiles illi essent et vellent regi, nihil tamen.* Duplex hic peccatum Carrionis; et addidit enim aliquid et detraxit, secus atque oportebat. Adjecit, quod nobis obvium nusquam, *τὸ illi*; detraxit *esse factum*, quod ubique. Sic enim edebatur: *quod cum et utiles essent et vellent regi esse factum.* Subest tamen aliquid vitii, quod leviori ἀφαιρέσει curabitur hoc modo: *quod cum id utile esset et vellent regi esse factum, nihil tamen adjuvandi ejus gratia fecerint.* *Id* puta, ut adjuvarent regem.' *J. F. Gronov.* Lectionem Carrionis dat Delph.—9 Aliter *facerent*.—10 Ali-

facere, id nos priores facere occupabimus?'[p] hoc, inquit, enthymema nequam et vitiosum est.[q] Responderi enim potuit, occupabimus certe: nam, si non occupaverimus, opprimemur, incidendumque erit in insidias a quibus ante nos[12] non caverimus.[r] 12. Recte, inquit, hoc vitio dat Lucilius poëtæ Euripidæ;[s][13] quod, cum Polyphontes rex[e] propterea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante consilium de nece ejus cepisset, Merope[14] fratris uxor hisce eum verbis eluserit:[t]

Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν,[15] ὡς συ φῄς, κτείνειν πόσις,
Χρῆν καί σε μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.[u]

At hoc enim, inquit, plane stultitiæ plenum est eo consilio atque ea fini facere velle[16] aliquid, uti nunquam id facias quod velis. Sed videlicet Tiro animum non advertit non esse in omnibus rebus cavendis eandem causam: neque humanæ vitæ negotia et actiones et officia vel occupandi, vel

[p] *Præveniemus.* [q] *Hoc argumentum nullum, immo malum est.*
[r] *Non prævideriraus nobis.* [s] *In hoc Lucilius reprehendit poëtam Euripidem.*
[t] *Ejus rationem refutaverit.*
[u] *Si enim, ut tu dicis, te interfecturus erat maritus meus, oportebat et te in futurum id differre, cum prope esset tempus id faciendi.*



ter *relinquimus.*—11 'Aliter etiam in quodam Ms. *noluisse.*' Thys. 'Vereor ne virum egregium fefellerit visus. Hoc enim loco conspirant Mss. cum vulgatis in τὸ *voluisse*, ut debet legi; sed antea habent 'multas quoque alias nationes noluisse,' quod sane illic perinde tolerari potest ac *voluisse*, quod præfertur in editionibus.' *Jac. Gronov.*—12 Supervacuum τὸ *nos* arguunt Reg. et Rot. quod ipsum pronomen etiam Reg. et Lincoln. non agnoscunt in verbis præcedentibus 'tanta nos beneficia.'—13 '*Recte, inquit, hoc vitio dat Lucilius Poëtæ Euripidi.* Rot. *Recteque, inquit.* Bene omnino. Dein Reg. et Rot. *Euripide:* quasi voluerint *Euripidæ* prima declinatione. Sed et uterque: *quod ipse ante de nece ejus consilium cepisset, Meropa fratris uxor hisce ad eum verbis eluserit:* quanquam Rot. m. p. *illuserit.*' J. F. Gronov. *Recteque* ascripsit Sciopp. Vet. ed. *poëta.* Lugd. Bat. Delph. *Euripidi.*—14 Quædam edd. habent *Ærope.*—15 '*Εἰ γάρ σε ἔμελεν.* Scribendum: *Εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς.* Et sequenti, *ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν*, duabus vocibus transpositis, ne versus sit vitiosus.' *J. F. Gronov.* 'Ut vidisse Isaacum Casaubonum notabatur jam in editione parva anni 1651. nisi quod volebat *παρῇ* et *χρῆν*. *Jac. Gronov.*—16 Ita Reg. Lincoln. et Ms. Biblioth. Pembrocens. Vulg. *nolle.*—

NOTÆ

[e] *Polyphontes rex*] Polyphontes occiso Cresphonte Messenæ in Peloponneso rege tyrannidem invasit, et reginam Meropen ad conjugium coëgit: nec multo post ab uxoris filio interfectus est.

differendi,[17] vel etiam ulciscendi, vel cavendi similia esse pugnæ gladiatoriæ.[18] [f] Nam gladiatori, composito ad pugnandum, pugnæ hæc proposita sors est,[19] aut occidere si occupaverit, aut occumbere si cessaverit.[x] 13. Hominum autem vita non tam iniquis, neque tam indomitis necessitatibus circumscripta est,[y] ut idcirco prior injuriam facere debeas, quam,[20] nisi feceris, pati possis. Quod tantum aberat a populi Romani[1] mansuetudine occupare, ut sæpe etiam in sese factas injurias ulcisci neglexerit. Post deinde usum esse Catonem dicit in eadem oratione argumentis parum honestis et nimis audacibus, ac non viri ejus, qualis fuit,[2] sed vafris ac fallaciosis,[z] et quasi Græcorum sophistarum solertiis. 14. Nam, 'cum objiceretur,' inquit, 'Rhodiensibus quod bellum populo Romano facere voluissent, nec negavit pæne,[3] et ignosci poposcit, quia id non fecissent,

[x] *Hæc est posita conditio certaminis, ut vel interficiat si prævenerit adversarium, vel interficiatur si omittat prævenire.* [y] *Exposita est.* [z] *Calidis et captiosis.*

17 Ascripsit Sciopp. *deferendi.*—18 'Reg. interponit copulativam *et*, quæ quidem affert suum momentum.' *Jac. Gronov.*—19 '*Proposita sors est.* Sic rursus edidi cum priscis, cum citeriores mutarent male in *præposita*, contra quam citaverat Lipsius 2. Saturn. 20.' *Idem.*—20 'Causalis requiri particula videtur, *quod*, vel *quia*, vel *quoniam*, pro *quam*.' J. F. Gronov.—1 '*Tantum aberat a po. Romano.* Male et hunc locum ἐκολόβωσε Carrio: nam meliores cum editis olim: *a populi Romani mansuetudine.*' J. F. Gronov. 'Sed ad verbum *occupare* cur non attenderit ὁ μακαρίτης, vix dixerim. Id verbum extat in Lincoln. unde abest *mansuetudine;* sed rejicitur et ignoratur ab Regio.' *Jac. Gronov.* *A populo Romano occupare, ut* Lugd. Bat. *A populo Romano; ut* Delph. Vet. ed. *A popul. Rom. mansuetudine.*—2 'Reg. et Rott. *viri et qui alio fuit.* Fortassis: *ac non viri, si quis alius, gravis, sed vafri, ac fallaciosi et quasi Græcorum sophistarum solertiis.* Infra in contrarium: 'Nihil prorsus hac compellatione dici potest neque gravius neque munitius.'' *J. F. Gronov.* 'Sed calamus videtur decepisse, quia in Regio prorsus legitur *viri ejus qui alio fuit.* Unde commodius restitueris, quod etiam necessarium existimo, *ac non viri, et ut qui alius, fidi.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. 'v. c. *qui alio.* f. *qui alias.*' 'Legitur male in Ms. quodam *flagitiosis.*' Thys.—3 '*Nec negavit pæne.* Justus Lipsius legebat, *nec negavit plene, sed ignosci.* Veteres editt. *negavit pene.*' Idem. 'Editiones: *negavit pæne sed ignosci poposcit quia:* præ-

NOTÆ

[f] *Pugnæ gladiatoriæ*] Gladiatores servi fuere, qui ad populi Romani delectationem pugnabant in ludis publicis, ac mutuis sese vulneribus conficiebant. Gladiatorium munus, ut ex Valerio Maximo et Epitome Liviana constat, primi M. et D. Bruti in patris defuncti memoriam edidere anno U. C. ccccxc. Appio Claudio et M. Fulvio Coss. ante Christum cclxiv.

etsi maxime voluissent: induxisseque eum dicit quam dialectici epagogen[a] appellant, rem admodum insidiosam et sophisticam, neque ad veritates[4] magis quam ad captiones repertam, cum conatus sit exemplis decipientibus colligere confirmareque, neminem, qui male facere voluit, plecti æquum esse, nisi, quod factum voluit, etiam fecerit.' Verba autem ex ea oratione M. Catonis hæc sunt: 'Qui acerrime adversus eos dicit, ita dicit: hostes voluisse fieri. Et quis tandem est nostrum,[5] qui quod ad sese attinet, æquum censeat quempiam[6] pœnas dare ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse? nemo opinor: nam ego, quod ad me attinet, nolim.' 15. Deinde paulo infra ita[7] dicit: 'Quid nunc?[b] et quæ tandem lex est tam acerba, quæ dicat: Si quis illud facere voluerit, mille nummi dimidium[8] familiæ mulcta esto:[c] Si quis plus quingenta jugera habere voluerit, tanta pœna esto. Si quis majorem pecudum[9] numerum habere voluerit, tantum damni[10] esto.[d] Atqui nos

[a] *Inductionem.* [b] *Dicam.* [c] *Si quis in eam rem insumere voluerit mille nummos, mulctetur dimidia parte bonorum suorum.* [d] *Damnum accipiat.*

ter Ascensianam, cui est, *non negavit plene sed ignosci poposcit quia.* Lipsius: *nec negavit plene sed ignosci poposcit.* Reg. Rot. Schef. Lincoln. *negavit pene sed ignosci quia*: sine τῷ *poposcit.* Forte: *nec negat et poscit ignosci, quia.* Infra: 'interdum, quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat.'' *J. F. Gron.* *Negavit pæne* Delph. sine τῷ *nec.*—4 Vulg. *neque ad veritatem.*—5 '*Et quis tandem est qui nostrorum.* Scripti meliores: *Et quis est tandem qui vestrorum*: tum *attineat*: et omnes sine τῷ *quenquam.* Lege: *Ecquis est tandem vestrorum, qui, quod ad sese attineat, æquum censeat pœnas dari ob eam rem.* Mox: *Ecquæ tandem lex est*: nam vetus scriptura eadem, sive *Et, quis* vellent, sive *Ecquis*, quæ tamen sensu differunt.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*est tandem vestrorum qui quod.* Et mox *æquom*, pro *æquum.*' *Et quis tandem qui est nostrum, quod ad sese attinet....quenquam* Delph.—6 'Aliter *quenquam*, in quodam Ms. abest.' *Thys.* 'Immo ab ipso Regio, ut et Lincoln.' *Jac. Gronov.*—7 *Ita* abest a vet. ed.—8 '*Mille nummis dimidium.* Mss. *mille minus*, alii *nummis.* Scribendum: *Mille nummei*, vel, ut olim editum, *Mille nummum, dimidium familiæ, mulcta esto.* Formula in eis adhiberi solita, in quibus, quæ per se peccabat paterfamilias, mille nummis ei luendum erat; si per quem e familia, quinquagenis.' *J. F. Gronov.* 'Præclare enodata sententia. Sed cum optimi codices habeant illud *minus*, et in his Regius *min9*, an hinc non subodoramur scribam male excepisse vocem dictantis, et sic scripsisse, cum dictaretur *minis? Mille minis* luat; *dimidium familiæ mulcta esto.* Quid interest Græcæ an Latinæ originis vocabulo summa concipiatur? Immo ut cum Græcis Romanos in hoc consentire ostendat, prius Græce pronuntiat; duo sequentia Romane.' *Jac. Gronov.* *Mille nummis* Delph.—9 'Ms. Reg. egregie *pecuum.*' Jac. Gronov. Idem ascripsit Sciopp. quod et probat Otho.—10 In Ms. quodam *damnum.* Ascripsit Sciopp. *damnas.* 'Anglicanus,

omnia plura habere volumus,[11] et id nobis impune est.'[e] Postea ita dicit: 'Sed si honorem non æquum est haberi[12] ob eam rem, quod bene facere voluisse quis dicit neque fecit tamen, Rhodiensibus male erit,[13] non[f] quod male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur[14] facere?' 16. His argumentis Tiro Tullius M. Catonem contendere et conficere[15] dicit Rhodiensibus quoque impune esse debere, quod hostes quidem esse populi Romani voluissent, etsi maxime[16] non fuissent. Dissimulari autem non posse ait, quin paria et consimilia non sint[g] plus quingenta jugera habere velle, quod plebiscito colonis prohibitum fuit,[h] et bellum injustum atque impium populo Romano facere velle: neque item inficiari[i] posse, quin alia causa in præmio sit, alia in pœnis. Nam beneficia, inquit, promissa opperiri[k] oportet, neque ante remunerari, quam facta sint: injurias autem imminentes præcavisse[l] justum est, quam[17] expectavisse. Summa enim professio stultitiæ, inquit, est non ire obviam sceleribus co-

[e] *Nullam subimus pœnam.* [f] *Nocebit.* [g] *Hæc duo.* [h] *Quod plebis decreto vetitum fuerat agricolis.* [i] *Negari.* [k] *Expectare.* [l] *Magis.*

tantum damnum esto. Reg. et Rot. *damna.* Ingerunt scilicet: *tantum damnas esto.* SC. apud Frontinum de aquæductibus: 'Si quis adversus ea commisisset, in singulas res in dena millia damnas esset.'' *J. F. Gronov.*—11 '*Omnia plura habere voluimus.* Operarum Stephanicarum errorem credo: nam omnes alii cum scriptis, *volumus*: quod res postulat.' *Idem.*—12 Vet. ed. *habere.*—13 '*Rhodiensibus tale erit.* Corruptam esse et mutilam posteriorem partem hujus ἐπαγωγῆς, quivis facile primo statim intuitu videt. Legendum censeo ex vestigiis Ms. R. *Nec Rhodiensibus oberit, non quod male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur.*' Lambecius. Ascripsit Sciopp. *male erit.* '*Rhodiensibus tale erit.* Fulv. *male erit*: sed non secundant alii. Vir doctus corruptam et mutilam causatus posteriorem hujus ἐπαγωγῆς partem legendum censuit: *nec Rhodiensibus oberit.* Caute, e vestigiis Ms. nam in ipso codice τὸ *nec* non reperitur: est autem, ut et in Rot. *tamen: Rhodiensibus aberit* vel *taberit.* Unde recte fecit *oberit.* Sed negatio addenda non est, cum sit per interrogationem pronuntiatum: *Rhodiensibus oberit?' &c.* J. F. Gronov. Immo in Ms. Regio clare est *Rhodiensibus ñ aberit quod non male.* Sic Bourdelotius, ego, frater notavimus. Hinc mihi certum est Gellii manum fuisse *Rhodiensibus noxa erit*, vel *noxæ.*' Jac. Gronov. 'At hæc nimis longe a vestigiis codicis illius præstantissimi recedere videtur: propius accedere puto: *Rhodiensibus non abierit, quod non male fecerunt, sed quod voluisse dicuntur facere?*' Otho. *Nec Rhodiensibus oberit, non quod male f.* Delph.—14 '*Dicuntur.* Additur in Voss. C. ex Ms. *facere.*' Thys. 'Immo et in Reg. unde restitui.' *Jac. Gron.*—15 In Ms. Voss. c. *confiteri.*—16 'Reg. Rot. Schef. cum omnibus ante Henricum editis: *et qui maxime.* Scribe: *quod hostes quidem esse populi Romani voluissent, at cum maxime non fuissent.*' J. F. Gronov.—17 '*Præcavisse justum est magisquam.* Carrioni expungenti τὸ *magis* subserviunt omnes scripti:

gitatis,[m] sed manere opperirique, ut, cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi quæ facta sunt infecta fieri non possunt, pœniantur.[n] 17. Hæc Tiro in Catonem non minus frigide sane quam inaniter.[18] Sed enim Cato non nudam neque solitariam nec improtectam hanc epagogen[o 19] facit: sed multis eam modis[20] præfulcit, multisque aliis argumentis convelat:[p 1] et, quia non Rhodiensibus magis quam reipublicæ consultabat,[q 2] nihil sibi dictu factuque in ea re turpe duxit, quin omni sententiarum[3] via servatum ire socios niteretur.[r] Ac primum ea non incalide[s] conquisivit, quæ non jure naturæ aut jure gentium fieri prohibentur, sed jure legum rei alicujus medendæ aut temporis causa jussarum:[t] sicut est de numero pecoris et de modo agri præfinito[4] aut ejusmodi aliquo.[u 5] In quibus rebus, quod

[m] *Non prævenire crimina meditata.*
[n] *Tandem castigentur, postquam ea quæ facta sunt non possunt non esse facta.*
[o] *Infirmam illam inductionem.* [p] *Confirmat et exornat plurimis rationibus.*
[q] *Consilium dabat.* [r] *Conando conservare socios qualicumque ratione omnium opinionum.* [s] *Non sine industria.*
[t] *Quæ præscriptæ sunt ad occurrendum aliquibus criminibus, aut propter aliquas occasiones.* [u] *De terminis agrorum constitutis, aut similibus rebus.*

---

et genus loquendi satis probatum est.' *Idem.*—18 '*Non nimis frigide neque sane inaniter.* Sic quidem scripti. At editi olim, *non minus frigide sane quam inaniter.* Quam ego quidem Gellii mentem esse censeo, sed verba ut propius absint a veteri scriptura, legerem: *non minus frigide atque sane inaniter.*' J. F. Gronov. 'Commode prorsus, si modo ea mens Gellii fuerit, qui videtur nunc quodammodo laudabilem ostendere Tironem, qui nunc et mollius egit et probabiliora attulit, etsi refutando satis promta. Unde publicari oportet in codice Regio me notavisse *non rigide neque sane inaniter.* Nam rigidior videbatur in præcedentibus, et quæ novissime attulit, talia sunt, ut nonnullis placuerint et in usum contulerint, ut docent exempla. Etiam Gellius mollior in depulsione, quæ additur. Etiam ibi sic habet Ms. Regius: *nuda nec solitaria nimis nec.*' Jac. Gronov.—19 'In vet. cod. Græcis literis legitur, ἐπαγωγὴν, id est, 'inductionem.'' *Thys.* 'Aldus Græce sine Latinis.' *Jac. Gronov.*—20 In Ms. quodam *monitiis.*—1 'Lege, inquit Trillerus meus, sine controversia, *convallat:* præcessit enim verbum militare 'præfulcit;' pergit igitur jam, ut solet, in allegoria.' *Falster.*—2 Vet. ed. *consulebat.*—3 Ita Reg. et Rot. Vulg. *quin omnium sententiarum.*—4 'Edebatur *de domino* aut *de dominio.* Scripti meliores *de domo.* Unde ante 80. annos Carrio et Stephanus *de modo.* Itaque sero venit, qui nuper sic corrigendum pronuntiavit.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'v. c. *domo:* mendose.'—5 'Additur Voss. C. ex Ms. *modo.*' Thysius. 'Quod tantum abest, ut meruerit hoc loco annotari quasi conducturum Gellio, ut omnes illæ tres voces *aut ejusmodi aliquo* nihil boni contineant afferantque, ac vix possint videri venisse ab Gellii manu, quod probant codices Reg. et Lincoln. in quorum neutro conspiciuntur.'

prohibitum est[6] fieri, per leges quidem non licet: velle id tamen facere, si liceat, inhonestum non est. 18. Atque eas res contulit sensim,[x][7] miscuitque cum eo quod neque facere neque velle per sese honestum est; tum deinde, ne disparilitas collationis evidens fieret, pluribus id propugnaculis defensat:[y] neque tenues istas et enucleatas[z] voluntatum in rebus illicitis reprehensiones, qualia in philosophorum otio disputantur, magni facit, sed id solum ex summa[8] ope nititur, ut causa Rhodiensium, quorum amicitiam retineri ex republica fuit,[a] aut æqua judicaretur, aut quidem certe ignoscenda: atque interim neque fecisse Rhodienses bellum neque facere voluisse dicit: interim autem facta sola censenda dicit atque in judicium vocanda, sed voluntates nudas inanesque neque legibus neque pœnis fieri obnoxias: interdum autem,[9] quasi deliquisse eos concedat, ignosci postulat, et ignoscentias utiles esse[b] rebus humanis docet: ac nisi ignoscant, metus in republica rerum novarum movet:[c] sed enim contra, si ignoscatur, conservatum iri ostendit populi Romani magnitudinem. 19. Superbiæ quoque crimen, quod tunc præter cetera in Senatu Rhodiensibus objectum erat, mirifica et prope divina responsionis figura elusit et eluit.[d] Verba adeo ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro ea prætermisit. 'Rhodienses superbos esse aiunt, id objectantes quod mihi a liberis meis minime dici velim.[10] Sint sane superbi. Quid id ad nos attinet; idne

[x] *Separatim collegit.*
[y] *Ne dissimilitudo comparationis manifesta appareret, plurimis id argumentis corroborat.* [z] *Accuratas.* [a] *Profuit reipublicæ.* [b] *Veniam utilem esse, &c.*
[c] *Timorem injicit ne novæ turbæ in republica oriantur.* [d] *Avertit et purgat.*

Jac. Gronov.—6 *Est* abest a vet. ed. Sed Reg. ita exhibet, *quod prohibitum est, fieri quidem p. l. n. l.*—7 Ita in cod. Voss. ex Ms. legitur. Vulg. *seorsum.* 'Schef. *se usum instituitque.* Reg. et Rot. *sensim miscuitque.* Nihil certius.' *J. F. Gronov.* *Seorsum* Lugd. Bat. Delph.—8 '*Id solum summa o.* Scripti publicatique antehac, *ex summa.*' J. F. Gronov. *Ex* deest in Voss. cod. Ms.—9 Ascripsit Sciopp. *tamen.*—10 'Ita edidit H. St. cum in antiquis editionibus legeretur: *quod mihi e liberis, &c.* Utrumque mendose. Me judice vera lectio est: *Rhodienses superbos esse aiunt, id objectantes, quod mihi et liberis meis minime velim.*' Lambecius. 'Cur *a liberis* potissimum? Majore vi diceret, *a libertis meis*: nedum scilicet a civibus. Sed Regius et Scheff. et olim

irascimini si quis superbior est quam nos?' Nihil prorsus hac compellatione dici potest neque gravius neque munitius[e] adversus homines superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent, in aliis reprehenderent. 20. Præterea animadvertere est[f] in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum rhetoricarum arma atque subsidia mota esse: sed non proinde[11] ut in decursibus[12] ludicris aut simulacris præliorum voluptariis fieri videmus:[g] non, inquam distincte nimis nimisque comte[13] atque modulate res acta est;[h] sed quasi in ancipiti certamine,[i] cum sparsa acies est, multis locis Marte vario pugnatur:[k] sic in ista tum causa Cato, cum superbia illa Rhodiensium famosissima multorum odio atque invidia flagraret, omnibus promisce[l] tuendi atque propugnandi modis usus est: et nunc ut optime meritos commendat: nunc tanquam si innocentes purgat,[14] ne bona divitiæque eorum expetantur, objurgat: nunc etiam quasi[15] sit erratum deprecatur:[m] nunc ut necessarios reipublicæ ostentat: nunc clementiæ, nunc mansuetudinis majorum; nunc utilitatis publicæ commonefacit. 21. Eaque omnia distinctius numerosiusque ac comtius fortassean[16] dici potuerunt: fortius atque vividius potuisse dici non videntur. Inique igitur Tiro Tullius, qui ex om-

[e] *Validius.* [f] *Notari potest.*
[g] *Adhibita esse omnia artificia et argumenta institutionum oratoriarum: sed non velut in scholis et in umbratili exercitatione ad ostentationem cernimus adhiberi.*
[h] *Eleganter res tractata est.* [i] *Ubi dubia est victoria.*
[k] *Victoria manente incerta.* [l] *Sine discrimine.* [m] *Rogat ne puniantur.*



editi, *e liberis:* idem Reg. caret τῷ *dici*, quo nec opus est, cum intelligatur *objectari*. Lambecius igitur, *quod mihi et liberis meis minime velim.*' J. F. Gronov. 'Omnino sic legitur in codice Regio; sed simul nosse interest loco τοῦ *dici* esse spatium vacuum, quo significat librarius aliquid ibi positum fuisse, quod non satis assequebatur, sicut modo ante in loco τῶν *et eluit.*' Jac. Gronov.—11 Aliter *perinde.*—12 In Ms. *discursibus.*—13 'Sic Carrio et Stephanus. Priores, *distincte nimis ac compte*, ut et Scheff. Sed Regius et Rott. *distincte nimis atque compte atque modulate*. Tò *atque* sic iterare ab ipso Catone didicit. Sic hoc libro cap. 19. 'Pulcrum atque liberale atque magnanimum factum Ti. Gracchi.'' *J. F. Gronov.*—14 '*Nunc tanquam si innocentes purgaret*. Scripti cum prius editis, *purgat*. Lege, *nunc, tanquam sint innocentes, purgat*, ut est omnino in Rot.' *Idem.* Ascripsit Sciopp. *quasi*. *Purgaret* Lugd. Bat. Delph.—15 Ms. Reg. *nunc et quasi.*—16 'Bene Carrio *fortassean*: sic enim et scripti omnes: sed iidem etiam *potuerint*: relegantque τὰ *ac comp-*

nibus facultatibus tam opulentæ orationis aptis[17] inter sese[n] et cohærentibus parvum quippiam nudumque[o] sumsit,[18] quod obtrectaret:[p] tanquam non dignum M. Catone fuerit, quod delictorum non perpetratorum voluntates tantum[19] non censuerit pœniendas. Commodius autem erectiusque[q] [20] de his meis verbis, quibus Tullio Tironi respondi modo, existimabit[1] judiciumque faciet, qui et orationem ipsam Catonis totam acceperit in manus, et Epistolam Tironis ad Axium scriptam requirere et legere curaverit. Ita enim nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

[n] *Inter omnia ornamenta tam splendidæ orationis inter sese connexa.*
[o] *Separatum.* [p] *Vituperaret.* [q] *Confidentius.*

tius.' J. F. Gronov. *Fortasse dici* Delph.—17 Vulg. *apertis.*—18 Scriverius in suo codice annotaverat, *nodumque in sirpo.*—19 Ita in Ms. abest a vet. ed. —20 Scriverius legebat, *correctiusque.* Auctor observationum super Gellio inter Miscell. Observat. Vol. IV. Tom. 3. confitetur quidem Ms. Pembrocens. habere *erectiusque;* at suspicatur tamen *rectius,* quod magis conveniat connexioni.—1 Reg. et Rot. *respondimus, existimabit.* Vet. ed. *æstimabit.*

CAP. IV.

Cujusmodi servos et quam ob causam Cælius Sabinus juris civilis auctor pileatos *venumdari solitos scripserit, et quæ mancipia sub corona more majorum venierint;*[a] *atque id ipsum,* sub corona,[2] *quid sit.*

PILEATOS servos[*] venum solitos ire, quorum nomine ven-

[a] *Et qui servi juxta consuetudinem antiquorum venditi fuerint sub corona.*

2 '*Sub corona.* Additur in vet. ed. *venire.*' Thys. 'Sed id verbum expulsum est, quia non agnoscit codex Regius, et res ipsa, quæ in hoc capite de-

NOTÆ

[*] *Pileatos servos*] Romanis olim apertum et sine tegmine caput fuit, præterquam in sacris, in ludis, in Saturnalibus, in peregrinatione, et in militia. Unde refert Suetonius Julium Cæsarem ad celandam calvitii deformitatem jus coronæ laureæ perpetuo gestandæ a Senatu populoque sibi decretum libenter arripuisse. Quid ergo, dicat aliquis, non caput

ditor nihil præstaret, Cælius[3] [b] Sabinus jurisperitus scriptum reliquit.[b] Cujus rei causam esse ait, quod hujusmodi conditionis mancipia insignia[4] esse in vendundo deberent,[c] ut emtores errare et capi non possent; neque lex vendundi opperienda[d] esset: sed oculis jam perciperent[5] quodnam esset mancipiorum genus. 'Sicuti,' inquit, 'antiquitus mancipia jure belli capta coronis induta veniebant,[e] [6] et idcirco dicebantur sub corona venire. Namque ut ea corona signum erat captivorum venalium, ita pileus impositus demonstrabat ejusmodi servos venum dari, quorum nomine emtori venditor nihil præstaret.' Est autem alia rationis hujus[7] opinio, cur dici solitum sit captivos sub corona venumdari, quod milites, custodiæ causa, captivorum venalium greges circumstarent:[f] eaque circumstatio militum corona appellata sit. Sed id magis verum esse quod supra dixi, Cato[8] quoque in libro, quem composuit de re militari, docet. Verba sunt hæc Catonis: 'Ut populus sua opera potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum eat,[g] quam re male gesta coronatus veniat.'[h]

[b] *Cælius Sabinus jurisperitus scriptis tradidit, solitos esse vendi servos pileis instructos, de quibus venditor nullam cautionem dabat, si laborarent aliquo vitio.*
[c] *Deberent habere aliqua signa.* [d] *Desideranda.*
[e] *Coronis ornata vendebantur.* [f] *Circumcingerent turbas.*
[g] *Habeat supplicationes.* [h] *Vendatur.*

claratur, sic concepta sit, ut abesse possit.' *Jac. Gronov.*—3 Aliter *Cæcilius.* —4 Mallt Falster. *insignita.*—5 Reg. et Rot. *præciperent.*—6 Vulg. *inducta venibant.* Ascripsit Sciopp. *corona.*—7 'Nusquam in Mss. *τὸ hujus.* Lege: *Est autem aliæ rationis opinio.* Nam et sic solet πλαυτίζειν. Lib. IX. 4. 'Nulli aliæ causæ obnoxia.'' *J. F. Gronov.*—8 'Reg. et Rot. addunt prænomen, *M. Cato.*' Idem. 'Quorum Reg. ignorat insuper vocem *quoque.* Lincoln. *quod supra dixi, quod Cato in libro.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

aperiebant honoris causa? Nempe id tum accidebat, auctore Plutarcho in Quæstionibus Romanis, cum forte caput veste injecta tectum haberent. Sæpe enim togæ limbum ad defendendum solem, aut ventum, aut pluviam in caput rejiciebant. Ceterum servi, cum in libertatem asserebantur, dicebantur ad pileum vocari: quando autem ita vendebantur ut de moribus illorum nulla daretur cautio, pileum gestabant; quippe qui vel mererentur, vel nimium affectarent libertatem, cujus adeptæ præcipuum insigne fuit pileus.

[b] *Cælius*] Hic Vespasiani temporibus, teste Pomponio, plurimum potuit.

CAP. V.

Historia de Polo histrione memoratu digna.

HISTRIO[a] in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestus[9] et vocis claritudine et venustate ceteris antestabat.[a] Nomen fuisse aiunt Polum: tragœdias poëtarum nobilium scite atque asseverate actitavit.[b] Is Polus unice amatum filium morte amisit. Eum luctum cum satis visus est eluxisse,[10] rediit ad quæstum artis. In eo tempore Athenis Electram Sophoclis[b] acturus gestare urnam quasi cum[1] Oresti[11] ossibus debebat. Ita compositum fabulæ[c] argumentum est, ut veluti fratris reliquias ferens Electra comploret commisereaturque[12] interitum ejus qui per vim extinctus[13] existimatur.[14] Igitur Polus lugubri habitu Elec-

[a] *Præstabat.* [b] *Eleganter et audacter declamavit.* [c] *Tragœdiæ.*

9 Aliter *gestu.*—10 ' Reg. et Rot. *τὸ est* inducunt.' *J. F. Gronov.* [1] Hinc Brixiana exhibet *quoniam satis visus ē luxisse,* certissimo indicio alterutrum *e* ab ipsis in Ms. non repertum. Ceterum Pricæus est, qui testari sustinuit ad Apologiam Apuleii pag. 50. in antiquis quidem et melioris notæ codicibus extare *eum luctum quoniam satis est visus eluxisse.* Crede si placet; perinde scilicet, ac cum ibidem pag. 78. ex Gellii hoc loco citat *adseverate actitabat.* Ut videtur, quo indicarent Gellium contexuisse, quæ per distinctiones vulgo discerpunt. Cohærent enim optime: *Is Polus unice amatum filium morte amisit. Eum luctum cum satis visus eluxisse rediit ad quæstum artis, in eo tempore Athenis Electram Sophoclis acturus gestare urnam quasi cum Oresti ossibus debebat.* Non enim debuit *Orestis* in hac parte edi, cum mox legeretur, *Et quasi Oresti amplexus* ossa atque urnam. Quippe in codice Regio perinde nunc legitur *Oresti,* quod propterea reposui. 5. 1. '*Ulyxi.*'' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. '*quoniam satis* f. *quō jam satis.*'—11 Herman. Præfat. in Soph. Elect. legit *Orestis.*—12 '*Commiseraturque.* Vet. ed. *commisereaturque,* quædam ed. *commisereturque.*' Thys. *Commisereturque* Delph.—13 '*Qui per vim extinctus.* Horum quatuor vocabulorum nec vola nec vestigium in scriptis est, sed tantummodo: *interitum ejus existimatur.* Forte: *commisereaturque interitum ejus existimatum:* hoc est, falso creditum.' *J. F. Gronov.*—14 Her-

NOTÆ

[a] *Histrio*] 'Histriones,' inquit Festus, 'dicti quod primum ex Histria venerint,' actores fabularum personati prodibant in theatrum.

[b] *Electram Sophoclis*] Sophocles, in tragœdia cui titulus est Electra, inducit Orestem ignotum, qui ad probandam Electræ sororis in se amicitiam, offert ipsi cineres supposititios Orestis, de cujus morte nonnihil falso rumore inaudierat. Electra cineres, ut putabat, demortui fratris complectens in mirabiles affectus erumpit.

træ indutus ossa atque urnam a sepulcro tulit filii, et quasi Oresti [c] amplexus [d] opplevit omnia non simulacris neque imitamentis,[e] [15] sed luctu atque lamentis veris et spirantibus.[f] Itaque cum agi fabula videretur, dolor actus est.[g] [16]

[d] *Et quasi tenens urnam Orestis.* [e] *Figmentis.*
[f] *Animatis.* [g] *Verus dolor apparuit.*

man. loco citato, *existimabatur*. Vid. Not. Var.—15 Herman. *incitamentis*.—16 '*Accitus est.* Ita in Ms. Vett. edd. legunt, *actitatus est.* Forsan, *actus est.*' Thys. '*Dolor accitus est.* Operarum mendum in Stephanica putabam: sed video sic exaratum esse et in codice Schefferi. Priores, *actitatus est.* Reg. et Rot. *actus est*, ut conjecit Thysius.' *J. F. Gronov.* *Actitatus est* Herman *Accitus est* Delph.

NOTÆ

[c] *Oresti*] Orestes Agamemnonem patrem occisum Clytæmnestræ matris nece ultus est.

CAP. VI.

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles scripserit.

Ex quinque his sensibus quos animantibus natura tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quas Græci αἰσθήσεις appellant,[17] quædam animalium alia alio carent; et aut cæca natura gignuntur aut inora [a] inauritave.[a] [18] Nullum

[a] *Sine ore, sine auribus.*

17 '*Quos Græci ὄψιν, ἀκοὴν, γεῦσιν, ἁφὴν, ὄσφρησιν appellant.* Sic Stephanus, cum esset: *quos Græci αἰσθήσεις, ὄψιν, ἀκοὴν,* &c. Scheff. *quos Græci αἰσθήσεις appellant*, nihil præterea. Reg. *quas Græci αἰσθήσεις appellant.* Rot. *quas Græci aisleseis appellant.* Ubi τὸ *quas* plane pro Gelliano habeo: nam cum utrovis modo loqui liceat, elegantiores tamen consequenti respondere pronomen quam antecedenti malunt.' *J. F. Gronov.* 'Omni sane modo nugatoria est hæc decisio Stephani, ut nudas singulorum sensuum voces Græcas censuerit a Gellio scribi debere, prorsus nulli ignotas et quas in nullo Ms. notatas inveniebat: alteram vero vocem utique in scriptis extantem et huc bene congruam exulare hinc voluerit, unde compulsus fui verum eligere.' *Jac. Gronov.* Lectionem Steph. dant Lugd. Bat. Delph.—18 'Restituendum ex Non.

NOTÆ

[a] *Inora*] Habetur in editione Ascensii *inodora*: nec id alienum est a mente Aristotelis et ipsius Gellii, qui cum fateatur animalia omnia, sal-

autem gigni[19] animal Aristoteles dicit, quod aut gustus sensu careat aut tactus. Verba ex libro ejus, quem περὶ μνήμης[b] [20] composuit, hæc sunt: τὴν δὲ ἁφὴν καὶ γεῦσιν[1] πάντα ἔχει, πλὴν ἐπὶ τῶν ἀτελῆ ζώων.[c]

[b] *De memoria.*
[c] *Tactum autem et gustum omnia habent animalia, præter imperfecta animalia.*

Marcel. censet Jos. Mercerus: *inodora aut inaudita*. Quod admodum probabile est. Atque adeo etiam *inodora* conjecit Badius Ascensius.' *J. F. Gron.* Vid. inf. et Not. Var. *Inauditave* ascripsit Sciopp. *Inora* retineri debere notavit Carolus. *Inodora* et *inaudita* legendum monet Falster.—19 ' Reg. et Schefferi: *Nullum autem ullum gigni.* Videntur velle: *Nullum autem unum gigni animal.*' J. F. Gronov.—20 Ascripsit Sciopp. ' f. αἰσθήσεως καὶ αἰσθητοῦ.' —1 Lugd. Bat. Delph. καὶ τὴν γεῦσιν.

NOTÆ

tem perfecta, gustus sensum habere, nullum sine ore videtur admittere.

b Περὶ μνήμης] Notat Hartungus locum hunc excerptum esse ex libro de Somno et Vigilia; minime vero, quod ait Gellius, ex libro de Memoria.

CAP. VII.

An, affatim, *quasi* admodum, *prima acuta pronuntiandum sit, et quædam itidem non incuriose*[a] *tractata super aliarum vocum accentibus.*

ANNIANUS poëta,[a] præter ingenii amœnitates literarum quoque veterum et rationum in literis oppido quam peritus fuit:[b] et sermocinabatur mira quadam et scita[c] [2] suavitate. Is 'affatim,' ut 'admodum,' prima acuta,[b] non media

[a] *Indiligenter.* [b] *Certe maxime versatus fuit.* [c] *Elegenti.*

2 ' *Mira quapiam et scita.* Ita solus in tanto numero edidit Thysius, quantum conficio, id fingens et assumens ex errore typorum editionis Amstelodamensis anni 1651. *quapam;* inversa quarta litera, cum in omnibus antecedentibus sit *quadam*, nec aliter in Mss. ut debuerit prudentius agere, et ego ve-

NOTÆ

a *Annianus poëta*] Hic Trajani et Hadriani temporibus altero post Christum natum sæculo claruit.

b *Prima acuta*] Romani in syllabarum tenore ad quantitatem non semper attendebant, ut patet ex Prisciano.

pronuntiabat, atque ita veteres locutos censebat. Itaque se audiente Probum grammaticum hos versus in Plauti Cistellaria [d] [3] legisse dicit:

'Potin' es tu homo [4] facinus facere strenuum?
Aliorum est affatim [5] qui faciant. Sane ego
Me volo [6] fortem perhiberier virum.' [e]

Causamque esse huic accentui dicebat, quod, 'affatim,' non essent duæ partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset, sicuti in eo quoque, quod 'exadversum' dicimus, secundam syllabam debere acui existimabat, quoniam una, non duæ essent orationis partes; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his versibus: [7]

'In quo hæc discebat ludo, exadversum loco
Tonstrina erat quædam.' [f]

Addebat etiam, quod, 'ad,' præverbium [g] [8] tum ferme acueretur, cum significaret ἐπίτασιν, quam intentionem [h] nos dicimus, sicuti 'adfabre' et 'admodum' et 'adprobe' dicuntur. 2. Cetera quidem satis commode Annianus. Sed hanc particulam, 'ad,' semper, cum intentionem [9] significaset, acui putavit, non id perpetuum videtur: nam et 'adpotus' cum dicimus [10] et 'adprimus' et 'adprime,' inten-

[d] *Comœdia sic inscripta.* [e] *Homo, an potes suscipere factum egregium? Satis multi sunt qui suscipiant. Ego certe volo æstimari vir generosus.*
[f] *Erat taberna tonsoris e regione loci, in quo hæc docebatur.*
[g] *Præpositio posita ante verbum.* [h] *Amplificationem.*



terem scripturam reponere coactus fuerim.' *Jac. Gronov.*—3 'Potius *Clitellaria*, ut jam viderunt, qui fragmenta fabularum Plauti amissarum collegerunt.' *J. F. Gronov.*—4 Ms. Reg. *Potine tu homo.*—5 Aliter *affatim est.*—6 Ascripsit Sciopp. '*nolo* pro *volo*. Rectissime.'—7 Idem ascripsit *versibus dicebat.*—8 'Vett. editt. habent *proverbium*. *Præverbium* autem dicitur, cum particula *ad* per compositionem præponitur verbo, id est, parti dictionis. Etiam Salmasius diserte annotavit in Ms. Reg. esse *proverbium*.' Thys.—9 '*Sed hanc particulam, ad, cum intentionem.* Superiores editi: *Sed hanc particulam, ad, semper cum intentionem.* Carrio vel Stephanus omiserunt τὸ *semper*. At scripti hoc retinent, negligunt autem τὸ *ad*: optimi etiam interponunt τὸ *si*, hoc modo: *Sed si hanc particulam semper, cum intentionem significaret, acui putavit; non id perpetuum videtur.*' J. F. Gronov. 'Nescio qui ad has citationes venerit, cum ipse ediderit *particulam, ad, quam semper, cum.* An illud *quam* invito ipso irrupit? Ceterum progredi oportet in declaratione codicis Regii, cujus tota lectio hæc est: *Sed si hanc particulam semper cum intentionem significaret, acui putavit, non id perpetuum putavit.* Quod egregium et integerrimum erit, si leniter mutando habeas *ne id perpetuum putarit.*' Jac. Gronov. Vet. ed. Bad. *Quod hanc.* Ascripsit Sciopp. *Sed si hanc.*—10 '*Cum dicimus*

tio his in verbis demonstratur:[11] neque tamen, 'ad,' particula satis commode accentu acuto pronuntiatur. 'Adprobus' tamen, quod significat 'valde probus,' non inficias[1] eo[a] quin prima syllaba acui debeat. Cæcilius in comœdia, quæ inscribitur TRIUMPHUS, vocabulo isto utitur:

'Hierocles hospes est mihi adolescens adprobus.'

Num igitur in istis vocibus, quas non[12] acui diximus, ea causa est quod syllaba insequitur natura longior, quæ non ferme patitur acui priorem in vocabulis syllabarum plurium quam duarum? 'Adprimum' autem 'longe primum'[13] L. Livius in Odyssea dicit in hoc versu:

'Ibi denique[14] vir summus adprimus Patroclus.'

Idem Livius in Odyssea[15] 'præmodum' dicit, quasi 'admodum.' 'Parcentes,' inquit, 'præmodum.'[16] Quod significat 'supra modum;' dictumque est quasi 'præter modum:' in quo scilicet prima syllaba acui debuit.[17]

[1] *Non nego.*

deest in quodam Ms.' *Thys.*—11 Reg. *his in omnibus dem.* Lincoln. *his versibus dem.*—12 Aliter *nos.*—13 Ascripsit Sciopp. 'f. *acuta prima.*'—14 Reg. *Ibid'que.* Rot. *Ibidemque.* Conabar etiam aliquando *summis.*' J. F. Gronov. —15 Quærit Jac. Gronov. 'Cur non aut *Livius in eadem Odyssea,* aut *Idem Livius in eadem Odyssea.*' Reg. habet *in dyssia.* Ascripsit Sciopp. *Odyssia.*—16 '*Præmodum.* Toties in Gellio occurrit *præter,* (pro quo v. 8. ponit p̄) totque alia loca primam istam syllabam continent; et tamen nuspiam observavi in codice Regio istam notam, quam nunc bis exhibet, nempe p9. Aliis literis ut t, m, &c. appositam memini, non huic literæ p.' *Jac. Gronov.* 'At ego sæpius τὸ p cum hac nota 9 observavi in codicibus calamo exaratis pro *post;* ut itaque librarius iste Ms. Reg. indicare voluerit *postmodum,* quod ipsi fuerit notius quam *præmodum.*' Otho.—17 Reg. *debebit.*

NOTÆ

[a] *Non inficias eo*] Inficias eo dicendum an infitias? Si per *c* scribatur, derivabitur ab 'in' et 'facio,' quasi quis se fecisse neget: si per *t,* ab 'in' et 'fateor,' quasi infiteor, ut ait Festus.

CAP. VIII.

Res ultra fidem tradita super amatore delphino et puero amato.

Delphinos Venerios[a] [a] esse[18] et amasios non modo historiæ veteres, sed recentes quoque memoriæ[b] declarant. Nam et sub Cæsaris,[19] [b] in Puteolano mari,[c] ut Apion[20] scriptum reliquit, et aliquot sæculis ante apud Naupactum,[d] ut Theophrastus tradidit, amatores flagrantissimi quidam delphinorum[1] cogniti compertique sunt. Neque ii[2] amaverunt, quod sunt ipsi genus;[c] sed pueros forma liberali in naviculis forte aut in vadis littorum conspectos miris et humanis modis arserunt.[d] [3] 2. Verba subscripsi Apionis eruditi viri ex Ægyptiacorum libro quinto: quibus delphini amantis et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert; eaque omnia sese ipsum multosque alios vidisse dicit. *Καὶ αὐτὸς* [e] *δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρ-*

[a] *Salaces et amatores.* [b] *Historiæ.*
[c] *Alios delphinos qui sunt ejusdem speciei.* [d] *Amaverunt supra modum.*
[e] *Et ipse igitur vidi prope Dicæarchiam delphinum amatorem pueri, et ad pueri-*

18 Ms. *esse Venereos.*—19 Vulg. *Sub Cæsaribus.*—20 Aliter *Appion.*—1 'Rom. Ven. Gryph. *flagrantissimi delfinorum quidam.* Ascens. *amatores flagrantissimi delfini cogniti.* Etiam Aldus caret *τῷ quidam*, ut et omnes, quibus utimur, scripti. Censeo, reponas: *amores flagrantissimi delfinorum cogniti compertique sunt.*' J. F. Gronov. '*Quidam delfinorum.* Vett. ed. *Delfinorum quidam.* Bad. *Delfini.*' Thys. 'Immo, ut jam dictum est, absque *τῷ quidam* codex Regius *amatores flagrantissimi delfinorum cogniti*, quam ambiguitatem amœnam reor visam Gellio.' *Jac. Gronov.*—2 Ms. *Neque hi.*—3 Lambecius

NOTÆ

[a] *Delphinos Venerios*] Inter alia quæ de delphinis plurima traduntur commentitia, etiam innatus ille in pueros amor referendus est, ut ridiculum illud prætermittam, Simonis nomen eis gratum esse, quoniam simi sunt. Delphinum Galli vocamus marinum suem corrupta voce *Marsouin.*

[b] *Sub Cæsaris*] Id Plinius refert accidisse sub Augusto, qui uno antequam Gellius floreret, sæculo imperavit.

[c] *Puteolano mari*] Puteoli urbs Campaniæ in Italia ad mare posita: alias Dicæarchia, nunc dicitur *Puzzole.*

[d] *Naupactum*] Naupactus urbs Achaiæ ad sinum Corinthiacum hodie *Lepante* appellatur, ingenti Turcarum clade celebris. A navibus ibi compactis, ut ait Strabo lib. IX. nomen habuit, sive ibi Heraclidæ classem fabricati sint, sive iis priores Locri, quod Ephorus putat.

χίαν δελφῖνα ἐρῶντα παιδὸς,[4] καὶ πρὸς παιδικὴν ἐπτοημένον φωνήν.[5] ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων, καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων, ἵνα μὴ τὸν ποθούμενον χρῶτα ἀμύξειε,[6] καὶ ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων.[e] ἐξεχεῖτο δ' ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία θεάσασθαι ἰχθὺν νηχόμενον[7] ὑπὸ ἔρωτος. **3.** Ad hæc adjicit[8] rem non minus mirandam. Postea, inquit, idem ille puer delphineromenos[9]

lem advolantem vocem. Igitur et adnatans piscis admittebat puerum dorso, et aculeos pinnæ recondebat, ut ne amabile corpus dilacerarent, et quasi equo invectum ad ducenta duxit stadia; exibat igitur Roma et omnis Italia ad videndum piscem natantem ex amore pueri.

aliquando cogitavit *arcesserunt.*—4 ‘ Καὶ αὐτὸς δ' οὖν εἶδον. Hæc in Schefferi membranis rubrica notata sic sonant: Αὐτὸς δ' οὖν εἶδον περὶ Δικαιαρχίας Ὑάκινθος ἐκαλεῖτο ποτ' εἰσεπτοημένον δελφῖνα πρὸς παιδικὴν ψυχὴν πτερούμενος ἐντὸς τάς τε ἀκάνθας περιστέλλων ἵνα μὴ τοῦ ποθουμένου χρωτὸς ἀμύξῃ φειδόμενος ἱππηδὸν περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. ἐξεχεῖτο δὴ οὖν Ῥώμη καὶ πᾶσα Ἰταλία τῆς Ἀφροδίτης ξυνορῶντες νιοχούμενον ἰχθύν. Ubi sunt quædam vulgatis elegantiora et quæ ad rem pertinere videntur; etsi quædam etiam desiderentur. Itaque vide an ex utrisque sic possit instaurari locus: Καὶ αὐτὸς δ' οὖν εἶδον ἐρῶντα παιδὸς (Ὑάκινθος ἐκαλεῖτο) καὶ ἐξεπτοημένον δελφῖνα πρὸς παιδικὴν φωνήν. Ἀτὰρ οὖν καὶ προσνηχόμενος ὁ ἰχθὺς ἀνεδέχετο τὸν παῖδα ἐπὶ τῶν νώτων πτερούμενός τε καὶ τὰς ἀκάνθας περιστέλλων, ἵνα μὴ τοῦ ποθουμένου χρωτὸς ἀμύξειε φειδόμενος, ἱππηδὸν ἐπιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνῆγε σταδίων. Ἐξεχεῖτο δὴ ἄρα ἡ Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία τῆς Ἀφροδίτης ξυνορῶντες νεοχούμενον ἰχθύν. Quis non videt exquisitius esse Ῥώμη καὶ πᾶσα ἡ Ἰταλία ξυνορῶντες quam θεάσασθαι? Tum melius est, νεοχούμενον ‘ vectorem pueri,’ quam νηχόμενον; τῆς Ἀφροδίτης (puta ἕνεκα) quam ὑπ' ἔρωτος.’ *J. F. Gronov.* ‘ Sed etiam hic notari oportet pro istis Græcis in Ms. Regio ab initio nihil haberi præter Αὐτὸς δ. Unde colligi oportet illud καὶ, unde in editis Græca ista incipiunt, esse spurium nec venisse ab Gellio, ut deleri debeat. Deinde istud in Schefferi codice νιοχούμενον unice nos ducit ad veram lectionem et explicationem istarum aurigationum, ad quas alludit, corrigendo ἡνιοχούμενον. Denique dulcissimum est illud πτερούμενος ἐντός. Nam cum omnia volatilia pennis instrui debuerint extrinsecus, delfinum interior impetus velut alatum coëgit volare. Denique notatio loci non debuit omitti.’ *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. παιδὸς (ὑάκινθος ἐκαλεῖτο) καί.—5 Idem ascripsit ψυχήν.—6 Idem τοῦ ποθουμένου χρῶτα ἀμύξῃ.—7 Casaubonus mavult νικώμενον. Ascripsit Sciopp. ἡνιοχούμενον.—8 ‘ Omnes scripti, *Ad hoc:* meliores etiam carent negandi particula, quæ tamen necessaria est. Forte: *Ad hoc adjicit non minus mirandum:* vel *miranda.*’ J. F. Gronov. In Ms. quodam *adducit.*—9 ‘ *Ille puer delfino amœnus.* E Fulviano notant *amatus.* Rot. *delfineromenos.* Reg. *delphineromenos:* ut monere occupavit Salmasius in Addendis ad Solinum.’ *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. ‘ *delfineromenus* v. c. in alio *amatus* ex glossa.’ *Delfino amœnus* Lugd. Bat. Delph.

NOTÆ

[e] Διακοσίων ἀνῆγε σταδίων] Stadium spatium est 125. passuum, sexdecim stadia leucam Gallicam conficiunt: unde ducenta stadia ad duodecim circiter leucas nostrates revocantur.

morbo affectus obiit[f] suum diem. At ille amans, ubi sæpe ad littus solitum adnavit, et puer qui in primo vado adventum ejus opperiri[g] consueverat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque est;[h] et in littore jacens, inventus ab his qui rem cognoverant, in sui pueri sepulcro humatus est.

[f] *Mortuus est.* [g] *Expectare.* [h] *Dolore exaruit et mortuus est.*

CAP. IX.

Peposci *et* memordi, pepugi, spepondi, *et* cecurrri *plerosque veterum dixisse, non uti postea receptum est dicere, per* o, *aut per* u, *literam in prima syllaba positam, sed per* e, *atque id Græcæ rationis exemplo dixisse: præterea notatum, quod viri non indocti neque ignobiles, a verbo* descendo, *non* descendi, *sed* descendidi *dixerunt.*

'Poposci,' 'momordi,'[10] 'pupugi,' 'cucurri,' probabiliter dici videntur: atque ita nunc omnes ferme doctiores hujuscemodi verbis utuntur.[11] Sed Q. Ennius in Satiris,[12] 'memorderit,' dixit per, *e*, literam, non 'momorderit.' 'Meum,' inquit, 'non est; at si me canis memorderit.'[13] Item Laberius in Gallis:[a][14] 'De integro patrimonio meo

[a] *Comœdia quæ dicitur Galli.*

10 '*Peposci et momordi.* Reg. *Peposci et memordi, pepugi, spepondi et occurri:* prorsus ut editi ante Stephanum, nisi quod *occecurri.*' J. F. Gronov.—11 'Omnes scripti *hujusce* sine τῷ *modi.* Lege: *atque ita nunc omnes ferme doctiores hisce verbis utuntur.*' Idem.—12 Ascripsit Sciopp. *Saturis.*—13 'In Ms. erat: *Meum non est, alt'nus iste canis memorderit.* Forteas scripsit Ennius: *Meum non est, alterius si te canis memorderit.* Ut sit proverbiali specie dictum in eum, qui mali sui causam non ipsi auctori, sed alteri cuipiam imputat, ὥσπερ κύων εἰς τὸν λίθον ἀγανακτοῦσα. Ego certe Enniana istæc verba hoc sensu emendari malim, quam omni omnino sensu carere. Quin etiam metri ratione observata emendatio illa tolerari potest. Nam si τὸ *alterius* tollatur, integer restat senarius: *Meum non est, si te canis memorderit.* Eo autem versuum genere Ennium satiras aliquot scripsisse, videre est ex fragmento, quod citatur apud eundem Gellium lib. XVIII. cap. 2.' *Lambecius.* 'Non aliter apud Nonium legitur, qui descripsit hæc in *memordi*: nisi quod ibi membranæ antiquissimæ, *ut si.* Reg. et Rot. *ac si me canis.*' J. F. Gronov.—14 Apud No-

centum millia nummum memordi.'[b] Item idem Laberius in Coloratore:[c] 'Itaque levi[15] pruna percoctus simul sub dentes mulieris veni, bis ter memordit.' Item P. Nigidius de animalibus libro secundo: 'Serpens si memordit, gallina deligitur[a] et opponitur.'[16] Item Plautus in Aulularia: 'admemordit[17] hominem.' Sed idem Plautus in Trigeminis non 'præmordisse,' neque 'præmemordisse' dixit, sed 'præmorsisse.'

'Ni fugissem,' inquit, 'medium, credo, præmorsisset.'

2. Item Atta[18][b] in Conciliatrice: 'Ursum se memordisse autumat.' 'Peposci' quoque, non 'poposci' Valerius Antias libro Annalium quadragesimo quinto scriptum reliquit: 'Denique Licinius tribunus plebi perduellionis ei diem dixit,[d][19] et comitiis diem a Q. Martio[20] Prætore peposcit.' 'Pepugero' æque Atta in Ædilicia dicit: 'Sed si pepugero metuet.' Ælium quoque Tuberonem libro ad C. Oppium scripto 'occecurrerit'[1] dixisse Probus anno-

[b] *Consumsi.* [c] *Comœdia quæ inscripta est Colorator.*
[d] *Assignavit ipsi diem quo dilueret crimen rebellionis.*

nium legitur *Callis.*—15 'In Aldina, Badiana, Gryphiana editione, et Mss. uti versus hic leguntur, ita monet Barth. Adv. l. VIII. c. 18. versus senarios iambicos restituendos, *Itaque levi Pruna percoctus simul sub dentes mulieris Veni, bis ter memordit.*' Thys. Ms. *leni:* quod et ascripsit Sciopp.—16 Idem ascripsit *apponitur.*—17 Idem *Aulularia: nunc enim est ut admemordit.*—18 'Vett. edd. habent *Accius*, atque ita corrupte quoque apud Nonium legitur.' *Thys.* —19 '*Tribunus plebei perduellionis ei diem dixit.* Reg. et Rot. *tribunus plebi perduellionem ei diem dicit.* Scheff. *tr. plebis perduellionem ei dum dicit.* Sed et editi omnes usque ad Stephanum, *perduellionem*, haud dubium argumentum hæc aliquid monstri alere. Quod illud? Suspicor Auctori fuisse: *Licinius tribunus plebi perduellionem ei judicavit*, et *comitiis diem.* Neque enim solus, opinor, Livius dixit lib. I. 'P. Horati, tibi perduellionem judico.' Sed et scripti, *a M. Marcio.*' J. F. Gronov. 'Videtur excidisse particula *in*, tribunus plebi in perduellionem ei diem dicit, ut apud Liv. XLIII. 16. 'diem dixit ad rogationem.'' *Jac. Gronov.*—20 Vet. ed. *M. Marcio.*—1 Vet. ed. *occecurrit:*

NOTÆ

[a] *Gallina deligitur*] Ferunt gallinam nigram, si viva discerpatur et recenti vulneri admoveatur, præsenti remedio serpentum morsus sanare.

[b] *Atta*] Q. Atta scripsit comœdias, quas cum sæpius citent grammatici, probabile est aliquo fuisse in pretio, tametsi ejus fabulas ut indignas carpere Horatius in arte poëtica videatur. Attæ cognomen, ut tradit Nonius, illis fuit impositum qui eo pe-

tavit, et hæc ejus verba apposuit: 'Si generalis species occecurrit.' 3. Idem Probus Valerium Antiatem libro historiarum duodecimo[2] 'speponderant' scripsisse annotavit; verbaque ejus hæc posuit: 'Tib. Gracchus, qui quæstor C. Mancino in Hispania fuerat, et ceteri qui pacem speponderant.' Ratio autem istarum dictionum[3] hæc esse videri potest: quoniam Græci in quadam specie præteriti temporis, quod *παρακείμενον* appellant, secundam verbi literam in *e* plerumque vertunt, *γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λούω λέλουκα.*[a] Sic ergo[4] 'mordeo memordi,' 'posco peposci,' 'tendo tetendi,' 'tango tetigi,' 'pungo pepugi,' 'spondeo spepondi,' 'curro cecurri,' 'tollo tetuli' facit. Sic et M. Tullius et C. Cæsar 'mordeo memordi,' 'pungo pepugi,' 'spondeo spepondi,' dixerunt. 4. Præterea inveni a verbo 'scindo' simili ratione non 'sciderat' sed 'sesciderat' dictum esse. L. Attius[5] in Sotadicorum[c] libro primo 'sesciderat' dixit. Verba hæc sunt: 'Non ergo aquila ita, uti prædicant,[6] sce-

[a] *Scribo, scripsi: facio feci: loquor, locutus sum: teneo, tenui: lavo, lavi.*

quod et dat Delph.—2 Reg. et Rot. XXII.—3 *Ratio autem dictionem* Vulg.—4 Ascripsit Sciopp. *Sic igitur.*—5 Vett. edd. habent *Accius.* Vid. Not. Var. —6 'Rursum scripti et editi: *ut hi prædicant*: nempe poëtæ.' *J. F. Gronov.* 'Sed insuper Regius: *Num ergo aquila ita ut hi prædicant sciciderat pectus,* prout etiam ibi legebatur semel *sciciderat*, tum *scididerat*.' Jac. Gronov. Ali-

NOTÆ

dum vitio laborabant, ut magis inniterentur plantis quam libere ambularent. Obiisse Romæ et in via Prænestina sepultus fuisse dicitur, Olymp. CLXXIV. an. III. ante Christum LXXXII.

[c] *Sotadicorum*] Sotadicorum versuum auctor fuit Sotades vir turpissimus, quibus versibus omnes nefandarum libidinum species describit. Sotadicum aut Sotadæum carmen pedes habet septem, ut observavit Atilius Fortunatianus in Arte. Primus spondeus, secundus iambus, tertius spondeus, quartus iambus, quintus et sextus tribrachys, ultimus spondeus. Potest totus constare ex meris trochæis. Sotadici versus etiam dicuntur reciproci, cum voces omnes ordine retrogrado versum pariter conficiunt: hic enim versus, 'Musa mihi causas memora quo numine læso,' si recurrat, 'Læso numine quo memora causas mihi musa,' Sotadicus est.

sciderat[f] pectus.' Ennius quoque[7] et Valerius Antias, in libro historiarum septuagesimo quinto,[8] verba hæc scripsit: 'Deinde funere locato ad forum descendidit.' Laberius[9] quoque in Catulario ita scripsit:

'Ego mirabar quomodo mammæ mihi descendiderant.'

[f] *Discerpserat.*

ter *sesciderat.*—7 'Credo huic loco deesse quædam verba.' *Thys.* 'Quæ sententia non orta est ex Thysio, sed hic iteravit ex Ascensii Notis, unde ad noscendam ejus sententiam sic porro addi oportebat [Descendidi a descendo declinavit: et locum citatum: quem quia desideratur, divinare non possumus: deinde additum est *Et Valerius Antias.*] Qui defectus affirmari potest ideo certius, quod in Ms. Regio vocula *et* non extet, claro indicio, illum ortum fuisse ex iteratione vocis *quoque*, quæ ut ab Gellio posita fuit post nomen *Ennius*, ita progressus orationis fecit, ut repeteretur ante nomen *Valerius*. Itaque hinc est, ut ignoremus, citatio Ennii utrum pertinuerit ad verbum 'scecidit,' an ad alterum 'descendidit,' cum interim ex Melanippa Ennii citet Priscianus lib. x. 'Quom saxum sciciderit.' Ubi etiam jungit locum ex Sotadicis nunc citatum, ut ita appareat locum hunc Gellii tunc in oculis et mente Prisciani fuisse. Sed et hinc quoque factum videtur, ut hæc omnia ab τοῦ *Valerius Antias* bis scripta sint in eodem Regio Ms.' *Jac. Gronov.*—8 In quodam Ms. LXXXV.—9 In Ms. quodam, *Valerius.*

CAP. X.

Ususcapio *et copulate et recto vocabuli casu dicitur, ita* pignoriscapio *conjuncte et eadem vocabuli forma dictum est.*[10]

UT hæc 'ususcapio'[a] dicitur copulato vocabulo, *a*, litera in eo tractim[a] pronuntiata; ita 'pignoriscapio' junctæ sunt

[a] *Longa.*

10 '*Ususcapio, &c. eadem vocabuli forma dictum est.* Schef. *Usucapio.* Regius, *dictum esse.* Lege: *Ut usucapio et copulate et recto vocabuli casu dicitur, ita pignoriscapio conjuncte et eadem vocabuli forma dictum esse.* Cur enim *usucapionem* diceret, quæ est *usucapio?* Et comparatio est in eo, quod utraque vox est composita, utraque recto casu similiter exit. Sed et in principio capitis Regius: *Ut hæc usucapio.*' J. F. Gronov. 'Scias quoque nullam in

NOTÆ

[a] *Ususcapio*] Est acquisitio vel adjectio dominii confirmata, cum quis rem possedit per id omne tempus quod lege definitur.

partes, et producte dicebatur.[11] Verba Catonis sunt ex primo epistolicarum quæstionum: 'Pignoriscapio ob æs militare,[a] quod æs a tribuno ærario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit.' Per quod satis[12] dilucet[b] hanc 'capionem' posse dici, quasi hanc 'captionem,' et in usu et in pignore.

[b] *Apparet.*

codice isto Regio copulativam apparere.' *Jac. Gronov.*—11 'Sic Stephanus. Olim, *productæ dicebatur*. Scripti nullas hic ferunt *partes*. Fortasse: *ita pignoriscapio juncte A producta dicebatur*. Ut antea, 'A litera in eo tractim pronuntiata.'' *J. F. Gronov.*—12 *Satis* abest a vet. ed.

NOTÆ

[a] *Æs militare*] Vide Notas in cap. 8. lib. I.

CAP. XI.

Neque levitatem *neque* nequitiam *ea significatione esse, qua in vulgi sermonibus dicuntur.*

'LEVITATEM' plerumque nunc pro inconstantia et mutabilitate dici audio, et 'nequitiam' pro solertia astutiaque. Sed veterum hominum qui proprie atque integre[a] locuti sunt, 'leves' dixerunt, quos vulgo nunc viles et nullo honore dignos dicimus; et 'levitatem' appellaverunt proinde quasi 'vilitatem;'[13] et 'nequam' hominem nulli rei neque[14] frugis bonæ;[b] quod genus[c] Græci fere ἄσωτον ἢ ἀκόλαστον ἢ ἀχρεῖον ἢ ἄχρηστον ἢ κακότροπον ἢ μιαρὸν[d] dicunt.[15] Qui exempla horum verborum requirit, ne in libris nimis remotis[16] quærat,

[a] *Pure.* [b] *Hominem nihili et virtutis expertem.* [c] *Hominum.*
[d] *Dissolutum, aut effrænatum, aut inutilem, aut ineptum, aut male moratum, aut sordidum.*

13 Sic scribendum olim censuerunt Chr. Colerus et Guil. Ranchinus. Vulg. *lenitatem*. 'Reg. plane *levitatem*, tanquam innueret *lævitatem*, quam differentiam in dictante signare non potuit scriba.' *Jac. Gronov.*—14 Vet. ed. *nihili neque rei*.—15 'Scheff. *quod genus Græci fere ἄσωτον ἀκόλαστον dicunt*. Regius: *quod genus Græci fere ἄσωτον vel ἀκόλαστον dicunt*. Nihil amplius.' *J. F. Gron.*—16 'Parum interest, sed scripti consensu: *ne in libris nimium remotis*.' Idem.

inveniet ea in M. Tullii secunda[e] Antonianarum. Nam cum genus quoddam sordidissimum vitæ atque victus M. Antonii idem demonstraturus[17] esset, quod in caupona delitesceret, quod ad vesperum perpotaret, quod ore involuto iter faceret ne cognosceretur; hæc et alia ejusmodi[18] cum in eum dicturus esset, 'Videte,' inquit, 'hominis levitatem.' 2. Tanquam prorsus ista dedecora hoc vitio[19] in homine notarentur. At postea, cum in eundem Antonium probra quædam alia ludibriosa et turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit: 'O hominem nequam! nihil enim magis proprie possum dicere.' Sed ex eo loco M. Tullii verba compluscula[f] libuit ponere. 'At videte levitatem hominis! cum hora diei decima[a] fere ad Saxa rubra[b] venisset, delituit in quadam cauponula: atque ibi se occulens[g] [20] perpotavit ad vesperum: inde cisio[h] celeriter ad urbem advectus domum venit ore[1] involuto. Janitor rogat,[2] Quis tu? A Marco tabellarius: confestim ad eam, cujus causa venerat, deducitur: eique Epistolam tradit. Quam illa cum legeret flens, (erat enim scripta amatorie: caput autem literarum hoc erat;[i] sibi cum illa mima[c] posthac nihil futurum: omnem se amorem abjecisse illius,[3] atque in hanc[k] trans-

[e] *Secunda Philippica.* [f] *Paulo plura.* [g] *Delitescens.*
[h] *Vehiculo duabus rotis instructo.* [i] *Summa Epistolæ hæc erat.*
[k] *In Fulviam.*

—17 In Lincoln. erat, *idem monstraturus*. Sed ex Regio notavi, abesse vocem *idem*, retento verbo composito, uti videtur mollius.' *Jac. Gronov.*—18 'Optimi, *hæc aliaque ejusdemmodi.*' J. F. Gronov.—19 'Possis dubitare, annon scripserit, *hoc convicio.*' Idem.—20 In Cicerone legitur, *occultans*. Codex Reg. *occulans*.—1 Ap. Cic. hodie legitur, *capite*.—2 '*Janitor rogat*. Abest vox posterior.' *Sciopp.*—3 '*Omnem se amorem abjecisse illim*. Et hoc Carrio-

NOTÆ

[a] *Hora diei decima*] Duabus horis ante noctem. Solebant enim antiqui, ut jam superius annotavimus, diem duodecim in partes æquales dividere, et sæpissime non a media nocte, sed ab ortu Solis horas numerare.

[b] *Saxa rubra*] Saxa rubra Romam inter ac Veios sita fuere ad Cremeram, ubi trecenti Fabii cecidere. Nunc auctore Celso Cittadino dicitur *Grotta Rossa*.

[c] *Mima*] Fuit illa Cytheris sive Volumnia mima.

fudisse :) cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit: caput aperuit:[l] in collum invasit. O hominem nequam! nihil enim magis proprie possum dicere. Ergo ut te catamitum,[d] nec opinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, iccirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti?' 3. Consimiliter Q. quoque Claudius, in primo annalium, 'nequitiam' appellavit luxum vitæ prodigum effusumque in hisce verbis: 'Persuadenti cuidam adolescenti Lucano, qui apprime summo genere gnatus erat,[m] sed luxuria et nequitia pecuniam magnam consumserat.' M. Varro in libris de lingua Latina: 'Ut ex non et ex volo,' inquit, 'nolo fit,[4] sic ex ne et quicquam, media extrita[n] syllaba, compositum est, nequam.' P. Africanus pro se contra Tib. Asellum[5] de mulcta ad populum: 'Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque nequitia. Utrum defendis[o] malitiam, an nequitiam, an utrumque simul? si nequitiam defendere vis, licet; sed tu in uno scorto majorem pecuniam absumsisti, quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedicavisti:[p][6] ni hoc ita est:[7] qui spondet mille nummum? sed tu plus tertia parte pecuniæ paternæ perdidisti atque absumsisti in flagitiis.[8] Ni hoc ita est: qui spondet mille nummum?[q]

[l] *Detexit.* [m] *Qui maxime nobilis erat.* [n] *Sublata.* [o] *Utrum negas in te esse.*
[p] *Quam censori dixisti æstimari supellectilem omnem agri Sabini.*
[q] *Quis vult deponere mille nummos, nisi hoc ita sit?*

nium. Apud Ciceronem editur *illinc*. Scripti omnes Gellii, *illi*. Verum puto, quod ab Romana usque ad Stephanicam obtinuit: *omnem se amorem abjecisse illius*.' J. F. Gronov.—4 '*Ut ex non et volo nolo fit*. Sic habetur et apud Varronem lib. IX. extremo. At quos cum maxime versamus, scripti omnes: *Ut ex non et ex volo nolo fit*.' Idem.—5 Vet. ed. *Asellium*.—6 Casaubonus conjicit legendum, *in censu indicavisti*.—7 Vet. ed. *si hoc ita est*.—8 'In Rot. video, *perdidisti atque sumpsisti in flagitiis*. Nec spernere ausim vel ob Plauti Mil. III. 1. 'In mala uxore atque inimico si quid sumas, sumptus est. In bono hospite atque amico quæstus est, quod sumitur. Et quod in rebus divinis sumas, sapienti lucro est.' Atque adeo quia et superiore membro eadem mem-

NOTÆ

[d] *Catamitum*] Catamitus, si Festo credimus, dictus est pro Ganymede qui Jovi in amoribus erat. Eum significat qui alterius libidinibus servit.

Non vis nequitiam.[r] Age malitiam saltem defendas.[9] Sed tu verbis conceptis[a] conjuravisti[10] sciens sciente animo tuo:[s] ni hoc ita est: qui spondet mille nummum?'

[r] *Non vis convinci tuam nequitiam.*
[s] *Tu prudens et sciens expressa verborum formula pejerasti.*

branæ, *majorem pecuniam ab insumpsisti*, suspicor et τὸ *ab* et τὸ *in* esse insititia, et ibi quoque scribendum: *in uno scorto majorem pecuniam sumpsisti.*' J. F. Gronov.—9 'Vet. ed. *defende*. Mss. *defendes*.' Thys. *Defende* Delph.—10 Vet. ed. *jurasti*. Ascripsit Sciopp. *conjurasti*.

NOTÆ

[a] *Verbis conceptis*] Qui juramentum concipiebat, quandam proponebat verborum formulam, in qua conceptum erat juramentum. Neque id satis; solebat illa formula prælegi, atque hinc aliquando, ut hoc loco, dicebantur conjurare qui prius lectam juramenti formulam jurando repetebant.

CAP. XII.

De tunicis chiridotis:[a] quod earum usum P. Africanus Sulpicio Gallo objecit.

Tunicis[a] uti virum prolixis ultra brachia et usque in primores manus ac prope in digitos,[b] Romæ atque omni in Latio indecorum fuit. Eas tunicas Græco vocabulo nostri chiridotas[b] appellaverunt: fœminisque solis vestem longe lateque diffusam decoram[11] existimaverunt, ad ulnas cru-

[a] *Manicatis.* [b] *Usque ad commissuram manus cum brachio.*

11 '*Vestem longe lateque diffusam decorem.* Sic Stephanica, quam secutæ *decoram*. Ms. Schefferi, Ro. Ven. Vasc. Gryph. editiones, *indecorem*: unde Lud. Aurelius conjecit, *ut decoram*. Rot. *diffusam incedere*. Reg. Lincoln. Aldina *incedere*. Lego: *fœminisque solis vestem longam lateque diffusam decere*

NOTÆ

[a] *Tunicis*] Tunica vestis erat Romanorum interior, quam habere talarem ac manicatam flagitium Veteres ducebant.

[b] *Chiridotas*] Χειριδωτοὶ, vel χειρόδετοι, quas Tullius manicatas tunicas, Plautus manuleatas appellat. Deductum a dictione Græca χείρ manus vocabulum, quod ad manus extendantur ejusmodi vestes.

raque adversus oculos protegenda.[c] Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas [d] et breves tunicas citra humerum desinentes habebant, quod genus Græci dicunt ἐξωμίδας.[e] Hac antiquitate inductus P. Africanus Pauli F. vir omnibus bonis artibus atque omni virtute præditus, P. Sulpicio Gallo,[12] homini delicato, inter pleraque alia quæ objectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. 2. Verba sunt hæc Scipionis: 'Nam qui quotidie unguentatus adversum speculum ornetur,[e] cujus supercilia radantur, qui barba volsa feminibusque subvolsis[f] ambulet, qui in conviviis adolescentulus[13] cum amatore, cum chiridota tunica inferior accubuerit,[14] [d] qui non modo vinosus sed virosus[g] quoque sit; eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit quod cinædi[h] facere solent?' Virgilius quoque tunicas hujusmodi quasi fœmineas ac probrosas criminatur:

'Et tunicæ,' inquit, 'manicas, et habent redimicula[i]
mitræ.'[15] [f]

[c] *Tegenda oculis.* [d] *Succinctas.* [e] *Delibutus odoribus se ornat ad speculum.*
[f] *Habens barbam vulsam et pilos coxarum avulsos.* [g] *Impurus.*
[h] *Impudici.* [i] *Ligamina.*

---

existimaverunt. Causa mali nescisse librarios aut non meminisse Plautina in Amphitr. 'Ornatum capiam, qui potis decet:' et, 'Istuc facinus, quod tu insimulas, nostro generi non decet.' Noster IX. 5. 'arrogantius et elatius quam ætati ejus decebat.'' *J. F. Gronov.* 'Nisi *indecere* præstet penitus servari, ut simile sit illi 'incavillari' in capitis 5. argumento lib. V.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.—12 Mss. *Gaulo.*—13 Lego *adolescentulo*, inquit Gonsalius ad Petronium.—14 'Hæc verba vir doctus ad Appuleii Apologiam, ut ipse loquitur, aliquantillum emendans et glossemate expurgans fere ad hanc faciem componenda putat: *qui in conviviis adolescentulus cum amatore in chiridota accubuerit:* et operam neque se neque lectorem hic lusisse sperat deprehensurum, quisquis locum inspexerit. Quantum autem demat sententiæ, qui tollit τὸ *inferior*, nulla re alia opus est, quam ut intelligas, quid sit 'inferiorem accumbere:' de quo Salmasius ad Ælium Spartianum pag. 64.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—15 Pro *mitræ* in quibusdam exemplaribus legitur, *vittas.*

NOTÆ

[e] Ἐξωμίδας] Quæ non pertinent ultra humerum: ὦμος Græce humerus.

[d] *Inferior accubuerit*] Inferior locus in conviviis, quod esset in medio lecto, si plures essent instructi, censebatur honoratior ceteris. Unde et Sallustius in fragmentis lib. III. Histor. refert in convivio Sertorium inferiorem discubuisse. Subinde ta-

Quintus quoque Ennius Carthaginiensium tunicatam juventutem non videtur sine probro dixisse.

NOTÆ

men longe alius fuit convivarum mensis accumbentium ordo, ut animadvertimus in Notis ad cap. 2. lib. II.

[e] *Et tunicæ, &c.*] Numanus Trojanis exprobrabat mollitiem, cujus argumentum ducebat a vestitu.

[f] *Mitræ*] Mitra, ut ex hoc Virgilii loco colligitur, pertinebat ad mulieres tantum aut effœminatos: redimicula autem vincula erant quibus mitræ capiti impositæ religabantur ad mentum.

CAP. XIII.

Quem classicum *dicat M. Cato, quem* infra classem.

'CLASSICI' dicebantur non omnes qui in classibus[16] [a] erant,[a] sed primæ tantum classis homines, qui centum et viginti quinque millia æris[b] ampliusve censi erant. 'Infra classem' autem appellabantur secundæ classis ceterarumque omnium classium, qui minore summa æris, quam supra dixi, censebantur. Hoc eo strictim notavi, quoniam in M. Catonis[17] oratione, qua Voconiam legem[c] suasit, quæri solet quid sit 'classicus,' quid 'infra classem.'

[a] *Habebant in reditus annuos.*

16 Ascripsit Sciopp. *in quinque classibus.*—17 'Legitur in Vet. ed. *Ciceronis:* male.' *Thys.*

NOTÆ

[a] *Classibus*] Servius Tullius VI. rex Romanorum Urbem, pro ratione census, divisit in quinque partes, quæ classes appellatæ sunt.

[b] *Centum et viginti quinque millia æris*] Centum viginti quinque millia æris sive assium Romanorum, si ad nostratem monetam revocentur, conficient 3250. libras Francicas.

[c] *Voconiam legem*] Quam Coss. Cn. Servilio Cæpione, et Q. Martio Philippo, anno U. C. DLXXXV. ante Christum CLXIX. tulit Q. Voconius Saxa Aricinus tribunus plebis, suadente M. Catone censorio. Ea cautum erat, ut ex Dionis lib. LVI. constat, ne quis hæredem relinqueret filiam supra HS. XXV. M. Quæ summa Gallicas libras conficit 1199.

CAP. XIV.

De tribus dicendi generibus: ac de tribus philosophis, qui ab Atheniensibus ad Senatum Romanum legati missi sunt.[18]

Et in carmine et in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας[a] vocant, nominaque eis fecerunt ἁδρὸν,[19] ἰσχνὸν, μέσον. Nos, quem primum posuimus, 'uberem' vocamus, secundum 'gracilem,'[b] tertium 'mediocrem.' 'Uberi' dignitas atque amplitudo est: 'gracili' venustas et subtilitas: 'medius' in confinio est utriusque modi particeps. His singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt[c] pari numero, quæ earum modum et habitum simulacris falsis ementiuntur. 2. Sic plerumque sufflati atque tumidi fallunt[d] pro uberibus, squalentes et jejuni[e] dicti pro gracilibus,[20] incerti[1] et ambigui pro mediocribus. Vera autem et propria hujuscemodi formarum exempla in Latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium. Sed ea ipsa genera dicendi jam antiquitus tradita ab Homero sunt tria in tribus; magnificum in Ulyxe et ubertum,[2] sub-

[a] *Formas.* [b] *Tenuem.* [c] *Proxima sunt.*
[d] *Dum putantur copiosi.* [e] *Inculti et aridi.*



18 '*Legati missi sunt.* Usque ad Stephanum abfuit ab his titulis vox media, ab ipso primum inserta, quam testor in Ms. Regio etiam non extare, ut nullam mereatur fidem.' *Jac. Gronov.*—19 '*Nominaque eis fecerunt apponi* ἀδρόν. Quis non offendatur hic τῷ *apponi?* Henr. Stephanus conjecit *apposita.* Regius codex et vulneris occasionem et remedium monstrat. Sic enim scriptum habet: *nominaque his fecerunt apponi* CX. *non mecon.* ubi vides desiderari primam vocem Græcam, duas alias partim Latinis literis exaratas; atque τὸ *appon* factum esse pro ipso ἀδρόν. Nam quæ vulgo vocalis ei adhæret, sequentis vocis ἰσχνὸν principium est. Tuto igitur refingas licet: *nominaque eis fecerunt* ἀδρὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Statim idem Regius: *Nos quoque quem.*' J. F. Gronov. 'H. Stephanus ex conjectura, *apposita.* Deest in Bad. ed.' *Thys.*—20 'Rot. Lincol. Scheff. *dici.* Sed potius neutro est opus, et ita dictant membranæ Regiæ: *squallentes et jejuni pro gracilibus.*' J. F. Gronov. 'Ab Salmasio ita id participium uncis inclusum est, quasi indicaret id abfuisse ab Ms. Regio. Sed plane in eo extat *dici*, prout in reliquis scriptis. An voluit igitur Gellius dicere *jejunidici?* vel ex imitatione Accii, cujus est 'obscuridicum' apud Nonium in v. Enoda, vel ut alter apud eum 'dulcioreloquus.'' *Jac. Gronov.*—1 Aliter *inferti*, vel *infecti.*—2 Vet. ed. *uber est.*—3 '*Animad-*

tile in Menelao[a] et cohibitum, mixtum moderatumque in Nestore.'[b] 3. Animadversa[3] eadem tripertita[f] varietas est in tribus philosophis, quos Athenienses Romam ad Senatum pop. Q. R.[4] legaverant[c] impetratum, uti mulctam remitterent, quam fecerant iis propter[g] [5] Oropi[d] vastationem. Ea mulcta fuerat talentum fere quingentum.[e] Erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes[f] Stoicus, Critolaus Peripateticus: et in Senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio[6] senatore: sed ante ipsi seorsum quoque[7] quisque ostentandi gratia magno conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi fuisse aiunt Rutilius[g] et Polybius[h] philosophorum trium sui cujusque

[f] *Triplex.* [g] *Ad obtinendum, ut condonaretur pœna pecuniaria, quæ fuerat imposita propter, &c.*

serm. In Voss. codice habetur, in Ms. hæc distincta fuisse tanquam ex alio cap.' *Thys.*—4 '*Romam ad Senatum populumque Romanum.* Sic licet cum fiducia edant, tamen oportet scire vocem ultimam non reperiri in Mstis, qui etiam habent *ad senatum populi leg.* Plane patet vocem eam abundare et ex consuetudine temere additam ab editoribus, cum Gellius recte omiserit ob præmissum urbis Romæ nomen.' *Jac. Gronov.*—5 Vulg. *quam fecerant propter.* Reg. *quam feceratis.* *Quam fecerant iis* reponendum monet J. F. Gronov.—6 Vulg. *Cæcilio.* Macrobius *Cælio.* Reg. *Cæcilio.*—7 'Tò *quoque* nobis in scrip-

NOTÆ

[a] *Menelao*] Menelaus Agamemnonis frater, unus ex heroibus quos Homerus loquentes inducit in Iliade.

[b] *Nestore*] Heros alter apud Homerum fuit Nestor dexteritate, eloquentia, ac prodigiosa diuturnitate vitæ celeberrimus.

[c] *Athenienses . . . legaverant, &c.*] Tempus hujus legationis Cicero Academicarum Quæstionum libro IV. refert ad P. Scipionem, et M. Marcellum Coss. qui anno Urbis DXCIX. ante Christum CLV. remp. administrarunt. Gellius lib. XVII. cap. ult. temporibus belli Punici secundi, Pausanias in Achaicis anno U. C. DCIII. assignat.

[d] *Oropi*] Oropus est Bœotiæ civitas, *Zucamini* Zardo, *Sucamino* Nardo.

[e] *Talentum fere quingentum*] Quingenta talenta Attica nostris calculis expensa æstimantur 525000. libris Gallicis. Singula enim talenta Attica, quod supra jam notavimus, 1050. libras nostrates valent.

[f] *Carneades, . . . Diogenes, &c.*] Tres istos e Græcia legatos Cicero summis laudibus passim extollit. Diogenes is est Babylonius qui bello Punico secundo publici negotii causa ab Atheniensibus Romam missus est.

[g] *Rutilius*] P. Rutilius Rufus anno U. C. DCXLIX. ante Christum CV. gessit cum Cn. Mallio consulatum: tum de vita sua, tum de bello Numantino scripsit vir quo neque sanctior quisquam neque integrior in Urbe erat.

[h] *Polybius*] Græcus scriptor his-

generis facundiam. Violenta,[h] inquiunt, et rapida Carneades dicebat, scita et teretia[i] Critolaus, modesta[k] Diogenes et sobria. Unumquodque autem genus,[8] ut diximus, cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius: cum fucatur, atque prælinitur, fit præstigiosum.[l] [9]

[h] *Acri et vehementi modo.* [i] *Eleganti ac polita ratione.*
[k] *Modeste ac temperate.*
[l] *Singula dicendi genera, cum adhibentur in sua puritate, fiunt præclariora; cum nimis affectato artificio perpoliuntur, præstringunt tantum aciem ingenii.*

torum nemine apparuit.' *J. F. Gronov.*—8 Addit H. Steph. *eorum quæ.*—9 Scriverius legebat *pertricosum.*

NOTÆ

toriam suam καθολικὴν sive universalem appellat, quod, etsi præcipue Romanorum, exterarum tamen gentium res complectatur. Natus est Olymp. CXLIII. anno IV. U. C. DL. ante Christi ortum CCIV.

CAP. XV.

Quam severe moribus majorum in fures vindicatum sit,[a] et quid scripserit Mucius Scævola super eo quod servandum[b] datum commodatumve[10] esset.

LABEO, in libro de duodecim tabulis secundo, acria et severa judicia de furtis habita esse[c] apud Veteres scripsit: idque Brutum solitum dicere, furti damnatum[11] esse, qui jumentum aliorsum duxerat, quam quo utendum acceperat;[d] item qui longius produxerat, quam quem in locum petierat. Itaque Q. Scævola in librorum, quos de jure civili composuit, sextodecimo[12] verba hæc posuit: 'Quod

[a] *Latrones puniti fuerint.* [b] *Ut custodiretur.*
[c] *Graves et rigidas sententias latas esse in furta.*
[d] *In alium locum, quam in eum ad quem acceperat, &c.*

10 Vulg. *commendatumve.*—11 'In codice quodam annotatum, *damnatem*, et in seqq. *dixit, accepit, produxit, petiit* pro *duxerat, &c.*' Thys. 'Applaudant alii τῷ *damnatem* Scaligeri. Mihi non videntur hoc ferre, quæ præcedunt, 'acria et severa judicia de furtis habita esse.'' *J. F. Gronov.*—12 'Reg.

cui servandum datum est, si id usus est; sive, quod utendum acceperit, ad aliam rem atque acceperit,[13] usus est, furti se obligavit.'[e]

[e] *Reus est furti.*

composuit XIII. quod videant, qui mutarint.' *Jac. Gronov.*—13 Vet. ed. *accepit.*

CAP. XVI.

Locus exscriptus ex satira M. Varronis, quæ περὶ ἐδεσμάτων[a] inscripta est, de peregrinis ciborum generibus: et appositi versus Euripidi, quibus delicatorum hominum luxuriantem gulam confutavit.[b]

VARRO in Satira,[14] quam περὶ ἐδεσμάτων inscripsit, lepide admodum et scite factis versibus cœnarum ciborumque exquisitas delicias comprehendit. Nam pleraque id genus, quæ helluones isti terra et mari conquirunt, exposuit, inclusitque[15] in numeros senarios.[c] Et ipsos quidem versus, cui otium erit, in libro, quo dixi, positos legat. Genera autem nominaque edulium et domicilia ciborum omnibus aliis præstantia, quæ profunda ingluvies vestigavit,[d] quæ Varro opprobrans executus est, hæc sunt ferme, quantum nobis memoriæ est: 2. Pavus e Samo, Phrygia attagena,[a] grues Melicæ,[16][b] hædus ex Ambracia, pelamys[c] Chalcedo-

[a] *De cibis.* [b] *Prodigam aviditatem coërcuit.* [c] *Retulit versibus iambicis sex pedes habentibus.* [d] *Profusa intemperantia conquisivit.*

14 Ascripsit Sciopp. *M. Varro in Satura.*—15 Reg. *exposuit exinclusitque.* —16 'Marsilius Cagnatus lib. I. Obs. c. 18. legi hic posse arbitratur, *capræ Melicæ.* Sed lectio vetus servanda.' *Thys.* Rot. *Mellicæ.* Schef. *Melitæ.*—

NOTÆ

[a] *Attagena*] Quæ et attagen dicitur, avis est Asiatica præcipui saporis, quæ mensis nobilium apponebatur. Unde Martialis lib. XIII. 'Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum.'

[b] *Grues Melicæ*] Melos est insula Cretici maris, ubi grues summo erant in pretio.

[c] *Pelamys*] Piscis nomen habet, ut Aristoteles et Plinius tradunt, παρὰ τὸ ἐν τῷ πηλῷ μένειν quod in cœno se

nia, muræna Tartessia,[d] aselli[e] Pessinuntii, ostrea Tarentina,[17] pectunculus Chius,[f] elops[g] Rhodius, scari Cilices,[18 h] nuces Thasiæ,[i] palma Ægyptia,[k] glans Hiberica.[19 l] Hanc

17 'Ms. Regius habet *ostrea Tarenti*. Et is ipse cum Lincoln. ignorat sequentem vocem *Chius*, tantum exhibentes *pectunculus helops*, unde colligas Auctorem dedisse *pecten Chius, elops*.' Jac. Gronov.—18 'An ex Petronio, ubi *Siculo Scarus æquore mersus*, corrigendus sit Gellius, quærit Pricæus ad Apologiam Appuleii. Parum autem abest, quin ipse sibi responsarit, cum addit ex Archelao *σκάρον ἐν παράλῳ Καρχηδόνι τὸν μέγαν*.' *J. F. Gronov.*—19

NOTÆ

abdat; quamvis Plutarchus, sed falso, dici velit διὰ τὸ πέλειν ἅμα, quod ejusmodi pisces gregatim degant. Cum annum excessit, thynnus, vel etiam thunnus, Gall. *Thon*, appellatur. Porro Chalcedonia nuncupatur a Chalcedone urbe in Asia ad Bosphorum Thracium, ubi frequentes erant pelamydes.

[d] *Murœna Tartessia*] Muræna longitudine similis anguillæ et notis albicantibus distincta: dicta est Tartessia a Tartesso urbe Hispaniæ, prope ostium Bætis fluvii, ubi reperiebantur ejusmodi pisces.

[e] *Aselli*] Genus piscium cujus nomen Varro quidem ab asini colore, Oppianus autem a segnitie deductum putat; Gallice *Morue*. Pessinuntii dicuntur ab urbe Phrygiæ Pessinunte.

[f] *Pectunculus Chius*] Ad insulam Chium in Ægæo mari piscis est delicatissimus exiguus pecten sive pectunculus, ostreo non multum absimilis. Ab aliis *petoncle*, ab aliis *coquille de S. Jacques* Gallice nuncupatur.

[g] *Elops*] Commune piscium nomen, qui sic dicuntur quod muti sint, ἀπὸ τοῦ ἐλλείπειν τὴν ὄπα quod voce priventur, peculiari pisci adhæsit, quem certe dignoscere difficilis est operæ. Athenæo videtur esse piscis sacer, anthias et callionymus. Apion censet acipenserem esse: refragatur Plinius ex Ovidii sententia, et elopem dicit esse Romanorum undis incognitum, adeoque falli eos qui eundem acipenserem existimarunt.

[h] *Scari Cilices*] Scarum piscem nobilissimum, quem Ennius 'cerebrum Jovis' appellat, ad Ciliciam Asiæ minoris regionem piscantur, et unum herbis vesci ferunt, adeoque ab Aristotele μήρυκα ruminalem dici. Eum Octavius præfectus classis cum videret adeo littoribus Italicis ignotum, ut nec nomen Latinum hujus piscis haberetur, incredibilem scarorum multitudinem vivariis navibus huc advectam inter Hostiam et Campaniæ littus in mare sparsit, miroque ac novo exemplo pisces in mari tanquam in terra fruges aliquas seminavit, et quinquennio dedit operam ut, si quis inter alios pisces forte caperet scarum, incolumem confestim mari redderet. *Macrobius.*

[i] *Nuces Thasiæ*] 'Nux Græca,' inquit Macrobius lib. II. Saturn. 'Hæc est quæ et amygdale dicitur: sed et Thasia eadem vocatur,' nimirum ab insula maris Ægæi Thaso quæ etiamnum *Tasso* dicitur teste Sophiano, et Thraciæ adjacet inter ostia Nessi et Strymonis.

[k] *Palma Ægyptia*] Palma in Italia sterilis est arbor, in Hispania fructum fert, sed immitem, dulcem in Africa, ut tradit Plinius. Ceterum palmæ fructus dactyli vocantur, quod cum ipsa arbor manum aliquatenus

[illegible] Chrysippus philosophus, [illegible] esse, non per usum vitæ necessarium, sed per luxum animi parata atque facilia fastidientis,[f] per improbam satietatis lasciviam.[1] 3. Versus Euripidis ascribendos putavi:

[illegible]

* [illegible]   [illegible]
* [illegible]   [illegible]
* [illegible]

'In quodam Ms. *Heroica*, corrupte.' *Thys.*—20 'Gebhardus, quia in Ms. deerat τὸ in, tentat: *et macros insuelos* [illegible] 1. Ant. Lect. 15. At nostri omnes præpositionem retinent, non omnes τὸ [illegible].' J. F. Gronov.—1 Legendum monet Thys. [illegible].—2 'In vetustis editt. Ven. legitur in fine, [illegible]: in alia vet. ed. pro [illegible] legitur [illegible].' *Thys.*

NOTÆ

referat, ipsi fructus digitorum, quos Græci dactylos vocant, similes sint.

[e] *Glans Hiberica*] Cujus nomine nonnulli avellanas in Hispania, quæ est Hiberia, maxime esculentas intelligunt.

CAP. XVII.

Sermo habitus cum grammatico insolentiarum et imperitiarum pleno de significatione vocabuli, quod est obnoxius; *deque ejus vocis origine.*

Percunctabar Romæ quempiam grammaticum primæ in docendo celebritatis, non hercle experiundi[a] vel tentandi

[a] *Quærebam a quodam grammaticæ doctore magni nominis, non certe ut periculum facerem ejus doctrinæ.*

gratia, sed discendi magis studio et cupidine, quid significaret 'obnoxius,'[a] quæque ejus vocabuli origo ac ratio esset: atque ille aspicit me illudens levitatem quæstionis parvitatemque: Obscuram, inquit, sane rem quæris, multaque prorsus vigilia indagandam. Quis adeo tam linguæ Latinæ ignarus est, quin sciat[3] eum dici 'obnoxium,' cui quid ab eo, cui esse obnoxius dicitur, incommodari et noceri potest,[b] et qui habeat[4] aliquem noxæ, id est, culpæ suæ conscium? Quin potius, inquit, hæc mittis nugalia,[c] et affers ea quæ digna quæri tractarique sint? 2. Tum vero ego permotus, agendum jam oblique,[d] ut cum homine stulto, existimavi: Et cetera, inquam, vir doctissime, et graviora remotioraque[5] si discere et scire debuero, quando mihi usus venerit,[e] tum quæram ex te atque discam: sed enim quia dixi sæpe 'obnoxius,' et quid dicerem[6] nescivi, didici ex te et scire nunc cœpi, quod non ego omnium solus, ut tibi sum visus, ignoravi; sed, ut res est, Plautus homo linguæ[7] atque elegantiæ in verbis Latinæ princeps, quid esset 'obnoxius,' nescivit: versus enim est in Sticho[f] illius ita scriptus:

'Nunc ego[8] hercle perii plane, non obnoxie.'[b]

Quod minime congruit cum ista, quam me docuisti, signi-

[b] *Qui accipere potest incommodum et damnum ab eo cui dicitur esse obnoxius.*
[c] *Cur non omittis has ineptias?* [d] *Dissimulanter.*
[e] *Cum opus mihi fuerit.* [f] *In comœdia inscripta Stichus.*

3 Ita scripti omnes. Vulg. *qui nesciat.*—4 '*Noceri potest ei, qui habeat.* Scribe omnino: *incommodari et noceri potest; et qui habeat aliquem noxæ, id est, culpæ suæ conscium:* quod et vidit Acidalius ad Stichum Plauti.' *J. F. Gronov.* Vet. ed. *eive.*—5 'Optimi: *Et quæ cetera, inquam, vir doctissime, remotiora gravioraque si discere et scire debuero.* Nec supervacuum vel *si* vel *quæ.* Perinde est enim ac si dixisset, 'et si quæ cetera.'' *J. F. Gronov.*—6 Rot. *qui dicerem.*—7 Reg. et Rot. *ut res est, Plautus quoque homo linguæ.*—8 'Versus apud Plautum in Sticho Act. III. Sc. 2. vers. 41. ita legitur: *Perii Hercle*

NOTÆ

[a] *Obnoxius*] Plurimas hoc nomen habet notiones. Aliquando accipitur eo sensu quem exposuit ille grammaticus, aliquando significat idem quod expositus, obediens, obligatus, indigens, noxius, ut ex reliquo capite facile est colligere.

[b] *Perii plane, non obnoxie*] Obnoxie perit, cujus fortunæ non funditus evertuntur, sed qui ita mulctatur, ut alteri maneat subjectus.

ficatione: composuit enim Plautus tanquam duo inter se contraria 'plane' et 'obnoxie;' quod a tua significatione longe abest. 3. At ille grammaticus[9] satis ridicule, quasi 'obnoxius' et 'obnoxie' non declinatione sola, sed re atque sententia differrent, Ego, inquit, dixi quid esset 'obnoxius,' non quid 'obnoxie.' At tunc ego admirans[10] insolentis hominis inscitiam, Mittamus, inquam, sicuti vis, quod Plautus 'obnoxie' dixit, si id esse nimis remotum putas; atque illud quoque prætermittamus quod Sallustius in Catilina[g] scribit, 'Minari etiam ferro, ni sibi obnoxia[h] foret;' et, quod videtur notius pervulgatiusque esse,[11] id me doce. 4. Versus enim Virgilii sunt notissimi:

'Nam neque tunc astris acies obtusa videri,
Nec fratris radiis obnoxia surgere Luna:'[i]

quod tu ais,[k] 'culpæ suæ conscium.' Alio quoque loco Virgilius verbo isto utitur a tua sententia diverse his versibus:[12]

'juvat arva videre
Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.'[l]

Cura enim prodesse arvis solet, non nocere, quod tu de 'obnoxio' dixisti. Jam vero illud etiam Q. Ennii quo pacto congruere tecum potest,[m] quod scribit in 'Phœnice'[n] in hisce versibus?

'Sed virum vera virtute[13] vivere animatum addecet,
Fortiterque innoxium vacare adversum adversarios.
Ea liberta' est, qui pectus purum et firmum gestitat,
Aliæ res obnoxiosæ[14] nocte in obscura latent.'[o]

[g] *In historia de conjuratione Catilinæ.* [h] *Subdita.*

[i] *Etenim eo tempore splendor siderum non apparet obscurus, neque Luna videtur oriri dependens a luce Solis. Tantus est Lunæ fulgor.* [k] *Obnoxium significare.*

[l] *Jucundum est aspicere agros qui ad cultum non requirant rastros et ullam curam hominum.* [m] *Convenire cum his quæ dixisti.* [n] *Tragœdia.*

[o] *Et innocentem fortiter resistere inimicis. Hanc habet libertatem, cui mens est integra et constans. Aliæ res serviles teguntur in tenebris.*

---

vero plane, nihil obnoxie.' Thys.—9 Reg. et Lincoln. *Atque ille g.*—10 Vet. ed. *admiratus.*—11 '*Videtur vobis pervulgatius esse.* Cum cetera omnia singulari numero dicantur, ipsa ratio negat τὸ *vobis* hic ferri posse. Legendum me judice: *et quod videtur notius pervulgatiusque esse, id me doce.* Cujus lectionis satis luculenta extant vestigia in Ms. R.' *Lambecius.*—12 Reg. et Rot. *diverse in his versibus.*—13 Vid. Not. Var.—14 '*Aliæ res obnoxiæ.* Acidalius

5. At ille oscitans et hallucinanti [p] [c] similis, Nunc, inquit, mihi operæ non est.[q] Cum otium erit, revises ad me[r] atque disces quid in verbo isto et Virgilius et Sallustius et Plautus et Ennius senserint: et nebulo quidem ille, ubi hoc dixit, digressus est. Si quis autem volet non originem solam verbi istius, sed significationem quoque ejus varietatemque [15] recensere; ut hoc etiam Plautinum spectet,[s] ascripsi versus ex Asinaria:

'Maxumas opimitates [t] [16] gaudio effertissimas
Suis heris ille una mecum pariet gnatoque et patri;
Adeo ut ætatem [17] ambo ambobus nobis sint obnoxii
Nostro devincti beneficio.'

6. Qua vero iste [18] grammaticus finitione usus est,[u] ea videtur in verbo tam multiplici unam tantummodo usurpationem ejus notasse:[x] quæ quidem congruit cum significatu quo Cæcilius usus est in Chrysio [19] in his versibus:

'Quanquam ego [y] mercede huc conductus tua
Advenio, ne tibi me esse ob eam rem obnoxium
Reare: audibis [d] male si male dixis [20] mihi.'

[p] *Somnianti.* [q] *Nunc, ait, mihi non licet per tempus ista explicare.*
[r] *Reverteris ad me.* [s] *Ut hic locus Plauti facit ad rem.*
[t] *Ille mecum affert suis dominis patri et filio maximam rerum omnium abundantiam, lætitia plenissimam. Adeo ut uterque dominus utrique nostrum sint semper obligati, nostris officiis abstricti.* [u] *Significatio quam attulit ille grammaticus.*
[x] *Habente tam varias notiones.*
[y] *Etsi ego huc venio spe referendæ mercedis tuæ. Ne credas idcirco me obnoxium esse tibi. Audies maledicta in te, si maledixeris.*

cum conjecit *obnoxiosæ*, acu rem tetigit. Sic enim prorsus in Regio et Rot. legitur. Idem vero 'obnoxium' et 'obnoxiosum,' ut 'ridiculum' et 'ridiculosum.'' *J. F. Gronov.* *Aliæ res obnoxiæ* Lugd. Bat. Delph.—15 Rot. *veritatemque.*—16 'In vet. ed. corrupte legitur *optimitas*, in alia vet. *optimas.*' Thys.—17 'Ita legendum. Vett. edd. habent, *Adeo ut ætate.* Badiana Paris. *Devota ut ætate.*' Idem.—18 *Qua vero ille* Lugd. Bat. Delph.—19 Ascripsit Sciopp. '*f. Chryse.*'—20 Vett. edd. *dicis.*

NOTÆ

[c] *Hallucinanti*] Quid proprie sit hallucinari intelliges ex capite 12. libri XVI.

[d] *Audibis*] Antiqua loquendi formula pro 'audies.'

CAP. XVIII.

De observata custoditaque apud Romanos jurisjurandi sanctimonia: atque inibi de decem captivis, quos Hannibal Romam dejuratos[a] ab iis accepto legavit.

Jusjurandum apud Romanos inviolate sancteque habitum[b] servatumque est. Id et moribus[1] legibusque multis ostenditur; et hoc, quod dicemus, ei rei non tenue argumentum esse potest. Prœlio Cannensi[2] [a] Hannibal Carthaginiensium imperator ex captivis nostris electos decem Romam misit, mandavitque eis pactusque est, ut, si populo Romano videretur, permutatio fieret captivorum; et pro his, quos alteri[c] plures acciperent, darent argenti pondo libram S.[d] [3] [b] Hos priusquam proficiscerentur, jusjurandum eos adegit,[e] [4] redituros esse in castra Pœnica,[c] si Ro-

[a] *Jurejurando.* [b] *Religiose factum.* [c] *Alterutri Romani aut Carthaginienses.* [d] *Libram et selibram.* [e] *Exegit juramentum ab illis antequam abirent.*

1 *Servatumque id et moribus* Lugd. Bat. et Delph.—2 Lincoln. et Scheff. *Cannense.* Reg. et Rot. *prœlium Cannense.* Probabile igitur voluisse Auctorem: *et hoc quod dicemus, ei rei non tenue argumentum est. Post prœlium Cannense Hannibal:* quod animadvertit etiam Lambecius.' *J. F.* Gronov. Τὸ *ei* non habent Lugd. Bat. Delph.—3 '*Dari argenti pondo libram S.* Olim *darent argenti pondo scilicet et selibram.* Stephanus jactat in sua editione particulam *scilicet* librorum veterum auctoritate ominosam. Verum hoc deprehendimus. Sed *darent*, ait, retineri potuit. Et debuit nostris quidem auctoribus, in quibus constanter: *darent argenti pondo libram et selibram.*' J. F. Gronov. Vid. Not. Var. Ascripsit Sciopp. 'V. C. *libram et selibram:* mox *Hoc*, pro *Hos.* 4. 20.'—4 'Et hic potuisse retineri *jurejurando adegit* censet Henricus. Potuit, sed non debuit, quia illud in scriptis, et multo solennius. Hoc potuit autem nec debuit substitui, quod ille suspicatur, *ad jusjurandum adegit*, quia vix Latinum est. Sed præterea scripti omnes: *Hoc priusquam*

NOTÆ

[a] *Prælio Cannensi*] De prælio Cannensi et Hannibale jam superius egimus.

[b] *Argenti pondo libram S.*] Apud Romanos argenti libra sive pondo centum denariis, sive mille æris valebat; igitur, cum singuli denarii æstimentur tribus assibus et senis denariis nostratibus; argenti libra ad nostros calculos reducta conficit XVII. libras et decem asses Francicos. Argenti pondo libra et selibra, quod pretium a captivis redimendis exigebat Annibal, par fuit XXVI. libris et V. assibus nostratibus.

[c] *Castra Pœnica*] Vide Notas in cap. 4. lib. III.

mani captivos non permutarent. Veniunt Romam decem captivi. Mandatum Pœni imperatoris in Senatu exponunt. Permutatio Senatui non placita. Parentes, cognati, affinesque captivorum amplexi eos, postliminio [d] in patriam redisse dicebant; statumque eorum integrum incolumemque esse: ac, ne ad hostes redire vellent, orabant. 2. Tum octo ex iis postliminium justum non esse sibi [f] responderunt, quoniam dejurio vincti [g] forent; statimque, uti jurati erant,[h] ad Hannibalem profecti sunt. Duo reliqui Romæ manserunt; solutosque esse sese ac liberatos religione dicebant;[i] quoniam cum egressi castra hostium fuissent, commenticio consilio regressi eodem die, tanquam si ob aliquam fortuitam causam issent, atque ita [5] jurejurando satisfacto rursum injurati [k] abissent. Hæc eorum fraudulenta calliditas tam esse turpis existimata est, ut contemti vulgo discerptique sint,[6] censoresque eos postea omnium notarum et damnis et ignominiis affecerint; quoniam, quod facturos dejeraverant,[7] non fecissent. 3. Cornelius autem Nepos,[e] et in libro exemplorum quinto, id quoque literis

[f] *Se non posse jure remanere in patria.* [g] *Obligati jurejurando.*
[h] *Quemadmodum juraverant.* [i] *Aiebant se non teneri juramento.*
[k] *Non dicto jurejurando.*

proficiscerentur jusjurandum eos adegit. Quid dicemus? Num *hoc jusjurandum* est hac formula jusjurandum? An faciendum, *Hos*, ut sit pleonasmus, qualium exempla damus I. Observ. 23. extremo? An denique, *Huc priusquam proficiscerentur?*' J. F. Gronov. 'Certe igitur nequaquam vocula *eos* debuit elidi, tam certæ fidei; quod tamen a tempore Stephani jam obtinet in editionibus. Quis credat?' *Jac. Gronov.* '*Jusjurandum adegit.* Vett. editt. *jurejurando adegit.* Suspicetur quis scriptum *ad jusjurandum adegit.* Sed serva lectionem in textu. Ita locutus est Gellius lib. IV. c. ult. et lib. XVI. c. 4.' *Thys.*—5 Vet. ed. *itaque.*—6 '*Contemti vulgo dispretique sunt.* Exultat in hac lectione Stephanus. Sed Lipsii conjectura est. Omnes scripti et editi antehac, *discerptique:* quod ille falsum pronuntiat.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var. *Dispretique* Delph.—7 '*Quod facturos dictitaverant.* Priores, *quod se facturos.* Omissum pronomen veterum librorum auctoritate ait Stephanus. Recte: sed præterea Fulv. *pejuraverant.* Rot. *quod facturos degeraverant.*

NOTÆ

[d] *Postliminio*] Quod jus est amissæ rei recipiendæ ab extraneo.

[e] *Cornelius autem Nepos*] Is Hostiliæ in agro Veronensi natus, dictus est Plinio Padi accola, Catullo Italus, Ausonio Gallus, quod scilicet Italia Transpadana vocaretur Gallia Togata. Fuit amicus Ciceronis, adeoque floruit annis ante Christum L. Cum alia florido stylo scripsit, tum

mandavit, multis in Senatu placuisse, ut ii, qui redire nollent, datis custodibus ad Hannibalem deducerentur, sed eam sententiam numero plurium, quibus id non videretur, superatam: eos tamen, qui ad Hannibalem non redissent, usque adeo intestabiles[1] [8] [f] invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint, necemque sibi consciverint.

[1] *Detestabiles.*

Regius: *quod facturos dejeraverant.* Sic igitur emenda.' *J. F. Gronov.* Lugd. Bat. Delph. *dejuraverant.*—8 '*Intestabiles.* Post hæc verba in margine Scriveriani Codicis hæc tanquam Gelliana ascripta sunt: *Cum se contemni, deserique ab omnibus animadverterent, lucem ulterius intueri non sustinuerunt.* Hæc, ut puto, ex glossa hic inserta.' *Thys.*

NOTÆ

vitas illustrium virorum, quod opus esse Æmilii Probi falso creditur. Inde provenit error, ut notat eruditus Vossius, quod librario id fuerit nomen, qui vitas eas partim sua, partim patris et matris manu scriptas Theodosio obtulit. Hoc ita esse patet ex versiculis qui vitis illis præmitti in Mss. codicibus solent.

f Intestabiles] Intestabilis est qui jure testamentum facere non potest, et cujus testimonium non accipitur. Hic sumitur pro detestabili: quo sensu dixit Horatius II. Sermon. Sat. 3. 'is intestabilis et sacer esto.' Et Plinius lib. XXX. loquens de arte magica eam ait intestabilem, irritam, et inanem.

CAP. XIX.

Historia ex annalibus sumta de Tib. Sempronio Graccho patre Gracchorum tribuno plebei: atque inibi tribunicia[9] decreta[a] cum ipsis verbis relata.

PULCHRUM atque liberale atque magnanimum factum Tib. Sempronii Gracchi in exemplis repositum est.[10] Id exem-

[a] *Ibidem decreta tribunorum plebis.*

9 '*Atque tribunorum plebis decreta.* Melius quidem sic concipientur ista quam *tribunicia plebis decreta,* prout exhibentur in editione Leidensi a. 1644. Sed nescio cur sic placuerit vocem *inibi* supprimere toties usurpatam Gellio. Sed et ita vox *plebis* est nullius momenti. Itaque restituisse me scias, prout inveni in Regio libro. In quo tamen noscas oportet etiam nomen *Sempronio* non apparere, quod et ipsum omittitur crebro ab Gellio.' *Jac. Gronov.* *Inibi tribunicia plebis* Delph. *Atque tribunorum plebis* Lugd. Bat.—10 Conjicit

plum hujuscemodi [11] est: L. Scipioni Asiatico,[a] P. Scipionis Africani superioris fratri,[12] C. Minucius Augurinus tribunus plebei [b] mulctam irrogavit: [b] eumque ob eam causam prædes poscebat.[c] Scipio Africanus fratris nomine ad collegium tribunorum provocabat; [d] petebatque ut virum consularem triumphalemque [e] a collegæ vi defenderent. Octo tribuni, cognita causa, decreverunt.[f] Ejus decreti verba, quæ posui, ex annalium monumentis exscripta sunt. QUOD. P. SCIPIO. AFRICANUS. POSTULAVIT. PRO. L. SCIPIONE. ASIATICO. FRATRE. CUM. CONTRA. LEGES. CONTRA. Q. MOREM. MAJORUM. TRIBUNUS. PLEBEI. HOMINIBUS. ACCITIS. PER. VIM. INAUSPICATO.[g] SENTENTIAM. DE. EO. TULERIT. MULTAM. Q. NULLO. EXEMPLO. IRROGARIT. PRÆDES. Q. OB. EAM.[13] REM. DARE. COGAT. AUT. SI. NON. DET. IN. VINCULA. DUCI. JUBEAT. UT. EUM. A. COLLEGÆ. VI. PROHIBEAMUS. ET. QUOD. CONTRA. COLLEGA. POSTULAVIT. NE. SIBI. INTERCEDAMUS.[h] QUO. MINUS. SUAPTE. POTESTATE. UTI. LICEAT. DE. EA. RE.[14] NOSTRUM. SENTENTIA. OMNIUM. DATA. EST.[15] SI. L. CORNELIUS. SCIPIO. ASIATICUS. COLLEGÆ. ARBITRATU. PRÆDES. DABIT. COLLEGÆ. NE. EUM. IN. VINCULA. DUCAT. INTERCEDEMUS. SI. EJUS. ARBITRATU. PRÆDES. NON. DABIT. QUO. MINUS. COLLEGA. SUA. POTESTATE. UTATUR. NON. INTERCEDEMUS. Post hoc decretum, cum Augurinus tribunus plebei

[b] *Damnavit mulcta L. Scipionem, &c.* [c] *Et propter eam rem petebat ab ipso sponsores.* [d] *Appellabat.* [e] *Qui triumphaverat.* [f] *Tulerunt decretum.* [g] *Vitio.* [h] *Ne nos ipsum impediamus.*

Thys. *in exemplis Nepotis positum est.*—11 Vet. ed. et Delph. *hujusmodi.*—12 Additur in vett. edd. *cui.* Aliter *cum.*—13 '*Omnibus accitis, &c. irrogarit prædesque ob eam.* Scripti perinde ut olim editi, *hominibus*, ut in interdicto apud Ciceronem pro Cæcina: 'hominibus coactis armatisque.' Dein iidem omnes: *irrogaverit prædesque eum ob eam rem.*' J. F. Gronov.—14 Lugd. Bat. Delph. *D. E. R.*—15 Reg. Fulv. Rot. *sententia omnium ea est.* *Ea est* quo-

NOTÆ

[a] *L. Scipioni Asiatico*] De tota Scipionum familia diximus in Notis ad cap. 4. lib. III.

[b] *C. Minucius Augurinus tribunus plebei*] Damnavit mulcta Scipionem an. U. C. DLXVI. ante Christ. CLXXXVIII.

L. Scipionem prædes non dantem prehendi [16] et in carcerem duci jussisset; tum Tib. Sempronius Gracchus tribunus pl. pater Tiberii atque Caii Gracchorum, cum P. Scipioni Africano inimicus gravis ob pleràsque in republica dissensiones esset, juravit palam in amicitiam inque gratiam se cum P. Africano non redisse; atque ita decretum ex tabula recitavit. Ejus decreti verba hæc sunt: CUM. L. CORNELIUS. SCIPIO. ASIATICUS. TRIUMPHANS. HOSTIUM. DUCES. IN. CARCEREM. CONJECTAVERIT.[17] ALIENUM. VIDETUR. ESSE. DIGNITATE.[18] REIPUBLICÆ. IN. EUM. LOCUM. IMPERATOREM. POPULI. ROMANI. DUCI. IN. QUEM. LOCUM. AB. EO. CONJECTI. SUNT. DUCES. HOSTIUM. ITA. Q. L. CORNELIUM. SCIPIONEM. ASIATICUM. A. COLLEGÆ. VI. PROHIBEO. Valerius autem Antias, contra hanc decretorum memoriam, contraque auctoritates veterum annalium, post Africani mortem intercessionem istam pro Scipione Asiatico factam esse a Tib. Graccho dixit: neque mulctam irrogatam Scipioni; sed damnatum eum peculatus [c] ob Antiochenam pecuniam,[19] [d] quia prædes non daret, in carcerem duci cœptum, atque ita intercedente Graccho exemtum.

que ascripsit Sciopp.—16 Reg. Rot. et Lincoln. *prendi.*—17 Reg. et Rot. *conjectarit.*—18 Vet. cod. *a dignitate.*—19 'Reg. et Rot. *Antiochiam.*' J. F. Gronov. 'Miror cum videam ita notatum ab Salmasio: etiam ab Bourdelotio, nisi quod is in medio literarum *ia* superscripserit literam *n*. Ego plene ex Regio notavi *Antiochinam*, ut supra.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *Antiochiam.*

NOTÆ

[c] *Peculatus*] Furtum est pecuniæ publicæ. Vox inde deducta, quod mulcta publica, cujus avertit pecuniam, pecore primum fieri soleret.

[d] *Antiochenam pecuniam*] Rumor fuit Scipionem Asiaticum summa pecuniæ vi corruptum ab Antiocho Magno fuisse, ideoque omissis belli consiliis ad pacem cum Antiocho firmandam animum transtulisse.

CAP. XX.

Quod Virgilius ob aquam a Nolanis sibi non permissam sustulit e versu suo, Nola, *et posuit,* Ora: *atque ibi quædam alia de consonantia literarum jucunda.*

Scriptum in quodam commentario reperi versus istos a Virgilio ita primum esse recitatos atque editos:

'Talem dives arat Capua[a] et vicina Vesevo[b]
Nola[c] jugo:'[a]

postea Virgilium petiisse[20] a Nolanis aquam uti duceret[b] in propinquum rus; Nolanos beneficium petitum non fecisse: poëtam offensum nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse,[c] 'oraque' pro 'Nola' mutasse:[d] atque ita reliquisse:

'et vicina Vesevo
Ora jugo.'

2. Ea res verane an falsa sit non laboro; quin tamen melius suaviusque ad auris sit, quam 'Nola,' 'Ora,'[1] dubium id non est. Nam vocalis in priore versu extrema eademque in sequenti prima canoro simul atque jucundo hiatu tractim[d] sonat. Est adeo invenire[e] apud nobiles poëtas hujuscemodi suavitatis[2] multa, quæ apparet navata[f] esse,[3]

[a] *Ejusmodi terram colit fertilis Capua et Nola proxima monti Vesuvio.*
[b] *Derivaret.* [c] *Delevisse.* [d] *Producta.*
[e] *Possumus reperire exempla.* [f] *Conquisita.*

20 Additur in quodam Ms. *beneficium.*—1 ''An non etiam ad aures suavius est, *ad aures sit Ora quam Nola?* Sic enim Reg. et Rot.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *Ora quam Nola* V. C.—2 Ita in Ms. Vet. ed. *suavitate.*—3 Vet. ed. *quæ appareat,* et pro *navata* vulgo *novata.* Rescribendum monet

NOTÆ

[a] *Capua*] Nobilissima Campaniæ urbs in Italia, cujus deliciæ victorem Hannibalem effœminarunt. *Capoue.*

[b] *Vesevo*] Mons Vesevus sive Vesuvius erumpentibus interdum incendiis famosus.

[c] *Nola*] Urbs Italiæ a Veteribus in Campania, a Recentioribus in regno Neapolitano collocatur.

[d] *Oraque pro Nola mutasse*] Id vix credibile videtur, cum Nolanum agrum maxime jejunum ac sterilem esse tradat Jovianus Pontanus.

non fortuita: sed præter ceteros omnis apud Homerum plurima. Uno quippe in loco tales tamque hiantes sonitus[4] in assiduis vocibus pluris facit.

Ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει εἰκυῖα χαλάζῃ
Ἢ χιόνι ψυχρῇ ἢ ἐξ ὕδατος κρυστάλλῳ.[g]

atque item alio loco:

Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.[h]

3. Catullus quoque elegantissimus poëtarum in hisce versibus:

'Minister veteli[i] puer Falerni[e]
Inger[5] mi calices amariores,
Ut lex Postumiæ jubet magistræ[f]
Ebriosa acina[6] ebriosioris;'

cum dicere, 'ebrioso,'[7] posset, et, quod erat usitatius, 'acinum' in neutro genere appellare; amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem, 'ebriosa,' dixit propter insequentis *a* literæ[8] concentum. Qui 'ebrios' autem Catullum dixisse putant aut 'ebriosos,' (nam id quoque temere[k]

[g] *Alter vero fons æstate fluit similis grandini, aut nivi frigidæ, aut ex aqua concretæ glaciei.* [h] *Lapidem sursum impellebat ad fastigium.*
[i] *Servule, qui ministras, affer ad me pocula meraciora Falerni veteris, sicut præscribit lex magistræ Posthumiæ, quæ est ebriosior acino ebrioso.*
[k] *Sine ratione.*

Lambecius *quæ apparent navata esse.*—4 Ita ex Ms. R. legit Lambecius. Vulg. *tanquam hiatus et sonitus.*—5 Vulg. *Ingere.*—6 'Vett. edd. *Ebriosæ acinæ.* Et forsan ita legendum, cum in vett. edd. in seqq. *ebriosi* legatur pro *ebrioso.*' Thys.—7 Lugd. Bat. Delph. *cum, ebrioso, dicere p.*—8 '*Consequentis.* In Ms. quodam *insequentis.*' Thys. 'Is est ipse Regius, qui plane sic exhibet, *insequentis a literæ*, quam vocalem temere erasam reposui, quia etiam ex Lincoln. notavi *consequentis a literæ.*' Jac. Gronov. *Consequentis literæ* Delph.

NOTÆ

[e] *Falerni*] Falernum vinum Italiæ generosissimum, a monte Falerno in Campania vitibus notissimo nomen habuit.

[f] *Postumiæ jubet magistræ*] In conviviis ea vigebat consuetudo, ut sorte eligeretur cœnæ præses et magister, qui modum bibendi unicuique præscriberet. Ceterum in liberioribus conviviis Veteres tot cyathos solebant ebibere, quot erant literæ in amicorum quibus propinabant nominibus. Hinc illud est Martialis Epigr. lib. I. 'Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur, Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.' Et lib. VIII. 'Det numerum cyathis instantis litera Ruffi: Ut jugulem curas nomen utrumque bibam.'

scriptum invenitur,) in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

CAP. XXI.

Quoad vivet, *et*, quoad morietur, *cur id ipsum temporis significent, cum ex duobus sint facta contrariis.*

'QUOAD vivet' cum dicitur, item 'quoad morietur,' videntur quidem duæ res dici contrariæ: sed idem atque unum tempus utraque verba demonstrant. Item cum dicitur 'quoad Senatus habebitur,'[a] et 'quoad Senatus dimittetur:' tametsi 'haberi' atque 'dimitti' contraria sunt: unum atque id ipsum tamen utroque in verbo ostenditur. Tempora enim duo cum inter se opposita sunt atque ita cohærentia, ut alterius finis cum alterius initio misceatur; non refert utrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur.[b]

[a] *Convocabitur.* [b] *Qui utriusque finem contingit.*

CAP. XXII.

Quod censores equum adimere soliti sint equitibus corpulentis et præpinguibus; quæsitumque utrum ea res cum ignominia, an incolumi dignitate[a] *equitum facta sit.*

[b]NIMIS pingui[c] homini et corpulento censores equum adimere solitos,[9] scilicet minus idoneum ratos esse cum tanti

[a] *Remanente honore.* [b] *Scimus.*

9 'Hoc totum hausit Thysius ex editione Ascensiana, ubi publice citatio ejus loci exprimitur, et ascribit Bourdelotius, ut opinor, 'locus interpolatus,'

NOTÆ

[c] *Nimis pingui*] Locum hunc mutilum et imperfectum illustrabit Gellii lib. IV. cap. 12.

corporis pondere ad faciendum equitis munus.[c] Non enim pœna id fuit, ut quidam existimant: sed munus sine ignominia remittebatur. Tamen Cato in oratione, quam 'de sacrificio commisso'[10] scripsit, objicit hanc rem criminosius, uti magis videri possit cum ignominia fuisse. Quod si ita accipias, id profecto existimandum est, non omnino inculpatum neque indesidem[d] visum esse, cujus[e][11] corpus in tam immodicum modum luxuriasset exuberassetque.[e][12]

[c] *Nimirum quod putarent tantum onus corporis nocere obeundo equitis officio.*
[d] *Diligentem.* [e] *In tantam molem excrevisset, et auctum fuisset.*

cum sit integer, et infinitivus pendeat ab τῷ *scilicet*, ut satis probatum post alia in Observat. Patern. lib. III. cap. 9.' *Jac. Gronov.*—10 'Ego profecto non dubito reponere, *sacrilegio commisso*, fide et auctoritate Festi pag. 382. ed. Dacer.' *Falster.*—11 Aliter *cui.*—12 '*In tam immodicum luxuriasset exuberassetque.* Sic Carrio et Stephanus: sed scripti et editi, *in tam immodicum modum.* Quod tenendum mordicus, quando a Catone Prisco id accepit Noster. *Exuberasset* (si tamen id tentare licet) neque delendum neque *exsuperasset* faciendum, sed forte *extuberasset*. Sic membranaceus Vossianus. Sed cur mutemus vulgatum, quod a Virgilio sumsisse Auctor videtur lib. I. Georg. 'At si luxuria foliorum exuberat umbra.'' *J. F. Gronov.* 'Forsan, *exsuperassetque*, Scriverius delet.' *Thys.* Τὸ *modum* non habet Delph.

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER VIII.[a]

COMMENTARIO OCTAVO HÆC INSUNT.[1]

CAP. I.

Hesterna noctu,[b] *rectene an cum vitio dicatur: et quænam super istis verbis grammatica traditio sit: item quod decemviri in* XII. *tabulis* nox *pro* noctu *dixerunt.*

1 'Hæc capita in vett. editt. hic non inseruntur, absunt quoque in Ms. Morelli.' *Thys.* 'Certe jam Aldus habet, præpositis his verbis *A. Gellii Noctium Atticarum liber Octavus hac ætate non reperitur. Sed ex vetustissimo exemplari hæc capita excerpta sunt*, quæ ipsa sunt per editiones continenter propagata, donec induxit Stephanus, quia sane hæc capita in variis exemplaribus reperiuntur, ut ipso Lincolniensi.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

a *Liber octavus*] Vel temporis injuria, vel negligentia librariorum periit: sola supersunt capitum summaria, quibus lucem, quantum fas erit, ex veterum monumentis afferemus. Hic enim ariolari neque animus est, neque otium.

b *Hesterna noctu*] Nullus dubito quin Macrobius, a quo Gelliana tam multa totidem verbis relata sunt, totum hoc caput tacito, ut solet, Gellii nomine excerpserit. Hic igitur Saturnaliorum lib. I. cap. 4. 'Hesterna noctu' dici Latine posse ex Veterum testimoniis probat; Ennii quidem qui 'noctu concubia' dixit his versibus, 'Qua Galli furtim noctu summa arcis adorti Mœnia concubia, vigilesque repente cruentant:' tum Cl. Quadrigarii annali tertio, 'Senatus autem de noctu convenire, noctu multa domum dimitti.' Denique quas in lemmate Gellius citat XII. tabulas, profert his verbis idem Macrobius. 'Non esse ab re puto hoc in loco id quoque admonere, quod decemviri in

NOTÆ

duodecim tabulis inusitate nox pro noctu dixerunt. Verba hæc sunt: SEI. NOX. FVRTVM. FACTVM. ESIT. SEI. IM. OCCISIT. IOVRE. CAISVS. ESTO. In quibus verbis id etiam notandum est, quod ab eo quod est, is, non eum casu accusativo, sed im dixerunt.'

CAP. II.

Quæ mihi decem verba ediderit Favorinus, quæ usurpentur quidem a Græcis, sed sunt adulterina et barbara: quæ item a me totidem acceperit, quæ ex medio communique usu Latine loquentium minime Latina sint, neque in Veterum libris reperiantur.

2 Ascripsit Sciopp. *idem.*

CAP. III.

Quem in modum et quam severe increpuerit audientibus nobis Peregrinus[c] philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia stantem segnem apud se et assidue oscitantem.

NOTÆ

[c] *Peregrinus*] Consule lib. XII. in Notis ad cap. 11.

CAP. IV.

Quod Herodotus scriptor historiæ memoratissimus parum vere dixerit[d] unam solamque pinum arborum omnium cæsam nunquam denuo ex isdem radicibus pullulare, et quod idem de aqua pluviali et nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

NOTÆ

[d] *Parum vere dixerit*] Mirum cur ea de pino sententia vulgo tribuatur Herodoto, qui id non suo sed alieno sensu protulit. Refert tantum Histor. lib. VI. Lampsacenis minatum esse Crœsum, fore ut eos in pini morem excideret; quod quidam e senioribus de fatali excidio interpretatus est, et minarum atrocitatem exposuit, pinum inquiens ex omnibus arboribus solam esse quæ excisa nunquam surculos emittat. Sed cujuscujus sit illud dictum, alienum est a veritate. Theophrastus enim piceam cæsam, Plinius laricem ustis radicibus, et Cælius cupressum excisam non repullulare jampridem observarunt.

CAP. V.

Quid illud sit, quod Virgilius cœlum stare pulvere,[e] *et quod Lucilius* pectus sentibus stare *dixit.*

NOTÆ

[e] *Cœlum stare pulvere*] Virgilius lib. XII. Æneid. ita scribit, 'jam pulvere cœlum Stare vident.' Sensus est: totus aër ita plenus est pulvere, ut eo quasi constare videatur cœlum. Pectus autem sentibus stare juxta mentem Lucilii poëtæ, idem est ac spinis horrescere.

CAP. VI.

Cum post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse: superque ea re et sermo Tauri expositus, et verba ex Theophrasti libro sumta: et quid M. quoque Cicero de amore amicitiæ[f] *senserit cum ipsius verbis additum.*

NOTÆ

[f] *De amore amicitiæ*] Amor est animi motus quo alteri bene volumus. Amor amicitiæ sive benevolentiæ dicitur is, quo cupimus alicui bona evenire non nostra, sed illius ipsius causa quem diligimus: amor autem cupiditatis est, quo propter nostram utilitatem aut voluptatem amico maxime cupimus.

CAP. VII.

Ex Aristotelis libro, qui περὶ τῆς μνήμης[g] *inscriptus est, cognita acceptaque de natura et habitu memoriæ: atque inibi alia quædam de exuberantia*[h] *aut interitu ejus*[i] *lectu audita-que.*[3]

3 Conjicit Thys. *lectu audituque digna.*

NOTÆ

[g] Περὶ μνήμης] In hoc libro de memoria ita sentit Aristoteles, cujus hic non verba continua sed mentem paucis subjicimus. Præsentia percipimus sensu, futura prævisione occupamus, præterita memoria complectimur. Cum autem ea quæ recordamur non hæreant in animo nisi adumbrata quibusdam imaginibus sensilibus, memoriæ sedes constituenda est in sensu principe, ubi est imaginandi vis et κατὰ συμβεβηκὸς, sive per accidens, ut aiunt, in ipso intellectu. Unde fit ut non modo in hominibus, sed in nonnullis animalibus insit sensitiva memoria. Porro rerum objec-

NOTÆ

tarum imagines imprimuntur per sensum in anima, quasi sigillum in subjecta materia. Unde ut memoriæ bonitas constet, requiritur ex parte organi tum mollitudo, tum durities ad congruam temperiem sibi mutuo fœderatæ: mollitudo quidem, ut facile imbibat rerum notas: durities, ut impressa simulacra conservet. Senes quibus affecta jam ætate membra inarescunt, quod mollitudine illa careant, difficili sunt memoria. Contra admodum pueri, quibus præhumidum est cerebrum, parum memores sunt: scilicet in iis non imprimuntur rerum simulacra, quasi sigillum in amnem profugum incidat.

[h] *De exuberantia*] Proferebat hic Gellius eorum exempla, qui ad miraculum memoria floruerant. An Cyri Persarum regis qui, ut refert Plin. lib. VII. cap. 24. nomina suorum omnium militum singillatim recensebat? an Mithridatis qui, eodem teste Plinio, viginti duabus nationibus imperans totidem linguis jura dicebat? An Senecæ qui, ut in principio declamationum ipse de se fatetur, tanta vi memoriæ pollebat, ut ducentos versus semel auditos retineret et proferret ordine retrogrado; immo duo nominum millia eo quo prolata erant ordine repeteret?

[i] *Aut interitu ejus*] An mentionem hic faciebat Gellius de illo, qui ictus lapidè oblitus est literas tantum? An de alio, qui ex præalto tecto lapsus matris et affinium propinquorumque cepit oblivionem? An de Messala Corvino oratore qui sui nominis oblitus est, ut capite supra laudato refert idem Plinius?

CAP. VIII.

Quid mihi usu venerit interpretari et quasi effingere volenti locos[4] *quosdam Platonicos Latina oratione.*

4 Aliter *jocos*.

CAP. IX.

Quod Theophrastus philosophus omnium suæ ætatis facundissimus verba pauca ad populum Atheniensem facturus deturbatus verecundia obticuerit, quodque idem hoc Demostheni, apud Philippum regem verba facienti, evenerit.

CAP. X.

Qualis mihi fuerit in oppido Eleusine[k] *disceptatio cum grammatico quodam præstigioso tempora verborum et meditamenta puerilia ignorante; remotarum autem quæstionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.*

5 'Vet. ed. *ad capiendos imperitorum animus.*' Thys. 'Immo id continua-

tum per omnes edd. usque ad Stephanum, qui nescio unde erutum dativum subjecit.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[k] *Eleusine*] Oppidum est in Attica Cereri consecratum.

CAP. XI.[6]

Quam festive responderit Xanthippæ uxori Socrates petenti ut per Dionysia[l] *largiore sumtu cœnitarent.*[7]

6 'In ed. Ven. I. de Tridino capp. x. et xi. male confunduntur.' *Thys.*—7 Vet. ed. *cœnitaret.*

NOTÆ

[l] *Dionysia*] Alio nomine Bacchanalia, festa Bacchi, die duodecimo Anthesterionis, qui Aprili mensi respondet, celebrabantur in Limnis Atticæ loco, ubi templum erat Bacchi. Non alias major fuit ad omne genus impudicitiæ et insaniæ licentia. Porro Bacchus dictus est Dionysius teste Nonno, a Διὸς Jupiter et νύσος, et quod Syracusana lingua significat 'claudus,' quia Jupiter, cum Bacchum in femore gestaret, claudicavit.

CAP. XII.

Quid significet in Veterum libris scriptum, plerique omnes;[m] *et quod ea verba accepta a Græcis videntur.*

NOTÆ

[m] *Plerique omnes*] Hac locutione sæpius usus est Terentius: in Andria, 'Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.' Et in Phormione, 'Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet.' Idem significat, teste Donato, quod plerique. Porro ea verba a Græcis videri desumta colligitur ex hoc Aristotelis loco lib. I. Anim. ὁ τῶν πλείστων πᾶς.

CAP. XIII.

Quopsones[8][n] *quod homines Afri dicunt, non esse verbum Pœnicum, sed Græcum.*

8 Vid. Not. Var. 'Hoc Scaligerianum pro bono habet Th. Reinesius de Punica Lingua cap. 12. num. 14. et *qupsones* vocat vocem nihili et quæ ne legi aut pronuntiari quidem potest. Prousteus utinam perinde Gellium juvaret,

NOTÆ

[n] *Quopsones*] Mira est Scaligeri in notis ad fragmenta Berosi de hac voce hariolatio. 'In xiii. lemmate,' inquit, 'octavi libri A. Gellii legitur vulgo *Qupsones* inepte. In veteri codice Biturigum scripto erat *Eupsones.*

quam acer est in vituperando Scaligero! inprimis ridiculus in rogando, cur unus Biturigum codex eo ipso quo citatur loco mendosus Scaligero pluris est quam ceteri omnes? An non unus Regius codex Lambecio recte pluris est, quam ceteri omnes? Cur autem supponit eum librum in isto loco mendosum! cum utique ipse nihil sciat, nihilque afferre queat. Nonne Scaliger est, qui anno 1573. similiter ex veteri scriptura emendavit IX. 3. *Macetæ*, cum omnes ex inscitia ederent *Macedones* contra fidem Mstorum, ut jam constat, et ipse sequi debuit ab Stephano anno 1585. tantopere indicatum? Nescio unde ortum sit *Quopsones*, quod postremas editiones occupat. Omnino *Qupsones* præfert aliquid Græcum. Ut enim *quinorodon*, Græce κυνόῤῥοδον, ὑπόκυστις hypoquistis, sic κύψωνες potuerunt alio sermone efferri, tanquam instar illius, qui catoblepas in eadem Africa Græce Græcis dicitur, mutata et fere corrupta declinationis parte per hanc translationem ad alium populum.' *Jac. Gronov.* *Eupsones* ascripsit Sciopp. quod et habet Ms. Biblioth. Pembrocens.

NOTÆ

Sed profecto *Eudones* pro *Audonis* scribendum erat. Id Gellius hominum Pœnorum verbum quidem esse ait, sed etiam usurpari a Græcis. Si propterea Gellius putavit Græcum quod a Græcis usurparetur, cur non vicissim videatur Pœnum, quod Pœnis esset in usu? Nam reciproca causatio est.' Quid hic primum notem, quid ultimum? Cur unus Biturigum codex eo ipso quo citatur loco mendosus Scaligero pluris est quam ceteri omnes? Cur inauditam pro arbitratu suo lectionem commentus, de hac ipsa, quæ fortasse nulli venerit unquam in mentem, Gellio litem intendit? Quo jure sibi finxit Gellio dictionem hanc visam esse Græcam quod a Græcis usurparetur? Sane ex hoc lemmate id non conjecerit, nisi qui cum de suo novum nihil præter opinionum figmenta proferat, a veteribus carpendis sibi temperare non possit.

CAP. XIV.

Lepidissima altercatio Favorini philosophi adversus quendam intempestivum de ambiguitate verborum disserentem, atque inibi verba quædam ex Nævio poëta et Cn. Gellio[9] *[a] non usitate collocata: atque ibidem a P. Nigidio origines vocabulorum exploratæ.*

9 'Vet. ed. legit, *Cn. Gallo.* Forsan legendum *Cæcilio.*' Thys.

NOTÆ

[a] *Cn. Gellio*] Is Romanæ historiæ scriptor antiquus annales composuit, grande opus, ut colligitur ex Prisciano, qui ejus librum citat XXXIV.

CAP. XV.

Quibus modis ignominiatus[10 p] *tractatusque sit a C. Cæsare Laberius poëta: atque inibi appositi versus super eadem re ejusdem Laberii.*

10 'Stephanus conjicit, *Quibus modis ignominiæ tractatus.* vel, *Quam ignominiose tractatus.* Alii, *ignominia notatus et taxatus.* Sed *ignominiatus*, quin ipsius Auctoris sit, et quidem ab aliquo vetustiorum, quo caremus, acceptum, nullus dubito.' *J. F. Gronov.* *Ignominia notatus taxatusque* conjicit Thys.

NOTÆ

p *Quibus modis ignominiatus*] Hujus capitis jactura ex Macrobii lib. II. Saturn. cap. 7. nobis utcumque resarcienda est. Laberius, ut ibi dicitur, asperæ libertatis eques Romanus, affecta jam ætate quingentis millibus invitatus a Cæsare ut prodiret in scenam, impotentem ejus dominandi cupiditatem dicacitate scurrili perstrinxit, his præcipue versibus, 'Porro, Quirites, libertatem perdimus. Necesse est multos timeat quem multi timent.' Pupugit ea libertas Cæsarem, qui alienatus a Laberio gratiam in Publium Syrum convertit. Hic licet conditione servus, et ingenio et principis favore fretus, omnes qui in scenam scripta locaverant provocavit, ut singuli secum posita invicem materia pro tempore contenderent. Nec ullo recusante superavit omnes, ipsumque Laberium. Unde Cæsar arridens hoc modo pronuntiavit. 'Favente tibi me victus es Laberi a Syro.' Non inultam passus est hanc injuriam Laberius, et sequentes edidit versus, quibus etsi de se loqui videbatur, tamen nec gratiam Cæsaris erga Publium, nec ipsius Cæsaris dominationem perpetuam fore indicabat: 'Non possunt primi esse omnes omni in tempore. Summum ad gradum cum claritatis veneris, Consistes ægre; et cum descendas, decides. Cecidi ego; cadet qui sequitur: laus est publica.'

AULI GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
COMMENTARIUS.
LIBER IX.[1]

CAP. I.

Quamobrem Q. Claudius Quadrigarius in undevicesimo annali scripserit rectiores certioresque ictus fieri, si sursum quid mittas, quam si deorsum.

Q. Claudius in undevicesimo annali,[a 2] cum oppidum a Metello proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper e muris propugnari describeret, ita scripsit; 'Sagittarius cum funditore[a] utrimque summo studio spargunt for-

[a] *Decimo nono libro annalium.*

1 '*Liber nonus.* In Ms. Morelli et in antiquiss. Venet. titulus est *liber octavus.* In membranis Giselini *liber* x. est: sicuti in Cod. Tornæsiano. In Gisel. membr. post x. incipit xii. In Voss. Cod. annotatum in quodam Ms. haberi xiiii. novem autem primi desunt, in toto corpore habentur libri xxiii.' *Thys.* 'At hæc sunt ipsa verba præposita codici Bibliothecæ Regiæ num. 659. unde potuit descripsisse Vossius, ut et alii. In Ms. codice bibliothecæ S. Marci exemplar plane est præferens titulos capitum, quos ita divisos habet, ut concludat *vicesimo* iii. *commentario,* sed ut interim quosdam libros non distinguat, ut hac in parte vehementer hæsitarint.' *Jac. Gronov.*—2 '*In duodevicesimo annali.* Potuit hanc scripturam eligere Stephanus et edere, cum et in nonnullis codicibus forsan viderit, ut paterna manus testatur de Petav. et Voss. licet in ipso capite retineret *undevicesimo,* ut tanto probabilius asseveraret in his titulis alienam manum et Stephano incon-

NOTÆ

[a] *Funditore*] Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores, teste Vegetio, et invenisse et perite exercuisse dicuntur. His lapides et

tissime. Sed sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas, hoc interest; nam neutrum[3] potest deorsum versum recte mitti, sed sursum utrumque optime. Quare milites Metelli sauciabantur multo minus, et quod maxime opus erat a pinnis hostis defendebant facillime.'[b 4] Percunctabar ego Antonium Julianum rhetorem, cur hoc ita usu veniret, quod Quadrigarius dixisset, ut contigui magis directioresque[c] ictus fiant, si vel lapidem vel sagittam sursum versus jacias quam deorsum: cum proclivior faciliorque jactus sit ex supernis in infima,[d] quam ex infimis in superna. 2. Tum Julianus comprobato genere quæstionis, 'Quod de sagitta,' inquit, 'et lapide dixit, hoc de omni fere missili telo[5] dici potest. Facilior autem jactus est, sicuti dixisti, si desuper[e] jacias, si quid jacere tantum velis, non ferire. Sed cum modus et impetus jactus temperandus[6] dirigendusque est,[f] tum, si in prona[g] jacias, moderatio atque ratio mittentis præcipitantia ipsa et pondere[7] cadentis teli corrumpitur. At si in editiora mittas, et ad percutiendum superne aliquid manum et oculos collinees,[h 8] quo

[b] *Longe minus vulnerabantur, et quod erat tunc optimum, sine labore arcebant hostes a summis muris.* [c] *Certiores et rectiores.*
[d] *Ex superiore loco in inferiorem.* [e] *E loco inferiore.*
[f] *Sed cum oportet jactum teli moderari et regere.* [g] *In inferiorem locum.*
[h] *Manum regas et conniveas oculis.*

gruam. Nobis non licet, qui scimus, in codice S. Marci Florentiæ legi *undevicesimo*, prout habent anteriores editi, unde id restitui, et de auctore titulorum edocti aliter sumus.' *Idem.*—3 'Non bene videntur jungi τὸ *hoc* et τὸ *nam.* Si prius placet, sufficere videtur: *deorsum an sursum mittas; hoc interest: neutrum potest deorsum versum recte mitti.* Sin posterius, et sit, *deorsum an sursum mittas, interest: nam neutrum potest deorsum versum recte mitti,* nihil requiras.' *J. F. Gronov.*—4 'Regius et Vossianus adjiciunt vocabulum *funditore.* Ex qua scriptura in Badiana Vascosani fecerunt *funditores.* Sed non de his solis Claudius. Forte: *a pinnis hostis defendebant facillime fundis et arcu.*' Idem.—5 *Telo* abest, teste Lipsio, a Giselini codice.—6 Aliter *impetrandus.*—7 'Vossianus, *præcipitantia lucumque ipsa.* Regius, *præcipitanti aliicumque ipsa.* Forte: *præcipitantia plerumque ipsa et pondere cadentis teli opprimitur.*' J. F. Gronov.—8 '*Manum et oculos conlinees.* Ita scribendum, non

NOTÆ

glandes plumbeas in hostes tanta vi contorquebant, ut eodem auctore Vegetio sæpe cataphractis letale vulnus importarent. Immo liquescebat excussa glans funda, et attritu aëris velut igne distillabat, quod ait Seneca lib. II. Natur. Quæstion. cap. 57.

modus[i] [9] a te datus tulerit,[10] eo telum ibit, quod jeceris.' Ad hanc ferme sententiam Julianus super istis Q. Claudii verbis nobiscum sermocinatus est. 3. Quod autem ait idem [11] Q. Claudius: 'a pinnis hostis defendebant facillime;' animadvertendum est, usum esse eum verbo 'defendebant,' non ex vulgari consuetudine, sed admodum proprie et Latine. Nam 'defendere,' et 'offendere,' inter sese adversa sunt, quorum[k] alterum significat ἐμποδὼν ἔχειν,[l] [12] alterum,[m] ἐκ ποδῶν ποιεῖσθαι.[n] Quod hoc in loco a Q. Claudio dicitur.

[i] *Impetus.* [k] *Offendere.* [l] *Incurrere in aliquid.* [m] *Defendere.* [n] *Depellere.*

conlines, quod nuper invasit: non *conlimes* aut *connives*, ut olim vulgo: nam scripti meliores *conlinies* aut *collinies*, ut monuit primus Lipsius.' *Idem.* *Conlimes* Delph.—9 Badius legit *motus*: et ita quoque Delph.—10 Ita Gis. cod. Vet. ed. *fuerit*.—11 Reg. Petav. Voss. Lincoln. Schef. exterminant τὸ *autem*. In Ms. *ait tandem*.—12 'Ἐμποδὼν ἔχειν. Auctior aliquanto verbis Giselini scripta lectio, ἐμποδὼν ἔχειν, *id est, incurrere in aliquid et incidere, alterum* ἐκποδὼν (melius ἐκ ποδῶν) *id est, avertere atque depellere*: nec hærebis, quin hæc interpretatio ab ipso Agellio sit.' *Lips. lib.* IV. *Epist. Qu. Ep.* 8. 'Omnes item nostri: ἐμποδὼν ἔχειν, *id est, incurrere aliquid et incidere, alterum* ἐκποδὼν ποιεῖσθαι (quidam, ποιεῖν) *id est, avertere atque depellere*: ut Vict. Giselini codex apud Lipsium.' *J. F. Gronov.* 'Et judicat quoque Philipp. Carolus non dubitandum, quin ab ipso Auctore sit interpretatio. In Reg. autem inveni et ipse *in aliquid*, sed pater omisit præpositionem ex Ms. L. et ut. Voss. ut notat. Et autem tota hæc explicatio jam edita ante Lipsium, prout integram expresserunt Brixienses, qui mox etiam dederunt *quod hoc in loco Qu. Claudio dicitur*, cum in Regio tantum extet *quod hoc in loco Claudio dic.* Sed alii interpositam habent præpositionem *a*. Pessime interim degenerarunt novissimæ repetentes voculam *in*.' Jac. Gronov. In cod. Torn. ποιεῖν.

CAP. II.

Quibus[13] *verbis notarit*[a] *Herodes Atticus falso quempiam cultu amictuque nomen habitumque philosophi ementientem.*[b]

Ad Herodem Atticum, consularem virum ingenioque [14] amœno et Græca facundia celebrem, adiit, nobis præsenti-

[a] *Reprehenderit.* [b] *Fingentem.*

13 Reg. et Voss. et S. Marci Flor. *Qualibus*.—14 Ascripsit Sciopp. *inge-*

bus, palliatus[c] [a] quispiam et crinitus, barbaque prope ad pubem usque porrecta;[d] ac petiit æs sibi dari *εἰς ἄρτους*.[e] [15] Tum Herodes interrogat quisnam esset.[16] Atque ille, vultu sonituque vocis objurgatorio, philosophum sese esse dicit; et mirari quoque addit cur quærendum putasset quod videret. Video, inquit Herodes, barbam et pallium; philosophum nondum video. Quæso autem te, cum bona venia[f] dicas mihi, quibus nos uti posse argumentis existimas, ut esse te philosophum noscitemus?[g] Interibi[h] aliquot ex iis, qui cum Herode erant, erraticum[i] hominem esse dicere et nulli rei,[17] incolamque esse sordentium ganearum;[k] ac, nisi accipiat quod petit, convicio turpi solitum incessere: atque[18] ibi Herodes, 'Demus,' inquit, 'huic aliquid æris, cuicuimodi[19] est;[l] tanquam homines, non tanquam

[c] *Indutus pallio.* [d] *Infra pectus demissa.* [e] *Pecuniam sibi dari ad panes emendos.* [f] *Pace tua.* [g] *Intelligamus.* [h] *Interea.* [i] *Circumforaneum.*
[k] *Et hominem nihili, et habitatorem fœtidarum popinarum.*
[l] *Demus, ait, aliquam pecuniam huic, quisquis ille sit.*



nio.—15 'Vulgo additur, *emendos scilicet:* quod glossema esse recte monuit Lipsius, atque abesse a membranis Giselini.' *Thys.* '*Æs sibi dari εἰς ἄρτους id est, ad panes emendos scilicet.* Sic Romana et Veneta. Aldus, et ab eo Vascos. et Gryph. *εἰς ἄρτους emendos scilicet.* Hic quoque duo postrema vocabula jussu codicis sui delevit Lipsius 3. Epist. q. 6. Subscribunt omnes nostri. Vossianus, *dari ei capto ictum Herodes.*' J. F. Gronov.—16 'Regius, *capto Hic tum Herodes.* Sed illud *Hic* enatum esse ex duabus postremis literis τοῦ ἄρτους, altera corrupta, cum scriberetur ΑΡΤΟΙC, potes meminisse Vossiani codicis ex scriptura, quam dedimus. Deinde omnes scripti et editi ante Carrionem: *quisnam esset.*' Idem. Vulg. est, *quis homo esset.*—17 '*Interibi cum aliquot*, etc. *dicerent et nullius rei.* Quicquid est scriptorum et olim editorum sine τῷ *cum*, item *dicere*, non *dicerent*. Quibuscum profecto et Stephano et Carrione seposito legimus: *Interibi aliquot ex iis, qui cum Herode erant, erraticum esse hominem dicere.* At *nulli rei*, quod primus Lipsius promsit, Reg. Pet. Voss. Lincol. certatim confirmant. Ut et, *atque ibi Herodes*, e quibus τὸ *atque* Carrio et Stephanus male sustulerunt.' *J. F. Gronov.* Pro *Interibi* ascripsit Sciopp. *Interim ibi.* Lugd. Bat. et Delph. *Interibi cum aliquot ex his . . . hominem esse dicerent.*—18 Τὸ *atque* abest ab edd. prædictis.—19 'Ita recte: vulgo *cujusmodi:* utitur Cicero pro Roscio; et alii.' *Thys.* Ascripsit Sciopp. 'V. C. *cuimodi:* al. Ms. *cuicumque.*' '*Cujusmodi est.* Rad. Fornerius 2. Quotid. rer. 2. recte sibi videri ait legi, *cujuscujusmodi est:* quanquam sit in editione Stephani, *cuicuimodo est.* Tanto vilius istud alterum. Debuit enim scire vir optimus, τὸ *cuicuimodi* non temere inolevisse, sed deberi membranis et veterum auctorisque nostri mori, et Lipsio, cum Reg. Petav. Voss.

NOTÆ

[a] *Palliatus, &c.*] Pallio detrito ac lacero, crinibus impexis, promissa barba, veteres illi philosophi, famam sibi conficere studebant.

homini:' et jussit dari pretium panis triginta dierum. 2. Tum nos aspiciens qui eum sectabamur, 'Musonius,' inquit, 'æruscanti [m] [20] [b] cuipiam id genus, et philosophum sese ostentanti dari jussit mille nummum,[n] et, cum plerique dicerent nebulonem esse hominem, malum et malitiosum, et nulla re bona dignum, tum Musonium subridentem dixisse aiunt; ἄξιος οὖν [c] ἐστιν ἀργυρίου.[o] Sed hoc potius, inquit, dolori mihi et ægritudini est, quod istiusmodi animalia spurca atque probra [p] [1] nomen usurpant sanctissimum, et philosophi appellantur. 3. Majores autem mei Athenienses nomina juvenum fortissimorum Harmodii et Aristogitonis,[d] qui libertatis reciperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne unquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent[q] nomina libertati patriæ devota servili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere? simili autem, inquit, exemplo ex

[m] *Mendicanti.* [n] *Quadraginta tres libras, et quindecim asses monetæ Gallicæ.*
[o] *Dignus igitur est argento.* [p] *Sordida et probrosa.*
[q] *Credebant esse crimen.*

faciunt secundas.' *J. F. Gronov.*—20 Ita Ascensiana Par. ed. et posteriores. Vett. edd. *circumstanti.*—1 'Ita membranæ Gisel. et vet. ed. aliter, *probrosa.*' Thys. 'Sic Rom. Ven. Ald. Gryph. Badiana Vascosani *probrosa*: unde Lipsio alterum revocandi occasio, et, Vide, inquit, ne Veteres ita dixerint. Visum aliis *probra* dici hos homines, ut 'scelus' Terentius hominem scelestum appellat. Quod facilius tolerarem, si tantum probra dicerentur, nec præponeretur *animalia spurca atque.* Quare suspicor aliquid aliud latere, ac fortasse, *animalia spurca atque inebra.* Id est, inauspicata, mali ominis, quæ obvia viri boni vota et consilium impediant. Propius literis foret *præbra* ejusdem originis, si eo significatu valeret: sed id amuletum Varro et Festus interpretantur. Quid si tamen *animalia spurca ac reproba.* Neque enim adeo distat a Tertulliani sæculo Gellius, ut qua ille voce utitur, hic uti non potuerit.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[b] *Æruscanti*] Æruscare significat mendicorum instar æs vicatim colligere.

[c] Ἄξιος οὖν, &c.] Hæc erat Musonii ratio: siquidem adeo sceleratus est, ne nobis pestifero congressu noceat importunus, accipiat quod flagitat.

[d] *Harmodii et Aristogitonis*] Athenis cum Hippias traditam sibi a Pisistrato patre tyrannidem exerceret, conjuratione Harmodii et Aristogitonis occisus est tyranni frater Hipparchus: Hippias turpiter ejectus. Illustribus conjuratis, cum a satellitibus fuissent trucidati, publice statuæ sunt erectæ anno III. Olymp. LXVII. anno ante Christum DX. *Plinius lib.* XXXIV.

contraria specie antiquos Romanorum audio prænomina[e] patriciorum[f] quorundam male de republica meritorum, et ob eam causam capite damnatorum, censuisse ne cui ejusdem gentis patricio inderentur: ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua[r] cum ipsis viderentur.'

[r] *Nomina eorum infamia et extincta.*

NOTÆ

[e] *Prænomina*] Regnante Romulo, ut tradit Appianus ἐν προοιμίῳ τῶν Ῥωμαϊκῶν, unum tantum nomen Romanis erat; deinde duo, postea tria nomina sumsere. Primum nomen seu prænomen plurimis commune fuit, ut Marcus, Quintus, Publius, &c. alterum nomen gentilitium, totius familiæ proprium erat, ut Cornelius, Tullius, Julius: tertium quod erat cognomen, plerumque vel abs re rustica, vel ab aliquo corporis vitio, vel ab eventu deducebatur: hinc dicti Pisones, Cicerones, Fabii, Hortensii, Serrani, Stolones, Pæti, Strabones, Luscinii, Nasones, Frontones, Planci, Scauri, Scipiones, Cæsares. Stante rep. ut animadvertit eruditissimus Sirmondus, proprium cuique id nomen fuit, quod primum: quo nimirum fratres ipsi, cum cetera nomina communia haberent, inter se distinguebantur, ut P. Corn. Scipio et L. Corn. Scipio fratres. Postea non primis, sed ultimis nominibus ut propriis uti ac distingui cœpere, ut Flavius Vespasianus et Flavius Sabinus fratres apud Suetonium: immo inferioris ævi homines non modo id usurparunt, sed etiam tum proprium hoc ultimum nomen, tum cetera, interdum quidem aliunde pro arbitrio, ut plurimum vero a parentibus et propinquis deducta sibi imponebant.

[f] *Patriciorum*] Romulus primus rex Romanorum Roma condita anno III. Olymp. VI. qui est ante Christi ortum DCCLIV. 'centum creat senatores,' inquit Livius lib. I. 'qui patres ab honore, patriciique eorum progenies appellati.'

CAP. III.

Epistola Philippi Regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

PHILIPPUS Amyntæ filius,[2] terræ Macedoniæ rex, cujus

2 'Scaliger in Auson. Lect. lib. I. c. 23. ex veteri scriptura *filius* omittit Græco more, qui dicerent τοῦ Ἀμύντου.' *Thys.* 'Sed non testatur Scaliger de industria eam vocem a se omitti. Ego autem in codice Thuanæo, cujus collationem die VII. Junii 1671. absolvi, reperiebam non modo *filius*, quam vocem habent omnes Mss. quos pater vel ego vidimus, sed etiam *fuit filius*: idque prorsus opinor esse Gellianum.' *Jac. Gronov.* 'Scaliger Ausonianarum I. 23. ex veteri scriptura, ut ait, omittit τὸ *filius*, mutatque *terræ Macetiæ*,

virtute industriaque Macetæ locupletissimo imperio aucti[a] gentium nationumque multarum potiri cœperant, et cujus vim atque arma toti Græciæ cavenda metuendaque[3] inclytæ illæ[b] Demosthenis orationes[a] concionesque vocificant.[c 4] Is Philippus, cum in omni fere tempore negotiis belli victoriisque affectus[d] exercitusque esset, a liberali tamen Musa[5] et a studiis humanitatis nunquam abfuit;[e] quin lepide comiterque pleraque et faceret et diceret. Feruntur adeo libri Epistolarum ejus munditiæ et venustatis[f] et prudentiæ plenarum: velut sunt illæ literæ, quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nuntiavit. Ea Epistola, quoniam curæ diligentiæque in liberorum disciplinas[g] hortamentum est, exscribenda[6] visa est ad commovendos[7] parentum animos. 2. Exponenda igitur est ad

[a] *Macedones consecuti regnum opulentissimum.* [b] *Celebres illæ Philippicæ.*
[c] *Declarant.* [d] *Occupatus.*
[e] *Nunquam abhorruit a doctrinis liberalibus et literis humanioribus.*
[f] *Puritatis et elegantiæ.* [g] *Ad institutionem liberorum.*

dein *Macetæ*. Cautior et pudentior Lipsius 3. Epist. q. 6. Scidæ, inquit, *Macetæ*: et id tu, Scaliger, nos docuisti. *Macetæ* apud me quoque duo Petav. duo Voss. Lincoln. et Regius: omnes *terræ Macedoniæ* et *Amyntæ filius*: etsi aliquid huic postremo simile Tito Livio 28. 12. restituerimus. Sed in his arbitrariis consensui priscarum manuum, non libidini, parendum. Juxta *νεανικὸν* est Hen. Stephani, mirum sibi videri, cur non, sicut *Macedoniæ* illic dixerat, ita etiam *Macedones* hic, aut certe, cur non *terræ Macetidis* illic, sicut hic *Macetæ* dixerit. Nemini facit injuriam, qui jure suo utitur.' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*f. Macetiæ*.'—3 'H. Stephanus credit legendum *metuenda cavendaque*: cum caveamus ab iis quæ jam metuimus. Quædam editt. habent *et cujus vim atque arma toti Græciæ cavendam metuendamque*. Quod cum Latinum non esset, aliæ editt. legunt, *cujus arma atque vim, etc.* Sed nomina illa non transponenda, ut ex vett. exemplaribus liquet.' *Thys.*—4 'Sic Lipsius: nec temere, sed auctoribus membranis, quibus, quicquid est nostrarum, astipulantur. Ostenditque non sine exemplo doctissimi Quiritium sic Nostrum loqui. Abeat igitur, cui *οὐκ ἔστιν ὅπως* non suspecta vox sit: abeant *notificant* et *vociferant*: abeat omne Forsan.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var.—5 Ascripsit Sciopp. *mensa*.—6 Non concordant codices antiqui, quorum Regius, Vossianus major tantum habent *scribenda*.—7 Petav. memb. et duo Voss. etiam Thuan. et S. Marci Flor. *commonendos*. Ms. ap. Thys. *com-*

NOTÆ

[a] *Demosthenis orationes*] Philippicas intelligit, quibus orationibus Demosthenes hortabatur Athenienses ad bellum communi consensu inferendum Philippo; qui subactis Illyricis et finitimis populis, plurimisque Atheniensium urbibus expugnatis toti Græciæ imminebat.

hanc ferme sententiam:[h] 'Philippus Aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito. Quod equidem Dis habeo gratiam:[i] non proinde quia natus est, quam pro eo quod eum nasci contigit temporibus vitæ tuæ. Spero enim fore, ut eductus[k] eruditusque abs te dignus existat et nobis et rerum istarum susceptione.'[8] Ipsius autem Philippi verba hæc sunt: *Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν.*[l] *Ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς χάριν ἔχω, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδὸς, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι. ἐλπίζω γὰρ αὐτὸν, ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα, ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.*[9]

h *E Græco vertenda est in hunc fere modum.* i *Qua de re Diis gratias ago.*
k *Educatus.*
l *Philippus Aristoteli salutem. Scito mihi natum filium; multam igitur Diis gratiam habeo, non tam quod natus sit puer, quam quod tua ætate natus sit. Spero enim ipsum, a te educatum et institutum, dignum fore et nobis et negotiorum susceptione.*

movendum.—8 'Ita membranæ Giselini, aliter *successione*: melius respondet 'susceptio' vocabulo Græco *διαδοχῇ.*' *Thys.*—9 'Scheff. *τῆς τῶν ἡμετέρων πραγμάτων.* Versio Auctoris videtur poscere *τῆς τούτων τῶν πραγμάτων.* *Susceptione* autem cum Lipsiano scripti omnes.' *J. F. Gronov.*

CAP. IV.

De barbararum gentium prodigiosis miraculis, deque diris et exitiosis fascinationibus,[10] *atque inibi de fœminis repente versis in mares.*

Cum e Græcia in Italiam rediremus, et Brundusium iremus; egressique e navi in terram in portu illo inclyto spatiaremur,[a] quem Q. Ennius remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo 'præpetem'[a] appellavit; fasces libro-

a *Ambularemus.*

10 Reg. Voss. Pet. Scheff. *effascinationibus.*—11 Conjicit Thys. *incredibiles.*

NOTÆ

a *Præpetem*] Vide caput 6. libri VI.

rum venalium expositos vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros. Erant autem isti omnes libri Græci miraculorum fabularumque pleni: res inauditæ, incredulæ;[b 11] scriptores veteres non parvæ auctoritatis Aristeas[b] Proconnesius et Isigonus Nicæensis et Ctesias[c] et Onesicritus[d] et Polystephanus[12] et Hegesias. 2. Ipsa autem volumina ex diutino situ squallebant,[c] et habitu aspectuque[d] tetro[d] erant. Accessi tamen, percunctatusque pretium sum: et, adductus mira atque insperata vilitate,[e 13] libros plurimos[14] ære pauco[f] emo; eosque omnes duabus proximis noctibus cursim transeo:[g] atque in legendo carpsi exinde quædam et notavi mirabilia et scriptoribus fere nostris intentata;[h] eaque his commentariis aspersi:[i] ut, qui eos lectitabit, is ne rudis omnino et ἀνήκοος[15] inter istiusmodi rerum auditiones[k 16] reperiatur. 3. Erant igitur in illis libris scripta hujuscemodi: Scythas[e] illos penitissimos,[l] qui sub ipsis septemtrionibus ætatem agunt, corpo-

[b] *Incredibiles erant.* [c] *Diuturno mucore erant vitiati.*
[d] *Sordido.* [e] *Pretio minime quod mirabar et non sperabam.*
[f] *Exigua pecunia.* [g] *Lego.* [h] *Non narrata.* [i] *Inserui.*
[k] *Non assuetus ejusmodi rebus audiendis.* [l] *Remotissimos.*

11 'Si quid mutandum, (de quo tamen dubito,) non *incredibiles* faciendum, sed *incredundæ*.' J. F. Gronov.—12 Aliter *Philostephanus*.—13 Vulgo *utilitate*.—14 'Sic et Carrio et quicquid nobis subservit: nam Lipsianus *multos*.' J. F. Gronov. *Multos* quoque Giselini membranæ.—15 Ascripsit Sciopp. '*vel* ἄπειρος.'—16 Ita Reg. Voss. et Thuan. Olim, *in istiusmodi rerum auditionibus*.—

NOTÆ

[b] *Aristeas*] Antiquissimus historicus natus est in Proconneso insula Propontidis. Ortum Deorum oratione soluta, historiam Arimasporum epico carmine complexus est. Floruit Crœsi et Cyri temporibus, annis ante Christ. 540.

[c] *Ctesias*] Ctesias e Cnido in Doride oriundus et medicinam exercuit, et res cum Assyriacas tum Persicas stylo persecutus est, ut refert Strabo, Acerbius invehitur in Herodotum, cum ipse, judice Aristotele, minime fide dignus sit. Claruit ætate Artaxerxis Mnemonis, et Cyri junioris. Anno ante Christum CCCXLV.

[d] *Onesicritus*] Hic nauticæ rei peritus militavit cum Alexandro Magno, cujus egregie facta scriptis mandavit. Xenophonte quem sibi proposuerat imitandum longe inferior. *Strabo, Curtius, Suidas, &c.*

[e] *Scythas*] Scythæ populi sunt Scythiæ, quæ regio versus septemtrionem longe lateque excrescit in Europa et Asia, Moscoviæ et Tartariæ respondet.

ribus hominum vesci ejusque victus alimento vitam ducere et ἀνθρωποφάγους[m] nominari: item esse homines sub eadem regione cœli[n] unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi:[f] qua fuisse facie Cyclopas[g] poëtæ ferunt: alios item esse homines, apud eandem cœli plagam,[o] singulariæ[17] velocitatis, vestigia pedum habentes retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, prospectantia:[p 18] præterea traditum esse memoratumque in ultima quadam terra, quæ Albania[h] dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescant,[19] et plus cernant[20] oculis per noctem, quam inter diem:[1] item esse compertum et creditum, Sauromatas,[i] qui ultra Borysthenem[k] fluvium longe colunt,[q] cibum capere semper diebus tertiis,[r] medio abstinere. 4. Id etiam in iisdem libris scriptum offendimus, quod postea quoque in libro Plinii Secundi naturalis historiæ septimo legi;

[m] *Devoratores hominum.* [n] *Septemtrionalis.* [o] *In eadem terræ parte.*
[p] *Habentes plantas pedum retro aversas, non ante porrectas, ut habent ceteri homines.*
[q] *Procul habitant.* [r] *Tertio quoque die.*

17 'Ita meliores, ut Lipsianus.' *J. F. Gronov.* Vulg. *singularis.*—18 'Reg. et Voss. *hominum prosprofium petetanti spectantia.* Scribe, *proversum patentia aut spectantia.*' J. F. Gronov.—19 'Lipsius e Victoris libro profert *pueria.* Petav. et alter Voss. *puertia.* Utrum fuit, *in juventa,* quemadmodum apud Plinium et Solinum, an potius, *qui impuberes canescant?*' J. F. Gronov. 'Ad Mss. lectionem nihil accedit propius, quam *in pueris, a* exorta pro involuta *s.*' Jac. Gronov. Vid. Not. Var.—20 Ascripsit Sciopp. *plus res cernant.*—1 'An hæc sit venustas quædam Gellio captata ex mutata præpositione, admodum dubito; cum certe nulla sit. Erit vero, si corrigas *interdiu,* ut est in Regio.'

NOTÆ

[f] *Arimaspi*] Arimaspi (quæ vox lingua Scythica idem sonat quod monoculus: *Arima* enim, ut aiunt, unum et *spu* oculum significat) ita dicti sunt quod cum essent peritissimi sagittarii, alterumque ut fit oculum clauderent, et in eo studio semper versarentur, uno tantum oculo uti viderentur. *Muretus.*

[g] *Cyclopas*] Cyclopes gigantes in Sicilia fuere, quibus unus tantum erat oculus rotundus sub fronte, ubi est intervallum commune oculorum. Atque hinc nomen desumsere, κύκλος enim circulus est, et ὤψ oculus.

[h] *Albania*] Scythiæ regio inter Pontum Euxinum et mare Caspium: nunc dicitur *Zuirie.*

[i] *Sauromatas*] Sauromatæ populi sunt Scythiæ ad Tanaim fluvium, qui in paludem Mæotim influit. Eorum regio nunc Tartaria minor appellatur.

[k] *Borysthenem*] Sarmatiæ Europææ fluvius: nunc *Nieper:* in mare Nigrum evolvitur.

esse quasdam in terra Africa hominum familias voce atque lingua effascinantium.[s] [l] Qui si impensius forte laudaverint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas;[2] emoriantur repente hæc omnia nulli aliæ causæ obnoxia: oculis quoque exitialem fascinationem fieri in isdem libris scriptum est: traditurque esse homines in Illyriis,[m] qui interimant videndo, quos diutius irati viderint; eosque ipsos mares fœminasque, qui visu tam nocenti[3] sunt, pupulas[4] in singulis oculis binas habere. 5. Item esse in montibus terræ Indiæ homines caninis capitibus et latrantibus; eosque vesci avium et ferarum venatibus: atque esse item alia apud ultimas orientis terras miracula homines, qui monocoli[t] [n] appellantur,[5] singulis cruribus saltuatim[u] currentes, vivacissimæ pernicitatis: quosdam etiam esse nullis cervicibus, oculos in humeris habentes. Jam vero egreditur[x] omnem modum admirationis, quod iidem illi scriptores

[s] *Incantantium.* [t] *Unum crus habentes.* [u] *Saltando.* [x] *Superat.*

Jac. Gronov.—2 ‘*Pecudes pastu atque cultu optimas.* Omnes quidem et nostri sic, ut Lipsianus, tamen ingratiis librariorum retineo *opimas.*’ J. F. Gronov. Sic tamen notat Thys. ‘Membranæ Lipsii, *partu atque cultu optimas.*’—3 Legitur quoque *nocentes.* Reg. *visu ita nocenti.* Thuan. *visus ita nocentis.*—4 Vet. Ven. ed. *pupillas.*—5 ‘*Qui monocoli appellantur.* Non una modo Veneta *monomeri*, sed ab Romana omnes usque ad Stephanicam. Petav. in charta: *monoruri.* Lincol. *monocruri.* Regius, Voss. major, Schefferi, *monoculi.* Voss. minor *monocoli:* quod primus publicavit Lipsius: *οὐδ' ἀπόνητο δωτίνης*, dum haud dubie decernit emendandum, *monosceli*, ut sit apud Plinium. At nosse poterat nec Græcum sermonem tale vocabulum pati, et in antiquis Mss. Plinii *qui monocoli vocantur* haberi docuisse jam Turnebum lib. XXIV. Adver. cap. 42. Quare gravius quoque fecisset atque elegantius vir haudquaquam alienorum indigus, si non jactasset diu esse cum restituerit utrique auctori *monocolos*, quos eorum editores *monosceles* hactenus nominarant: cum ab annis quinque et octoginta sic omnes habuerint Gellii, et eandem lectionem ab annis non multo paucioribus ostentent margines Plinii Dalecampiani.’ *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var. ‘Illa verba adhuc laborant: *homines, qui monocoli appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes.* Legendum enim *homines, qui monosceli* (i. unicrures) *appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes.*’ Carolus.

NOTÆ

[l] *Effascinantium*] Vide c. 12. l. XVI.

[m] *Illyriis*] Illyrii sive Illyrici Europæ populi totam, quæ opponitur Italiæ, oram Adriatici maris occupabant, quæ nunc dicitur *l'Esclavonie.*

[n] *Monocoli*] Qui unico pede utuntur, a *μόνον* solum et *κῶλον* crus.

gentem esse aiunt, apud extrema Indiæ,[y] corporibus hirtis[z] et avium ritu plumantibus,[a] nullo cibatu vescentem, sed spiritu florum naribus hausto victitantem: Pygmæos[o] quoque haud longe ab his nasci; quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo[6] et quadrantem. Hæc atque alia istiusmodi plura legimus. 6. Sed, cum ea scriberemus, tenuit nos non idoneæ scripturæ tædium nihil ad ornandum juvandumque usum vitæ pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus vir in temporibus ætatis suæ, ingenii dignitatisque gratia, auctoritate magna præditus, non audisse neque legisse, sed scire sese atque vidisse in libro naturalis historiæ septimo scripsit. Verba igitur hæc, quæ[7] infra posui, ipsius sunt, ex eo libro sumta: quæ profecto[8] faciunt, ut neque respuenda, neque ridenda[9] sit notissima illa veterum poëtarum de Cænide et Cæneo[p] cantilena. 7. 'Ex fœminis,' inquit, 'mutari in mares non est fabulosum. Invenimus in annalibus Q. Licinio Crasso,[10][q] C.

[y] *In extremis Indiæ regionibus.* [z] *Hirsutis.* [a] *Habentibus plumas.*

Cod. Torn. *appellentur. Saltatim* Ms. Reg.—6 Cod. Torn. *duos.*—7 *Verba igitur, quæ* Lugd. Bat. Delph.—8 Cod. Torn. *prospecta.*—9 'Sic Lipsius membro notat auctiorem e membranis se facere scripturam, quasi vulgo desit, *neque ridenda.* Addit sic tamen etiam legi in Veneta. Immo et in Romana, Venetaque altera Phil. Pitii et Aldina et Badiana Vascosani, et Gryphianis duabus, ut mirer, quo exemplari usus fuerit.' *J. F. Gronov.* 'Has certe inspici a Lipsio æquum fuerat: sed adhibuit forsan ille solam Antonii Gryphii anno 1566. Lugduni quoque editam, ubi membrum istud omissum fuit nonnisi vitio typorum.' *Jac. Gronov.*—10 'Thuan. *quæ Lic.* Alii non mutant, sed

NOTÆ

[o] *Pygmæos*] Pygmæi populi Indiæ, quorum, ut ait poëta Satyricus, 'tota cohors pede non est altior uno.' Sed quæ hic de Pygmæis, ceterisque ejusmodi monstris narrantur, mera sunt figmenta. Quanquam non me fugit, et inter veteres alios Philostratum, cum multa hominum monstra ex Apollonio fabulosa esse tradiderit, excipere Pygmæos, quorum gentem minime commentitiam esse scribit, et inter recentiores Jovium Pygmæis regionem ultra Japoniæ insulas assignare.

[p] *Cænide et Cæneo*] Cænis puella, postquam rem habuit cum Neptuno, ab eo precibus impetravit, ut in virum mutaretur, et vulnerari non posset. Dictus deinde est Cæneus; cumque ferociter omnes, adeoque Centauros provocaret, ab iis, cum occidi ferro non posset, arborum mole oppressus est.

[q] *Q. Licinio Crasso, &c.*] P. Licinii

Cassio Longino Consulibus, Casini[11] puerum factum ex virgine sub parentibus; jussuque haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse a se Argis Arescontem, cui nomen Arescusæ fuisset; nupsisse etiam; mox barbam et virilitatem provenisse uxoremque duxisse: ejusdem sortis et Smyrnæ puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossicium[12] civem Thysdritanum:[r] vivebatque cum proderem hæc.' Idem Plinius eodem in libro verba hæc scripsit: 'Gignuntur homines utriusque sexus; quos hermaphroditos[s] vocamus, olim androgynos[t] vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.'

---

jam Pighius ad annum U. C. DXXCII. notavit ibidem Crassi Consulis prænomen corrigi debere. Quid igitur mercedis erit vel Harduino notanti: 'Male ergo in Chiffl. cod. legitur *C. Licinio Crasso:* et apud Gellium, *Q. Licinio:*' vel Prousteo: 'Itaque mendum irrepsisse suspicamur, et pro *Q. Licinio* substituendum *P. Licinium.*' Arduæ enimvero suspiciones. Immo cum Cassii prænomen in libro Regio non extet, videtur etiam ab Gellio non fuisse datum priori, sed feriatam manum male præscripsisse utrique.' *Jac. Gronov.*—11 '*C. Asinii.* In Aldina et Ascensiana Ed. abest. Schedæ Lipsii *C. Asini.* C. Tor. *C. Assini.* Alii *Cassini*, non male. Locum enim denotat. 'Cassinum' autem vel potius 'Casinum' Novi Latii seu Volsci agri oppidum, cujus meminerunt Cicero, Cato de R. R. Columella, Plinius, alii.' *Thys.* 'Sic x. 2. 'ancillam Cæsaris Augusti' habes. Attamen recte judicat Vir Cl. Et miror, quid animi fuerit H. Stephano, cum Gryphianæ, atque etiam editio Parisina Hieronymi Marnef 1584. retinuerint *Cassini* vel *Casini*, mutanti appellationem loci in proprium hominis anno 1585. Ipse codex Reg. habet *Casini.* Unde igitur sustinuit sibi imaginari Harduinus Gellium, cum hunc Plinii locum exscriberet, videri legisse *Asinii*, sed sane perperam ipse sic insimulat contra vetustissimi exemplaris, quod Parisiis est, fidem. De loco notavit bene Thysius, sed ex Lipsio.' *Jac. Gronov.* *C. Asinii* Delph.—12 'In Thuan. erat *Cossicisum*, cum prænomen Lucii Regius ignoraret.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'f. *Cossutium.*'

NOTÆ

Crassi, et C. Cassii Longini consulatum fasti referunt ad annum U. C. DLXXXIII. ante Christi ortum CLXXI. nullam de Q. Licinio Crasso mentionem faciunt. Itaque mendum irrepsisse suspicamur, et pro Q. Licinio substituendum P. Licinium.

[r] *Thysdritanum*] Thysdrus urbs Africæ, olim in Byzacena regione, nunc in regno Tunetano, etiamnum hodie celebris ab incolis dicitur *Cairavan.*

[s] *Hermaphroditos*] Hermaphroditus fuit, ut nomen ipsum indicat, Mercurii et Veneris filius, Ἑρμῆς enim Græce Mercurium, Ἀφροδίτη Venerem significat. Eum cum amplecteretur Salmacis Nympha, ambo in unum corpus coaluerunt, in quo sexus uterque remansit integer. Unde utriusque sexus compotes dicti sunt Hermaphroditi.

[t] *Androgynos*] Androgynus idem significat quod hermaphroditus: hoc nomen componitur a vocibus Græcis ἀνὴρ vir, et γυνὴ mulier.

CAP. V.

Diversæ nobilium philosophorum sententiæ de genere ac natura voluptatis; verbaque Hieroclis philosophi, quibus decreta Epicuri insectatus est.

De voluptate veteres philosophi diversas sententias dixerunt. Epicurus voluptatem summum bonum[a] esse ponit; eam tamen ita definit: σαρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα.[a] Antisthenes[b] Socraticus summum malum dicit. Ejus namque hoc verbum est: μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην.[b] Speusippus vetusque omnis Academia voluptatem et dolorem duo mala dicunt esse opposita inter sese; bonum tamen esse[13] quod utriusque medium foret. Zeno censuit voluptatem esse[c] indifferens, id est, neutrum, neque bonum neque malum; quod ipse Græco vocabulo ἀδιάφορον[d] appellavit. Critolaus Peripateticus et malum esse voluptatem ait, et multa alia mala parere ex sese, injurias, desidias, obliviones, ignavias.

[a] *Corporis bona constitutio.* [b] *Insaniam potius quam indulgeam voluptati.* [c] *Aliquid.* [d] *Indifferens.*

13 Ita ex Reg. Aliter *bonum autem esse.* In Lugdun. majore erat *bonum*

NOTÆ

[a] *Epicurus voluptatem summum bonum*] Stoici privatis odiis Epicureorum opinionem de summo bono traduxere, quasi beatitatem hominis in obscœnis corporis voluptatibus constituerent. Id videre est passim in Ciceronis, Plutarchi, et Athenæi operibus. Sed cui potior sit quam ipsi Epicuro fides? Sic autem ille in Epistola ad Menœcea: ὅταν οὖν λέγομεν ἡδονὴν τέλος ὑπάρχειν, οὐ τὰς τῶν ἀσώτων ἡδονὰς λέγομεν, ὥς τινες ἀγνοοῦντες καὶ οὐχ ὁμολογοῦντες ἢ κακῶς ἐκδεχόμενοι νομίζουσιν, ἀλλὰ τὸ μήτε ἀλγεῖν κατὰ σῶμα, μήτε ταράττεσθαι κατὰ ψυχήν. *Constat igitur, cum dicimus voluptatem* vitæ beatæ *finem esse, nos perditorum* hominum *voluptates non intelligere, ut nonnulli ignorantes, aut a nobis dissentientes, aut male* mentem nostram *accipientes existimant, sed* hoc tantum intelligimus *non dolere corpore, et animo non perturbari.*

[b] *Antisthenes*] Hic Atheniensis, Socratis primum discipulus, auctor deinde Cynicorum fuit, qui philosophi sic dicti sunt, teste Empirico, quod canum instar tuerentur bonos, malos invaderent; quanquam a Cynicis alieni eos nomen habuisse dicebant a canina impudentia. Floruit circa annum ante Christum CCCXX. *Laërt.*

2. Plato ante hos omnis ita varie et multiformiter de voluptate disseruit, ut cunctæ istæ sententiæ, quas supra posui,[14] videantur ex sermonum ejus fontibus profluxisse:[15] nam proinde unaquaque utitur, ut et ipsius voluptatis natura fert, quæ est multiplex, et causarum, quas tractat, rerumque, quas efficere vult,[16] ratio desiderat. Taurus autem noster, quotiens facta mentio Epicuri esset,[17] in ore atque in lingua habebat verba hæc Hierocli Stoici,[18] viri sancti et gravis: ἡδονὴ[a] τέλος, πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστι πρόνοια οὐδὲν, πόρνης δόγμα.[19]

esse.—14 Reg. *quas exposui.*—15 Idem cod. *ex sermonibus ejus fontibusque profl.*—16 Ms. *volet.*—17 C. Torn. *erat.*—18 'Ita edidit rite Stephanus, cum id extet in Regio et aliis, ut alibi *Sophocli* et similia secundo casu. Non debuit igitur id rursus imperite mutari in *Hieroclis*, et caute in hoc egit Prousteus.' *Jac. Gronov.*—19 Sic correxit Pearson. Proleg. ad Hierocl. p. 14. ''Ηδονῆς τέλος πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πορνεία, etc. Quæ Thysius et Prousteus ad hunc locum ex Stephano attulerunt, apud eos videri possunt, ceterum prorsus puerilia, nec satis decora ad gloriam nostrorum studiorum. Scias igitur pro πορνεία legi in Reg. Petav. πρόνοια. Quod cum debeat supponi in pluribus Mssis extitisse, (prout Thysius id ponit ex cod. Tornæs. et misere deserit,) stupere omnino oportet, cur tot docti editores non animadverterint, et ne quidem cum jam melius esset in promtu admittere voluerint. En tibi igitur verba Viri Maximi et tum honore vitæ, tum doctrinæ magnitudine perquam reverendi, Joh. Pearsoni ex Prolegomenis ad Hieroclem, ubi cum ita prout nunc edidi, hunc locum restituisset, ista addit: ‘ Duo nempe Epicuri dogmata jugulat et ex Philosophorum scholis ad lupanaria amandat vir sanctus et gravis; finem omnium seu summum bonum in voluptate situm esse: illud primum, providentiam, qua regi mundum vulgus autumat, nihil esse: hoc secundum.' Hæc cum illic ita sint edita, tum video exemplari Salmasiano ad notas Stephani pag. 170. ascripta fere similia, sed manu mihi incognita, ut hujus quoque scriptoris (forsan Josiæ Merceri) laus constet: ‘ In V. C. reperi πρόνοια. Ideo lego: ἡδονῆς τέλος, πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστιν πρόνοια οὐδὲν, πόρνης δόγμα. Duo statuunt Epicuri valde contraria Stoicis: non esse providentiam: et voluptatem esse finem bonorum. Stoici contra, virtutem finem, et esse providentiam. Utrumque Epicureorum execratur Hierocles vir sanctissimus, et lupanaris esse statuit potius, quam scholæ. Sane πρόνοιαν negare flagitiorum maximum. Eleganter Lucianus ἐν τῷ περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδ. πιστ. διαβ. Πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ἄθεος καὶ ἀνόητος ὁ φίλος διαβάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενος. Nam Gebhardus lib. II. Antiq. l. cap. 23. dum venditat e Ms. πόρνης δόγμα ἀπέστω, vitium addit vitiosis, quod minuere voluerat Carrio.' *Jac. Gronov.* Bentleius, Diss. in Phal. legit, 'Ηδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πρόνοια· οὐδὲ πόρνης δόγμα. Ut sensus sit, inquit, *Pleasure is the Summum Bonum: a strumpet's tenet. There is no Providence: a tenet too bad even for a strumpet.* Vid. Not. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[a] 'Ηδονή, &c.] In hac Hieroclis sententia mendum inesse recte suspicatus est H. Stephanus; itaque cum eo conjicimus totum hunc locum sic legendum: ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστω πορνεία, οὐδὲ πόρνης δόγμα. Hoc sensu. Voluptas sit finis: hoc meretricis est dogma. Non sint lupa-

NOTÆ

naria, nec meretricis dogma erit. Sic autem indicat pronuntiatum Epicuri potius libidinem quam philosophiam redolere.

CAP. VI.

Verbum, quod est ab ago, *frequentativum, in prima syllaba quonam sit modulo*[a] *pronuntiandum.*

Ab eo quod est, 'ago,' et, 'egi,' verba sunt quæ appellant grammatici frequentativa, 'actito,' et, 'actitavi.' Hæc quosdam non sane indoctos viros audio ita pronuntiare, ut primam in his literam corripiant:[a] rationemque dicunt, quoniam in verbo principali quod est, 'ago,' prima litera breviter pronuntiatur. Cur igitur ab eo quod est 'edo,' et 'ungo,' in quibus verbis prima litera breviter dicitur, 'esito,' et 'unctito,' quæ sunt eorum frequentativa, prima litera longa[20] promimus? et contra, 'dictito,' ab eo verbo quod est, 'dico,' correpte dicimus? num ergo potius 'actito' et 'actitavi' producenda sunt? quoniam frequentativa ferme omnia eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia præteriti temporis ex his verbis unde ea profecta sunt in eadem syllaba pronuntiantur; sicut, lego lectus, lectito, facit;[1] ungo, unctus, unctito; scribo, scriptus,

[a] *Mensura.*

20 Reg. *primam literam longam.* Sic quoque unus ex Lugdunensibus.—1 '*Facit.* Cod. Torn. ponit post *lectus.* Thys. 'Immo hunc ordinem dat Regius, sic D. Marci, sic duo Lugd. ut de eo dubitari nequeat.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[a] *Literam corripiant*] Cum Romani disceptarent utrum 'actito,' 'actitavi,' 'esito' et 'unctito' prima litera correpta, an producta pronuntianda essent, non inquirebant an accentus referendus esset in primam syllabam, quod vulgo putant. Quis enim censuerit in hac voce 'actitavi' quartam a fine syllabam potuisse corripi? cum correpta syllaba nunc non animadvertatur nisi quæ vocabuli penultima sit. Juxta eorum mentem 'actito,' 'esito,' 'unctito' producte efferebantur, cum prima geminabatur litera Aactito, Eesito, Uunctito, sive Ounctito, cum tamen 'Edo' et 'Ungo' dicerent. Contra autem in 'Dico' et 'Dictito.' Nam illud vulgo erat 'Deico,' i longa, istud 'Dictito' ea brevi. *Lipsius.*

scriptito; moveo, motus,[2] motito: pendeo, pensus, pensito; edo, esus, esito: dico autem, dictus, dictito facit: gero, gestus gestito: veho, vectus, vectito: rapio, raptus, raptito: capio, captus, captito: facio, factus, factito. Sic igitur, 'actito,' producte in prima syllaba pronuntiandum: quoniam ex eo fit quod est, 'ago,' et 'actus.'

—2 '*Moveo, motus.* Ita in schedis Giselini inveniens Lipsius id prætulit, cum vulgo pessime, *moneo, monitus, monito.* Quis enim *monito* legit?' *Thys.* 'Non aliter in nostris melioribus. Etiam bene Vossius *pendo, pensus, pensito* lib. III. de Analog. cap. 44.' *Jac. Gronov.*

CAP. VII.

De conversione foliorum in arbore olea, brumali et solstitiali die, deque fidibus id temporis[3] *ictu alieno sonantibus.*

VULGO et scriptum et creditum est folia olearum arborum brumali et solstitiali die[a] converti; et quæ pars eorum fuerat inferior atque occultior, eam supra fieri[4] atque exponi ad oculos et ad Solem: quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est. Sed de fidibus rarius dictu et mirabilius est: quam rem et alii docti viri et Suetonius[b] etiam Tranquillus in libro lu-

3 'Ita repetivi priorum editionum lectionem, quam Stephanus mutaverit pessime in *iis temporibus*, idque ad hanc usque ætatem sequuntur recentes, quod miror. Nam scripti omnes cum pristinis editionibus consentiunt. Et quoties hac locutione delectatur Auctor? Vide ad Macrobium lib. I. Saturnal. cap. 17. Itaque nec scio, cur Stephanus hoc loco maluerit *volgo* edere, etiam contra priores editiones, licet in uno forsan aut altero Ms. extiterit, utique non in omnibus, et toties alibi reliquit *vulgo*, quod et hic retinendum.' *Jac. Gronov. Iis temporibus* et *Volgo* dant Lugd. Bat. Delph.—4 '*Supra fieri.* Aliter *suprafferri.* Alii legunt *superferri*, Lipsius e Giselini schedis legit *superfieri*, a 'superfio.' Ita Lucretius dixit 'confieri' a 'confio.'' *Thys.* 'Alienissimum est, quod offert Is. Pontanus lib. III. Anal. c. 6. *supercieri.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

[a] *Brumali et solstitiali die*] Dies Brumalis, sive is in quem incidit solstitium hyemale, est XXIII. Decembris. Solstitialis, quo Sol æstivum attigit solstitium, est XXIII. Junii.

[b] *Suetonius*] C. Suetonius Tranquillus Hadriano imperatori fuit ab Epistolis, ac Plinio juniori maxime fami-

dicræ historiæ primo satis compertam esse, satisque super ea constare affirmat; nervias[a] in fidibus[c] brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

[a] *Chordas in instrumentis musicis.*

NOTÆ

liaris. Vitas duodecim Cæsarum scripsit, et quidem pari libertate ac ipsi vixerunt, ut vere sentit S. Hieronymus.

[c] *Nervias in fidibus*] In musicis instrumentis nervi concordes aliis pulsis alii resonant. Scilicet percussi vibrant, ac tremulo motu agitant aërem: commotus aër tremorem illum chordis alterius instrumenti æqualiter intentis infert; nam si fides ad eundem sonum non fuerint attemperatæ, licet sint proximæ, sonum non reddent; quippe propter figuræ diversitatem ejusmodi tremori recipiendo non sunt idoneæ. Quare quod hic Tranquillus universe asserit nervos alios pelli, alios sonare, vel omnino falsum est, vel ea qua notavimus cautione intelligendum. Et quod subjungit, id accidere brumali die, quasi ceteris anni tempestatibus insolens esset, quotidianis experimentis repugnat.

CAP. VIII.

Necessum esse, qui multa habeat, multis indigere, deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententiæ.

VERUM est profecto, quod observato rerum usu sapientes viri dixere,[5] multis egere, qui multa habeat; magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia. Multa enim desiderari ad multa, quæ habeas, tuenda. Quisquis igitur multa habens cavere atque prospicere velit ne quid egeat, neve quid desit, jactura opus esse non quæstu; et minus habendum esse ut minus desit. Hanc sententiam memini a Favorino inter ingentes omnium clamores detornatam[6] inclusamque verbis his paucissimis,[a]

[a] *Explicatam maximo omnium plausu, et comprehensam his verbis.*

5 'Sic moneo legi in Mss. omnibus, nec causa fuit editoribus mutandi in *dixerunt*. Mox etiam Ms. Lincoln. et Scheff. *ne cujus egeat*. Sed alii stant ab vulgato, et cap. 15. sic dicitur, 'si id usus est.'' *J. F. Gronov.*—6 'Vett. edd. habent *exornatam*.' Thys. 'Hoc pacto notari etiam poterat in ed. Gryphiana anni 1539. et Hieronymi de Marnef. 1584. ostentare margines *detonatam*, prout id quoque novit Cl. Juretus ad Symmachi Epistolas in Aucta-

τὸν γὰρ μυρίων[b] καὶ πεντακισχιλίων[a] χλαμύδων δεόμενον οὐκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι· οἷς γάρ[7] ἔχω προσδεόμενος, ἀφελὼν ὧν ἔχω, ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω.

[b] *Is qui decem millibus et quinque millibus vestium indiget, fieri non potest ut non pluribus indigeat. Cum enim indigeam aliis præter ea quæ habeo, postquam detraxi ex iis quæ habeo, contentus sum iis quæ habeo.*

rio p. 818.' *Jac. Gronov.*—7 'Οἷς περ vel οἷς ἄρα legendum conjicit H. Stephanus.' *Thys.* 'Facile concedimus οἷσπερ potius scribendum, quam οἷς γάρ. *Sic Pater.*' [Vid. Præfat. pp. 3. 4.] *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[a] Πενταкισχιλίων, *&c.*] Alludit fortasse, ut observat H. Stephanus, ad Lucullum, qui unus quinque millia vestimentorum habuit, quæ ad ludos scenæ præbere paratus erat.

CAP. IX.

Quis modus sit verba vertendi in Græcas sententias; deque his Homeri versibus, quos Virgilius vertisse aut bene apteque aut improspere existimatus est.

QUANDO ex poëmatis Græcis vertendæ imitandæque[8] sunt insignes sententiæ, non semper aiunt enitendum, ut omnia omnino verba in eum, in quem dicta sunt, modum vertamus. Perdunt enim gratiam pleraque,[9] si quasi invita et recusantia violentius transferantur. Scite ergo et considerate Virgilius,[a] cum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollo-

8 'Ita sched. Giselini, vulgo *mutandæque.* Serva *imitandæque* passionis significatione: vel lege juxta H. Steph. *imitandæve:* nam non idem est 'vertere' et 'imitari.' Et Virgilius partim interpres fuit, partim imitator.' *Thysius.* 'Ita Lipsius e suo, et astipulantur omnes nostri. Vulgo *mutandæque.* Sed Stephanus mallit *imitandæve:* ne videatur jungere diversa. Nodum in scirpo. Nam illa diversa unum sunt opus: is enim de quo Auctor loquitur, vertit imitaturque: dum imitatur, vertit. *Hæc Pater.*' Jac. Gronov. —9 In Lincoln. est *plena* vel *plera,* non trisyllabum.—10 'Extat Εἰδυλλ. ς'.

NOTÆ

[a] *Scite ergo et considerate Virgilius*] Theocritum in Eclogis, in Georgicis Hesiodum expressit, ut ipse fatetur. 'Ascræumque cano Romana per oppida carmen.' Tempestatis serenitatisque signa de Arati Phænomenis traxit. In Æneide ita secutus est Homeri Iliadem et Odysseam, ut præ-

nii[b] aut Parthenii[c] aut Callimachi[d] aut Theocriti[e] aut quorundam aliorum locos effingeret, partim reliquit, alia expressit.[a] 2. Sicuti nuperrime apud mensam cum legerentur utraque simul Bucolica[f] Theocriti et Virgilii, animadvertimus reliquisse Virgilium, quod Græcum quidem mire quam suave est, verti autem neque debuit neque potuit. Sed enim quod substituit, pro eo quod omiserat, non abest quin jucundius lepidiusque sit:[b]

Βάλλει[10] *καὶ μάλοισι*[g] *τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα*
Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.[c]
'Malo me Galatea petit, lasciva puella:
Et fugit ad salices, et se cupit ante videri.'[d]

[a] *Omisit partem, et partem imitatus est.* [b] *Est gratius et elegantius.*
[c] *Percutit et malis caprarium Clearista, capras propellentem, et suave quid insusurrat.* [d] *Galatea virgo proterva jacit in me poma.*

Sed codices IV. Mss. habent *παρελᾶντα καὶ ἀδύ τι ποππυλιάχει*, alius *ποππυλιάζει*, etsi scribatur *ποππυμάζει*. Nam M et ΛI confusa sunt.' *Jac. Gronov.*—11

NOTÆ

cipua quæque videatur non imitanda sed vertenda sibi proposuisse. Eversionem Trojæ cum Sinone suo et equo ligneo, inquit Macrobius, ceterisque omnibus quæ librum secundum faciunt, a Pisandro pæne ad verbum transcripsit: de Argonauticorum quarto, quorum scriptor est Apollonius, librum Æneidos suæ quartum totum prope formavit. Denique sententias illustriores quibus abundat, non modo ex Callimacho, et Parthenio, sed etiam ex aliis tum lyricis tum tragicis poëtis suos in usus aperte transtulit.

[b] *Apollonii*] Apollonius Rhodius de quo hic agitur, poëta Græcus, discipulus Callimachi, a quo propter ingratum animum Ibis est appellatus. Argonautica scripsit, quæ tribus libris hodieque extant. Claruit sub Ptolemæo Evergete Olymp. CXXXIV. annis ante Christum CCXLIV.

[c] *Parthenii*] Parthenius poëta Nicæus elegias variaque carmina edidit, et poëma *περὶ τῶν ἐρωτικῶν παθημάτων*, de amatoriis affectionibus. Ad imperium Tiberii perduxit ætatem. *Suidas.*

[d] *Callimachi*] Hic poëta Cyrenæus ad omne carminum genus animum appulit. Floruit in Ægypto regiæ bibliothecæ præfectus regnante Ptolemæo Philadelpho Olymp. CXXV. annis ante Christum circiter CCLXXX.

[e] *Theocriti*] Theocritus Syracusanus poëta eclogarum scriptor, quem in hoc scribendi genere ducem sibi Virgilius elegit, ætate Ptolemæi Lagidæ et Philadelphi fuit illustris, Olymp. CXXIII. ante Christum anno circiter CCLXXXV.

[f] *Bucolica*] Genus carminis, in quo pastores inducuntur loquentes: a Latinis dicitur pastoritium, a Græcis bucolicum; voce deducta *ἀπὸ τῶν βουκόλων*, qui sunt bubulci.

[g] *Βάλλει καὶ μάλοισι*] Mala in aliquem conjicere idem erat atque ad

3. Illud quoque alio in loco animadvertimus caute omissum, quod est in Græco versu dulcissimum:

Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε,[11] *βόσκε τὰς αἶγας,*
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν[h]
Τὸν Λιβυκὸν Κνάκωνα[12] [i] *φυλάσσεο, μή τυ κορύψῃ.*[e]

Quo enim pacto diceret, *τὸ καλὸν πεφιλαμένε*, verba hercle non translaticia, sed cujusdam nativæ dulcedinis? Hoc igitur reliquit, et cetera vertit non infestiviter: nisi quod caprum dixit, quem Theocritus *ἐνόρχαν* appellavit. 4. Auctore enim M. Varrone is demum Latine caper dicitur qui excastratus est.

'Tityre dum redeo, brevis est via, pasce capellas,
Et potum pastas age Tityre: et inter agendum,
Occursare capro (cornu ferit ille) caveto.'[f]

Et quoniam de transferendis sententiis[13] loquor, memini audisse me ex Valerii Probi discipulis, docti hominis et in intelligendis[14] pensitandisque veteribus scriptis bene callidi,[g] solitum eum dicere, nihil quicquam tam improspere[15] Virgilium ex Homero vertisse, quam versus hos amœnissimos, quos de Nausicaa Homerus fecit.

5. *Οἵη δ' Ἄρτεμις*[h] *εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,*
Ἢ κατὰ Τηΰγετον[k] *περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,*[l]

[e] *O Tityre, mihi valde dilecte, pasce capellas, et ad fontem duc, Tityre: sed illum hircum Libycum Cnaconem serva, ne cornu feriat.*

[f] *Et post pastum duc ad bibendum; et dum duces, cave obviam ire capro; percutit ille cornibus.* [g] *Peritissimi.*

[h] *Qualis autem Diana vadit per montem sagittis gaudens, aut per Taygetum*

Ascripsit Sciopp. *πεφιλαμμένε.*—12 Mss. habent ΚΑΙΝΝΩΝΑ aut ΚΑΝΩΜΑ; tum *κορύξῃ.*—13 '*De transferendis sententiis.* Recte quidem, sed in Regio, uno Lugdunensi non apparet vox posterior, nec requiritur.' *Jac. Gronov.*—14 Cod. Torn. *legendis:* quod et ascripsit Sciopp. '*In intelligendis* . . *scriptis bene callidi.* Cum simul in Regio et Lugdun. pater invenisset *callidis*, suspicatus fuit Gellium scripsisse *in intelligendis* . . . *bene callentis.*' Jac. Gronov.—15 Conjicit Thys. *præpostere.*—16 'Post hunc versum in vett. editt. hic

NOTÆ

Venerem allicere, ut notat interpres Aristophanis.

[h] Ἐνόρχαν] Ἐνόρχης mas.

[i] Κνάκωνα] Nomen hirci a colore inditum: κνακὸς enim eum colorem significat, qui cum flavus sit ad album accedit.

[k] Τηΰγετον] Taygetus, nunc *Portes*, ut ait Niger, Peloponnesi mons in Laconia.

Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
Τῇ δέ θ' ἅμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,[m]
'Αγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ·[n]
Πασάων δ' ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα·
'Ρεῖα[16] *δ' ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι.*

'Qualis in Eurotæ[1 o] ripis aut per juga Cynthi[p]
Exercet Diana choros; quam mille secutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades:[q] illa pharetram
Fert humero; gradiensque Deas supereminet omnis.
Latonæ[17] tacitum pertentant gaudia pectus.

6. Primum omnium id visum[18] esse dicebant Probo, quod apud Homerum quidem virgo Nausicaa[r] ludibunda inter

excelsum, aut Erymanthum, delectata apris ac velocibus cervis; cum hac simul nymphæ filiæ Jovis Ægiochi sylvestres ludunt: gaudet autem animo Latona. Omnes sane supra hæc caput habet et frontem: facilis vero cognitu est: pulchræ autem omnes.

[1] *Talis incedebat Dido qualis Diana cum ducit choreas prope ripam Eurotæ, aut per fastigia Cynthi. Hanc sequentes mille Oreades hinc et illinc congregantur. Diana gerit pharetram ex humero suspensam, et incedens apparet supra omnes nymphas. Latona Dianæ mater gaudet in sinu.*

versus additur: 'Ὣς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής. Id est, 'Sic illa inter ancillas excellebat Virgo indomita.'' *Idem.*—17 'Post hunc versum in vett. editt. adjecti hi versus, *Talis erat Dido, talem se læta ferebat Per medios, instans operi, regnisque futuris.*' Idem.—18 'Ita Gis. Ms. Vet. ed. *diversum. Divisum* in alio Ms. In margine mei C. annotatum, *mirum id visum esse.* Præterea *dicebant Probo* germana hæc veritas. Refert enim hic Gellius audita a Probi discipulis. Vett. editt. habent corrupte, *dicebat Probus.*' Thys. 'Ut bene et minutatim instructus discedas, Ro. Ven. *diversum esse aiebant dicebat Probus.* Aldus neglexit *aiebant.* Scheff. *divisum* et *probe.* Petaviani ambo *divisum e. d. Probo.* Lincoln. *divisum esse dicebant probro.* Alludunt nimirum ad id quod in Lips. Reg. et Lugd. integrum *id visum esse*

NOTÆ

[l] 'Ερύμανθον] Erymanthus mons Arcadiæ in Peloponneso, teste Nigro, nunc *Dimizana.*

[m] Αἰγιόχοιο] Dictus est Jupiter Ægiochus a Capra (quæ Græce est αἴξ) cujus lacte fuerat ab Amalthea et Melissa nutricibus educatus.

[n] Λητώ] Latona mater Apollinis et Dianæ.

[o] *Eurotæ*] Eurotas fluvius Laconiæ in Peloponneso, quem Sophianus appellat 'Basilipotamo,' hoc est, regium fluvium; Niger ait ab incolis 'Iris' vocari.

[p] *Cynthi*] Cynthus mons insulæ Deli.

[q] *Oreades*] Nymphæ montium Oreades dicuntur. A voce Græca ὄρος mons.

[r] *Nausicaa ...*] Alcinoi Phæacum regis filia, naufragum ac nudum Ulyssem liberaliter excepit; ut fusissime Homerus narrat in Odyssea.

familiares puellas in locis solis recte atque commode confertur cum Diana venante in jugis montium inter agrestes Deas; nequaquam autem conveniens Virgilium fecisse, quoniam Dido[a] in urbe media ingrediens inter Tyrios[b] Principes, cultu atque incessu serio, 'instans operi,' sicut ipse ait, 'regnisque futuris,'[k] nihil ejus similitudinis capere posset,[19] quæ lusibus atque venatibus Dianæ congruit.[20] 7. Tum postea quod Homerus studia atque oblectamenta in venando Dianæ honeste aperteque[1] dicit; Virgilius autem, cum de venatu Deæ nihil dixisset, pharetram tantum[2] facit eam ferre in humero,[3] tanquam si onus et sarcinam:[4] atque illud impense Probum esse demiratum in Virgilio dicebant, quod Homerica quidem Λητὼ gaudium gaudeat genuinum[l] et intimum, atque in ipso penetrali cordis et animæ vigens, (siquidem non aliud est γέγηθε δέ τε φρένα Λητὼ,) ipse autem imitari hoc volens gaudia fecerit pigra et levia et cunctantia et quasi in summo pectore supernantia.[5] Nescire enim sese quid significaret aliud, 'pertentant.' 8. Præter ista omnia, florem ipsius totius loci Virgilium videri omisisse, quod hunc Homeri versum exigue secutus sit:[m]

Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται· καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Quando nulla major cumulatiorque pulchritudinis laus dici potuerit, quam quod una inter omnis pulchras excelleret, una facile ex omnibus nosceretur.

[k] *Urgens ædificationem, ut ipse Virgilius dicit, ubi erat regni futura sedes.*
[l] *Capiat lætitiam naturalem.* [m] *Purum expresserit.*

dicebant Probo.' Jac. Gronov.—19 Cod. Torn. *possit.*—20 Idem *congruat.* Atqui plurimi ex Mss. *congrua*, ut velint esse adjectivum.—1 Aliter *apteque.* —2 Vett. edd. *tamen.*—3 '*In humero.* In cod. Torn. deest.' *Thys.*—4 Ms. ap. Thys. *tanquam sit onus et sarcina.* 'Immo id extat in maxima codicum veterum parte. Cogitabat tamen Pater, an Mss. turbati forte vellent, *tanquam onus et sarcinam.*' Jac. Gronov.—5 'In margine cod. Voss. legitur *supereminentia.*' Thys. 'Immo id legitur in compluscults Mss.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[a] *Dido*] Regina Æneide Virgilii notissima. Vide Notas ad cap. 1. lib. XIII.

[b] *Tyrios*] Dido, filia Beli Tyrorum regis, stipatores et domesticos habuit Tyrios. Tyrus porro urbs Syriæ in Phœnicia alias celeberrima, nunc in ruinis prope consepulta, dicitur *Sur.*

CAP. X.

Quod Annæus Cornutus versus Virgilii, quibus Veneris et Vulcani concubitum pudice operteque dixit, reprehensione spurca et odiosa [6] inquinavit.

ANNIANUS poëta et plerique cum eo ejusdem Musæ viri summis assiduisque laudibus hos Virgilii versus ferebant, quibus Vulcanum et Venerem junctos mixtosque jure conjugii, rem lege naturæ operiendam, verecunda quadam tralatione verborum cum ostenderet demonstraretque, protexit.[a] Sic enim scripsit:

'ea verba locutus
Optatos dedit amplexus; placidumque petivit
Conjugis infusus gremio per membra soporem.'

Minus autem difficile esse arbitrabantur in istiusmodi re dicenda[7] verbis uti uno atque altero brevi tenuique eam signo demonstrantibus, sicuti Homerus dixit: παρθενικὴν[8] ζώνην, καὶ λέκτροιο θεσμὸν,[b] et ἔργα φιλοτήσια:[c] Τὼ μὲν ἄρ'[a] ἐν τρητοῖσι[b] κατεύνασθεν λεχέεσσιν.[d] [9]

[a] *Operuit.* [b] *Virgineam zonam, et lecti legem.* [c] *Opera amatoria.*
[d] *Illi quidem igitur in pensilibus discubuerunt lectis.*

6 Vulg. *insulsa et odiosa.*—7 'Sic bene huic loco affuisse sè censuit Stephanus, cujus id totum est, cum videret eam præpositionem extare in Mss. non *ad*, ut vulgo edunt *ad istiusmodi reticenda*, qui supponunt Gellium habuisse ante oculos verba Trogi ex libro I. ' nisi etiam matrimonii reticenda publicasset.' Sed, ut dico, Mssti habent *arbitrabantur in istiusmodi reticenda* vel *redigenda*, aut præpositionem omittunt. Est vero aliquid amplius in enarratione Virgilii, quam ut solum dicere statuatur; immo seriem quandam et progressum factorum recenset. Hinc videtur præclarum, quod a Salmasio ascriptum video, *in istiusmodi re digerenda*.' Jac. Gronov.—8 Παρθενίην legitur apud Homerum Οδ. λ. vs. 244.—9 Τὸν μὲν ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατευνάσαντ' ἐν λεχέεσσιν Delph. Sed Vid. Not. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[a] Τὼ [Τὸν] μὲν ἄρ' ἐν] Sic in antiquis exemplaribus, at non sine mendi suspicione legitur; cum hic locus juxta versum Homericum Iliad. Γ. ita sit corrigendus: Τὼ μὲν ἄρ' ἐν τρητοῖσι κατεύνασθεν λεχέεσσι. 'Hi quidem igitur in perforatis decubuerunt lectis.'

[b] Τρητοῖσι] Τρητὸν λέχος lectus perforatus est apud Homerum lectus pensilis, qui trajectis per foramina funibus tenditur.

2. Tot vero et tam evidentibus ac tamen non prætextatis,[c,e] sed puris honestisque verbis venerandum illud concubitus pudici secretum neminem quenquam alium dixisse. Sed Annæus Cornutus,[d] homo sane pleraque alia[f] non indoctus neque imprudens, in secundo tamen librorum, quos de figuris sententiarum composuit, egregiam totius istius verecundiæ laudem insulsa nimis et odiosa scrutatione violavit. Nam cum genus hoc figuræ probasset, et satis circumspecte factos esse versus dixisset: 'membra' tamen, inquit, paulo incautius nominavit.

[e] *Impudicis.* [f] *In ceteris rebus.*

NOTÆ

[c] *Prætextatis*] Prætextatus idem sonat atque obscœnus; si Festo credimus, per antiphrasim prætextatus sermo dicitur, ex eo quod prætextatis nefas sit obscœnum verbum proferre.

[d] *Annæus Cornutus*] Hujus patria Leptis fuit urbs Africæ: sub Nerone floruit et philosophiæ et rhetoricæ studiis. Una cum philosopho Musonio interfectus est.

CAP. XI.

De Valerio Corvino, et unde Corvinus.[10]

De M. Valerio, qui Corvinus[11] appellatus est ob auxilium propugnationemque corvi alitis, haud quisquam est nobilium scriptorum qui secus dixerit. Ea res prorsus admiranda sic profecto est[12] in libris annalibus memorata.

10 '*Et unde Corvini sit cognomentum.* Vos. Pet. Reg. cum Lipsiano: *et unde Corvinus,* ut ediderunt Carrio et Stephanus. *Sic Pater.* Florus I. 14. *Et inde Corvini.*' Jac. Gronov.—11 '*De Maximo Valerio, qui Corv.* Non capio sensum hujus loci, nisi legatur: *De Marco Valerio, quod Corvinus appellatus est, &c.* Huic autem Valerio prænomen fuisse non Maximo, sed Marco, ex Livio et aliis historiæ Romanæ scriptoribus constat. Paulo post ubi legitur: *ut in Gallum tam immaniter arrogantem pugnare sese permitterent:* restitue: *in Gallum tam inaniter arrogantem.* Ita Livius de re simili loquens; 'Armatum,' inquit, 'adornatumque adversus Gallum stolide lætum producunt.'' *Lambecius.* *De Maximo* Delph. Ascripsit Scioppius. '*Corvus* in lapid. Capitol.'—12 'Reg. et Vos. *prorsus miranda.* Suspicabar etiam timide sub τῷ *profecto* latitare nomen scriptoris antiqui, cujus verba mox refert Gellius: et forte scriptum fuisse: *sic Pescennio Festo est in libris annalibus memorata.* Hujus enim Historiarum per satiram opus advocat Lactantius. *Sic Pater.* Quod

Adolescens tali genere [13] editus, L. Furio, Claudio Appio [14] [a] Consulibus fit tribunus militaris. Atque in eo tempore copiæ Gallorum ingentes agrum Pomptinum [15] [b] insederant: instruebanturque acies a Consulibus [16] de vi ac multitudine hostium satis agentibus.[a] [17] 2. Dux interea Gallorum, vasta et ardua proceritate, armisque auro præfulgentibus, grandia ingrediens [18] et manu telum reciprocans incedebat:[b] perque contemtum et superbiam circumspiciens despiciensque omnia, venire jubet et congredi, si quis pugnare secum ex omni Romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus, ceteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato prius a Consulibus ut in Gallum tam inaniter [19] arrogantem pugnare sese permitterent, progreditur intrepide modesteque obviam: et congrediuntur, et consistunt, et conserebantur jam manus; atque ibi vis

[a] *Solicitis.* [b] *Grandi passu incedens, et simulans se jaculari telum ac deinde manu retrahens.*

ut satis ingeniose excitatum est, ita tamen melius erit non uti, cum istud adverbium non sit habendum pro supervacuo, sed afferat suam Venerem, quam ostendere jam conatus fuit Gruterus in libro VII. Suspicionum cap. 7.' *Jac. Gronov.* —13 'Quidam hic legunt *Italo genere:* male.' *Thys.*—14 '*Furio et Appio.* Non enim potui assentiri Stephano sic illa contrahenti, cum prænomen Furii sicut forsan in nonnullis Mss. omissum est, ita in multis et bonis extat: in omnibus autem apparet nomen *Claudio.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *et Appio Claudio Consulibus. Furio et Appio cons.* dant Lugd. Bat. Delph.—15 'Alii *Pontinum:* quod et editiones Flori habent I. 13. 20. *iterum Pontino agro:* ubi ex emendatioribus codd. Jacobus Nicol. Loënsis Miscell. Epiphil. lib. I. cap. 20. p. m. 289. rescribi jubet, *item in Pomptino agro:* quod nec Flori neque Gellii interpretibus animadversum esse video.' *Falster.* '*Pomptinum* plane scribebat cod. Thuan.' *Jac. Gronov.*—16 Deest *a* in Gis. membr. atque interpunctio fit post *acies.*—17 Ita Ms. Giselini et vet. Ven. ed. aliter *satagentibus.*—18 'Ita vet. ed. Ven. anni 1477. quæ vice Ms. esse potest, et Ms. Giselini. Vulgo *gratia dimicandi.*' Thys.—19 '*Immaniter.* Ms. *inaniter.*' Thys. 'Etiam Salmasius et Bourdelotius mecum ita in codice Regio et pater

NOTÆ

[a] *L. Furio, Claudio Appio*] L. Furius Camillus et Appius Claudius Crassus Consules renuntiati fuere, ut tradit Gellius, anno U. C. CCCCV. ante Christum CCCXLIX.

[b] *Agrum Pomptinum*] In Latio urbs Volscorum Suessa dicta quoque Pometia est, quod vocabulum quod *e* breve haberet, correptum est in Pomtia: appellata deinde Pomptia est, a qua Pomptinus ager qui Velitris, Sulmoni, atque Priverno subjacet ad Terracinam usque, ubi Pomptina erat palus, quæ jam dicitur *Aufente palude.*

quædam divina fit. 3. Corvus repente improvisus advolat, et super galeam tribuni insistit, atque inde in adversarii os atque oculos pugnare incipit, insilibat,[c] obturbabat,[20] unguibus manum laniabat, et prospectum alis[1] arcebat; atque, ubi satis sævierat, revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus, spectante utroque exercitu, et sua virtute nisus et opera alitis propugnatus,[2] ducem hostium ferocissimum vicit interfecitque; atque ob hanc causam cognomen habuit 'Corvinus.' Id factum est anno quadringentesimo quinto[3] post Romam conditam. Statuam Corvino isti divus Augustus in foro suo statuendam curavit. In ejus statuæ capite corvi simulacrum est rei pugnæque, quam[4] diximus, monumentum.

[c] *Involabat.*

ex Lugdunensi notaverunt, ut debuerim id reponere.' *Jac. Gronov.*—20 Ita Gis. membr. vulgo *insibilat*, *obturbat*. Præterea Mss. *et unguibus.*—1 Gisel. cod. *alias*. Ascripsit Sciopp. 'V. C. *alas*. al. Ms. *alias*.'—2 Ita vet. ed. Ven. et Ms. Gis. vulgo *propugnantis.*—3 'Aliter *annis* ccccv.' *Thys.* 'Aut *quadringentis* v, ut est in Lugd. cum in Reg. sit *quadringentis quinque.*' Jac. Gronov.—4 Gis. Ms. *ut*.

CAP. XII.

De verbis quæ in utramque partem significatione reciproca et adversa[a] dicuntur.

Ut 'formidolosus' dici potest et qui formidat et qui formidatur; ut 'invidiosus,' et qui invidet et cui invidetur; ut 'suspiciosus' et qui suspicatur et qui suspectus est; ut 'ambitiosus' et qui ambit et qui ambitur; ut item 'gratiosus' et qui adhibet gratias et qui admittit; ut 'laboriosus' et qui laborat et qui labori est; ut pleraque alia hujuscemodi in utramque partem dicuntur; ita 'infestus' ancipiti quoque significatione est. Nam et is 'infestus' appellatur, qui malum infert cuipiam: et contra, cui aliun-

[a] *Contraria.*

de impendet malum, is quoque 'infestus' dicitur. Sed quod prius posui profecto exemplis non indiget. Sic adeo multi loquuntur, ut 'infestum' dicant inimicum atque adversum. 2. Alterum autem illud[5] ignorabilius[b] [6] obscuriusque est. Quis enim e medio[c] [7] facile dixerit, 'infestum' esse,[d] cui alter infestus est? sed et Veteres[8] plerique ita dixerunt; et M. Tullius in oratione, quam pro Cn. Planco[9] scripsit, vocabulo hoc sic usus est: 'Dolebam,' inquit, 'judices, et acerbe ferebam, si hujus salus ob eam ipsam causam esset infestior,[e] quod is meam salutem atque vitam sua benevolentia, præsidio, custodiaque texisset.' Nos igitur de origine et ratione verbi quærebamus; atque ita in Nigidianis[f] scriptum invenimus.[10] 'Infestum a festinando dictum. Nam qui instat,' inquit, 'alicui, eumque properans urget, opprimereque eum studet festinatque; aut contra de alicujus[11] periculo et exitio festinatur; is uterque infestus dicitur, ab instantia atque imminentia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est.' 3. Ne quis autem de 'suspicioso,' quod supra posuimus, et de 'formidoloso' in eam partem, quæ minus usitata est, exemplum requirat; inveniet de 'suspicioso,'[12] apud M.

[b] *Magis ignorari potest.* [c] *Ex populo.* [d] *Eum hominem.*
[e] *Odiosior.* [f] *Commentariis grammaticis Nigidii.*

5 'Illud abest.' Sciopp.—6 'Vet. ed. *ignobilius*.' Thys. 'Sed contra Mss. *Jac. Gronov.*—7 Aliter, *in medio*.—8 'Sic edidi, cum nesciam cur prima vox in nuperis editionibus interciderit, quæ est firmata ab Mstis.' *Jac. Gronov.* Τὸ *sed* abest Lugd. Bat.—9 'Cod. Torn. *Plancio*. Extant hæc verba apud Ciceronem in principio Orationis.' *Thys.* 'Sic Regius, Lugdun. S. Marci, qui omnes ignorant prænomen Tullii. Sed et sic notavit pater. Mendum cum turpi eruditorum patientia conjunctum. Cn. Plancum novi, sed Munacium, L. Munacii fratrem, vel ex xv. Ciceronis ad Atticum, ubi et Buthrotius audit. At non hunc defendit ea oratione Cicero, unde verba ponit Auctor. Cn. est Plancius, qui exulem Ciceronem Quæstor in Macedonia liberaliter et benigne suscepit et fovit. Igitur *pro Cn. Plancio*. *Scripsit* ἀντὶ τοῦ *dixit*, quanquam parum interest, imperant membranæ.' *Jac. Gronov.* *Plancio* ascripsit Sciopp.—10 Vett. edd. legunt, *commentariis invenimus scriptum*. Sed *commentariis* Mss. nesciunt.—11 In margine Salmasiani libri ascriptum est, legi debere *de cujus*: quod et dat Delph.—12 '*Inveniet de suspicioso*. Verbum istud debet esse suspectum; adeo in multis et probis codicibus non reperitur. Et potest abesse, quia jam Gellius non jubet quærere assignato et indicato loco, ut facit alibi; sed ipsa verba ab se exscripta promit appo-

Catonem de re Floria,[a] ita scriptum : ‘ Sed nisi qui palam corpore pecuniam quæreret, aut se lenoni locavisset, et si fabulosus [13] [b] et suspiciosus fuisset; vim in corpus liberum non æquum [14] censuere afferri.’ ‘ Suspiciosum ’ enim Cato hoc in loco [15] suspectum significat, non suspicantem. ‘ Formidolosum autem,’ qui formidetur,[16] Sallustius in Cati-



nitque.’ *Jac. Gronov.*—13 Vid. inf. et Not. Var. ‘Mira Thysii levitas ! Qui cum lib. III. cap. 10. potuit patrem assidentem consulere, id nunc facere detrectans maluit incertus vagari de novissima Gellii editione, et inter hoc cavillandi exemplum astringere se furti, cum illud *famosus* ita videret a Stephano ascriptum in margine Parisinæ Vascosani anni 1536. cujus eodem exemplari et ipse usus fuit et postea Bourdelotius, prout etiam in Salmasiano exemplari ex Nonio hanc mutationem alius apposuit. Immo istud *famosus* jam in Gryphiana anni 1539. et Parisina anni 1584. occupavit margines. Sed ut appareat ratio Thysii ita perperam nunc scribentis cum patre meo, ecce chartulam ipsius manu scriptam, quæ mihi in manus venit: ‘Claris. et Optime collega, si quid annotaveris ad cap. 25. lib. x. Agellii, rogo pro amicitia nostra ut mihi communices. In commemoratione navium ultima editione habes *ἐπικώπους* et *ἐπιβάτιδας*, quæ in Editionibus aliis non inveniuntur: an nosti in Ms. ita haberi ? *ἱστόποδας* et *παρακτρίδας* emendat Turnebus. Nuspiam etiam *Cattæ*, ut in ceteris Editt. legitur, apparent. Vale Vir Præstantissime. Tuus totus A. Thysius.’ Nec scio quid responderit. Sed pater sic edidit ex Coleri Parergis, cujus videtur probavisse sententiam, cum displicerent *famulosus* perinde et *famosus*: nec intelligit scenicum, aut histrionem, quo significatu eam hic vocem ferri posse suspicantur ; sed qui cum Horatio diceret ‘fabula quanta fui,’ sed eum, qui ludibrii aut contumeliæ causa multus in ore hominum versatur. Sic Clodium Cicero vocat veterem fabularum poëtriam. Qui sic vixit, ut multis de se fabulis, rumoribus, sermunculis, dictis jocosis atque invidiosis originem et materiam præbuerit. Multis locis tali sensu usurparunt ‘ fabulam,’ colligente, ut solet, Pricæo ad Apuleii Apologiam pag. 157. ubi vides ‘inquinatam fabulis, in nullam incidisse fabulam :’ etiam ‘ domus meæ famosa fabula.’ Sed et ad Theophrasti Characteres producit ex Glossario Casaubonus *ἀδολέσχης fabulosus*. Ut igitur *suspiciosus* etiam de suspecto, sic cur *fabulosus* non potest similiter passivo sensu dici, prout in Glossis activo ? Colerus autem de illo agit in Parergis.’ *Jac. Gronov. Famosus* legendum monet Falster.—14 Ascripsit Sciopp. *æquom*. —15 ‘*Suspiciosum enim hoc in loco*. Calamo exarati omnes, *Suspiciosum enim Cato hoc in loco suspectum significat*. Est enim ei *significat* dicendo intelligit.’ *J. F. Gronov. Enim hoc in loco* Delph.—16 ‘Recte discessit ita Stephanus ab prioribus editis, qui habebant *formidatur*, ac male id postea recipi placuit. Subjunctivus est in Mss. Regio, Petav. Lugd. aliisque.’ *Jac. Gronov. Formi-*

NOTÆ

[a] *De re Floria*] Varro scripsit contra Floralia, quæ festa in honorem Floræ instituta omni impuritatum genere erant execranda.

[b] *Famulosus*] Hic subesse mendum suspicatur Ascensius, et legendum putat *famosus;* cujus sententiæ hic sensus est: homini qui liber fuerit nefas esse vim inferre, nisi palam corpus prostituat, aut se tradat lenoni, et sit famosus sive infamis, et suspectus.

lina[g] [17] ita dicit: 'Igitur talibus viris non labos insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus.' 4. Item C. Calvus[c] in poëmatis, 'laboriosus,' dicit, non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur:

'Durum,' inquit, 'rus fugis et [18] laboriosum.'

Eadem ratione Laberius quoque in Sororibus,[h] [19]

'Æcastor,' [i] [d] inquit, 'multum somniculosum:'

et Cinna[e] in poëmatis:

'Somniculosam[f] ut Pœnus aspidem Psyllus.'[g]

'Metus' quoque [20] et 'injuria,' atque alia quædam id genus,[k] [1] sic utroqueversum[l] dici possunt. Nam 'metus' hostium recte dicitur, et cum timent hostes et cum timentur. Itaque Sallustius in historia prima, 'metum Pompeii' dixit, non quod Pompeius metueret[2] (quod est usitatius) sed quod metueretur. 5. Verba hæc Sallustii sunt: 'Id

[g] *Bello Catilinario.* [h] *Comœdia cui titulus Sorores.* [i] *Certe.* [k] *Hujusmodi.* [l] *In utramque partem.*

datur Lugd. Bat. Delph.—17 *Sallustius in Catilinario.* Sic Carrio: sed scripti et editi *in Catilina ita dicit.*' Jac. Gronov.—18 Cod. Torn. *fugi sed.*—19 Multi ex Mss. habent *soporibus.* Etiam Salmasio probatur istud *mustum somniculosum* ad Solinum p. 341.—20 Aliter *Metus æque.* .' Cod. Torn. *metus quoque.*' Thys. 'Atqui id habent jam Aldina et Gryphianæ aliæque: immo non aliter est in Mss. Reg. S. Marci, et sit satis, quod infra sequitur 'ignarus æque utroque vorsum,' etc. ubi tamen etiam nonnulli mutare voluerunt, sed improbe.' *Jac. Gronov.*—1 'Ex Petaviano annotatur *generis*, quod suspicit et probat pater ad Livium XXXII. 37. Id ipse quoque signavit ex codice Memmiano; sed in quod tamen nullum alium consentire vidi.' *Idem.*—2 'Ita negligenter edunt, cum scripti codices, certe meliores, darent *non quo*, quæ Tulliana imitatio decebat doctrinam hujus scriptoris. Quin etiam Aldus et Ascensius jam sic ediderant: quasi imprudenter corruperint ex similibus mox verbis de vulnere Ulyxi: sed occupavit monere pater ad Livium XXXIX. 13.'

NOTÆ

[c] *C. Calvus*] C. Licinius Calvus, poëmatis variis celebris, fuit familiaris Catulli. Idem et orator M. Ciceroni de principatu eloquentiæ litem iniquissimam intendit.

[d] *Æcastor*] Quænam sit hæc juramenti species explicabimus inferius.

[e] *Cinna*] C. Helvius Cinna epigrammatis et poëmatis sibi nomen fecit. Ciceronis temporibus claruit, annis ante Christum L.

[f] *Somniculosam*] Aspis, quæ parvi serpentis species est, mortiferum morsu somnum affert.

[g] *Psyllus*] Psylli populi Cyrenaicæ in Africa, cum sint a serpentibus innoxii, liberos, an sint legitimi, solent admotis serpentibus probare.

bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempsalem [h] in regnum restituentis.' Item alio in loco: 'Postquam remoto metu Punico [3] simultates [4] exercere vacuum fuit.' [m] 'Injurias' itidem dicimus tam illorum qui patiuntur, quam qui faciunt. Quarum dictionum exempla sunt facilia inventu. Illud etiam dictum a Virgilio eandem habet formam communicatæ ultro et citro significationis:

'Et vulnere,' inquit, 'tardus Ulyxi.' [n]

Cum diceret vulnus, non quod accepisset Ulyxes, sed quod dedisset. 'Nescius' quoque dicitur tam is qui nescitur, quam qui nescit. Sed super eo qui nescit frequens hujus vocabuli usus est: infrequens autem de eo est quod nescitur. 'Ignarus' æque utroquevorsum dicitur, non tantum qui ignorat, sed et qui ignoratur. 6. Plautus in Rudente: [o]

'Quæ in locis nesciis nescia spe sumus.' [p] [5]

Sallustius: 'More humanæ cupidinis ignara visundi.' [q]
Virgilius:

'Ignarum Laurens habet ora [i] Mimanta.' [r] [6]

[m] *Otium fuit.* [n] *Tardius incedens propter plagam Ulyssis.* [o] *Comœdia quæ inscribitur Rudens.* [p] *In locis ignotis habemus spem dubiam.* [q] *Pro consuetudine hominum qui cupiunt videre ignota.* [r] *Mimas ignotus occubuit in littore Laurenti.*

Idem. Non quo ascripsit Sciopp.—3 Idem ascripsit *Pœnico.*—4 'In margine mei cod. ascriptum, *milites.*' Thys. 'Quod quacumque ratione illuc venerit, non est nisi suspicio Lud. Carrionis in Scholiis ad fragmenta Sallustii p. 113.' *Jac. Gronov.*—5 'Vulgo in antiquis edd. legebatur nullo sensu, *Quæ incolis nescius, nescias pessimus.*' Thys.—6 Servius legit *Minanta.*

NOTÆ

[h] *Hiempsalem*] Hiempsal Micipsæ regis Numidiæ filius et hæres occisus a Jugurtha, necis ultorem habuit primo Metellum, deinde Marium Consulem, qui Jugurtham per triumphum circumductum in carcere necari jussit anno U. C. DCL. ante Christum CIV.

[i] *Laurens habet ora*] Laurens nomen primo datum sylvæ laureæ ad littus Tyrrheni maris, a qua vicina regio Laurens appellata est. Est item et urbs Laurentum, et ager Laurens, et via Laurentina.

CAP. XIII.

Verba ex historia Claudii Quadrigarii, quibus Manlii Torquati nobilis adolescentis et hostis Galli provocatoris pugnam depinxit.

T. MANLIUS[a] summo loco natus apprimeque[a] nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est Torquato.[7] Causam cognomenti fuisse accepimus torquis ex auro induvias,[b 8] quam ex hoste, quem occiderat, detractam induit. Sed quid[9] hostis et quod genus et quam formidandæ vastitatis, et quantum insolens provocator, et cuimodi[10] fuerit pugna decertatum, Q. Claudius primo annalium purissime atque illustrissime simplicique et incomta orationis antiquæ suavitate descripsit. Quem locum ex eo libro Favorinus philosophus cum legeret, non minoribus quati afficique animum suum motibus pulsibusque dicebat,[b] quam si ipse coram depugnantes[c] eos spectaret. 2. Verba Q. Claudii, quibus pugna ista depicta est, ascripsi. 'Cum interim Gallus quidam nudus,[d] præter scutum et gladios duos[11] torque atque armillis decoratus processit: qui et viribus et magnitudine et adolescentia simulque virtute ceteris antistabat.[e] Is maxime[12] prælio commoto atque utrisque[13] summo studio pugnantibus manu significare cœpit, utrimque quiescerent

[a] *Maxime.* [b] *Aiebat non minore sensu et affectu se commoveri.*
[c] *Decertantes.* [d] *Non armatus thorace, sed nihil habens præter, &c.*
[e] *Antecellebat.*

7 '*Factum est Torquatus.* Sic veteres omnes, certe meliores, habere video; quod cur Auctori negatur, ut supponant dativum *Torquato*, qui sane non melior? Ex uno Scheffer. scripsit pater *Torquati*. Recte Carrio vel Stephanus.' *Jac. Gronov.*—8 Mssti fere consensu agnoscunt *induvies*.—9 Vulgo *quis:* male, judice Thys.—10 Vulg. *cujusmodi*.—11 'Sine dubio Quadrigarius scripsit *duo*, more Veterum.' *Falster.*—12 Ascripsit Sciopp. *maximo*.—13 'Sic omnes nostri, non *utris*, ut Lipsius.' *J. F. Gronov.*—14 '*Utrique*

NOTÆ

[a] *T. Manlius*] Id facinus T. Manlii accidit, ut refert Livius, Coss. C. Sulpicio et C. Licinio Calvo, anno scilicet U. C. CCCXCIII. ante Christum CCCLXI.

[b] *Induvias*] Ut exuviæ spolia sunt, ita induviæ dicuntur indumenta.

pugnæ.[f] Facta pausa est.[14] Extemplo silentio facto cum voce maxima conclamat,[15] si qui[16] secum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo audebat propter magnitudinem atque immanitatem facies.[g] Deinde Gallus[h] irridere[17] atque linguam exertare. Id subito perdolitum est cuidam T. Manlio summo genere nato, tantum flagitium civitati accidere,[18] ex tanto exercitu neminem prodire.[i] Is, ut dico, processit: neque passus est virtutem Romanam ab Gallo turpiter spoliari,[19] scuto[c] pedestri et gladio Hispanico[d] cinctus[20] con-

[f] *Cessarent pugnare.* [g] *Atrocitatem vultus.* [h] *Cœpit.*
[i] *Statim quidam T. Manlius oriundus claris parentibus ægre tulit urbem Romam affici tanto opprobrio, et nullum inter tot milites venire in certamen.*

quiescerent pugnæ facta pausa est. Ita Carrio. Ut 'levare religionis' Livius, 'abstinere aurarum calidæque viæ' Horatius, 'liberare curæ' inquit Aus. Popma. Priores pinguius *quiescerent pugnare, pugnæ facta pausa est.* Itaque homo eruditus, quia lib. II. 28. Nostri invenit 'statuere et edicere quiescebant,' qui Græcismum subesse putarunt, ait, et *pugnæ* reponebant, omnino falsi. Diceret aliquid, si genere loquendi offensi ex libidine sic mutassent. At illi vetustatem secuti sunt ducem, quod nobis ex Reg. duobus Pet. duobusque Vossianis constat. In minus sinceris *pugnare* quidem retinetur, sed deest τὸ *pugnæ:* cui sine dubio illud subjecit, qui ut '*quiescere pugnæ*' diceretur, parum intelligebat.' *Idem.* '*Quiescerent pugnæ. facta.* Ita et Ms.' *Sciopp.* '*Pugna.* Ita Carrio emendat ex libro Buslidiano: vulgo *pugnare, pugnæ facta pausa est.* Quæ videntur esse a glossemate. Vulgata tamen lectio etiam tolerari potest.' *Thys.* 'Mihi placet lectio quam vett. edd. tradunt: *utrinque quiescerent pugnare. Pugnæ facta pausa est.*' Falster.—15 'Sic jam Ascensiana et omnes scripti. Vulg. *inclamat.* At Thysius istud *inclamat* ascripsit Carrioni et Lipsio, cum id jam extet in ed. Brixiana.' *Jac. Gronov.* Vulg. *cum voce.*—16 Carrio legit *si quis.*—17 'Vulgo additur *cœpit,* sed abest a Giselini membranis.' *Thys.* '*Irridere cœpit atque lingua exerrare.* Poterat abesse τὸ *cœpit,* ut abest a cod. Giselini: sed quia servant omnes nostri, delere non ausim. Sed utcumque iidem omnes *lingua exerrare,* tamen cum Regio *linguam exertare* malo.' *Jac. Gronov.*—18 Carrio legit *accedere:* quod et ascripsit Sciopp.—19 Idem ascripsit *expoliari.*—20 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[c] *Scuto*] Scutum et clypeus armorum fuit genus, quo milites in acie corpus obtegebant: id autem inter utrumque discriminis erat, quod scutum ad quadratam, clypeus ad rotundam figuram accederet. Porro alia erant equitum, alia peditum scuta.

[d] *Gladio Hispanico*] Gladius Hispanicus brevitate habilis, mucrone firmissimo, utrimque vulnus inferens, punctim et cæsim, ad femur dextrum appendebatur. Apud Romanos non fuit in usu nisi temporibus Hannibalis et belli Punici secundi, anno scilicet post hoc singulare certamen CXLI. Itaque quod hic dicitur Hispanico gladio fuisse cinctus Manlius, non revera Hispanicus, sed similis fuit Hispanico, quo deinde usi sunt Romani.

tra Gallum constitit. 3. Metu magno ea congressio in ipso ponte,[e] utroque exercitu inspectante, facta est.[1] Ita, ut ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina[k] scuto projecto cantabundus:[l 2] Manlius animo magis quam arte confisus scutum scuto percussit, atque statum Galli conturbavit. Dum se Gallus iterum eodem pacto constituere studet,[3] Manlius iterum scutum scuto percutit, atque de loco[4] hominem iterum dejecit: eo pacto ei sub Gallicum gladium successit, atque[5] Hispanico pectus hausit:[m] dein[6] continuo humerum dexterum eodem concessu[n 7] incidit, neque recessit usquam donec subvertit, ne Gallus impetum icti haberet.[8 f]

[k] *Consuetudine sua militari.* [l] *Cœpit accedere cantando.*
[m] *Ea ratione eum invasit infra ensem Gallicum, et suo ense Hispanico aperuit Galli pectus.* [n] *Eadem percussione.*

1 '*Ea congressio, etc. facta est.* Sic omnes omnino nostri: nusquam quod uni suo delegat Carrio, *eam congressionem factum est.* Mala manus videtur et caret exemplo sermo. Nam, ut 'contumelia factum itur,' dicat sane etiam 'ea congressio factum itur:' non tamen ausim propterea dicere; 'eam contumeliam factum est.'' *J. F. Gronov.* Ascripsit Sciopp. '*eam congressionem:* et paulo post *factum*, pro *facta*.'—2 'Alii legunt *cunctabundus*, vel *cantabundus*. Acidalius, *captabundus*, sed retine usitatam lectionem. Livius lib. VII. etiam de cantu, exultatione, armorumque vana agitatione loquitur.' *Thys. Cantabundus* defendit Falster.—3 Vet. liber, *studeret*.—4 'Ita Carrio: vulgo, *de loco certo*.' Thys. 'Putabam *capio*, sed ignorant eam vocem omnes nostri, perinde ut Lipsianus. *Profecit*, quod idem Lipsius, non invenio, nisi in uno chartaceo Petaviano.' *J. F. Gronov.* Carrio *deicit*. Vet. cod. *projecit*.—5 '*Successit atque. Successit, ne Gallus impetum icti haberet: atque*, Scal.' *Sciopp.* Vid. Not. inf.—6 Ascripsit Sciopp. *deinde*.—7 '*Eodem concæssu.* Olim *concussu*. Lipsius e Gisel. *concessu*, quod sit, eodem impetu, eadem aggressione. Scaliger *concæsu*. Reg. et Vos. alter *consensu*. Alter ejusdem Voss. et duo alii *congressu* aut *cæsu*. Petav. *concessu*. Et hoc verum puto, non tamen cum Lipsii interpretatione. Accipio enim *eodem concessu* Galli, eadem patientia ejus et stupore immobili, quo perturbatus non festinaverat resilire subeunte longum ejus gladium Manlio: et acceperat intentatum in pectus ictum.' *J. F. Gronov.* Vid. Not. Var. *Concæsu* Delph.—8 'Carrio ex vet. cod. *istius*. Igitur cum Mss. auctoritatem putavere, tanquam jusjurandum mendacio prætexere criminatur Titius. Sed et serius hic, cum dicit, et scio: nam *istius* in cod. Buslidiano lectum, ut male jam notaverat Lipsius 4. Epist.

NOTÆ

[e] *In ipso ponte*] Ad Anienem castra metati fuerant.

[f] *Subvertit* [*successit*], *ne Gallus impetum, icti haberet*] Ita legimus, auctore Scaligero, cum hæc verba in aliis editionibus suo loco distracta sint. Ibi enim habetur, *successit atque Hispanico pectus hausit: dein continuo humerum dexterum eodem concæsu incidit, neque recessit usquam donec subvertit, ne Gallus impetum icti haberet.*

4. Ubi eum evertit, caput præcædit:[9] torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collum imponit.[10] Quo ex facto ipse posterique ejus Torquati sunt cognominati.' Ab hoc T. Manlio, cujus hanc pugnam Quadrigarius descripsit, imperia et aspera et immitia Manliana[11] dicta sunt: quoniam postea bello adversum Latinos cum esset Consul, filium suum[g] securi percussit; qui speculatum[o] ab eo missus, ne pugnaret[12] interdicto,[p] hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.

[o] *Ad observandos hostes.* [p] *Prohibitus patris jussu ne certaret cum hoste.*

2. qui etiam *ictuis* inde conjecit, quod probarem, nisi omnes omnino nostri tenerent *icti*, præter Reg. qui *in ictu*. Valde autem probabile, quod Scaliger sub nomine Yvonis Villiomari prodidit 2. 4. hæc verba superius esse collocanda hoc modo: *eo pacto ei sub gladium Gallicum successit, ne Gallus impetum icti haberet, atque Hispanico pectus hausit.*' J. F. Gronov. *Ictuis* conjicit Thys.—9 Aliter *præcidit.*—10 Vetus codex *eumque sanguinolentum sibi imponit.*—11 Multi ex Mss. *Manlia.*—12 '*Ne pugnaret.* Hæc absunt in Ms. et cod. Tornes.' *Thys.* 'Reg. duo Pet. duoque Vos. Lincoln. Schefferi, Th. nesciunt τὰ *ne pugnaret:* omnes autem *occiderat*, ut edidit Carrio, non *occidit.*' J. F. Gronov. '*Ne pugnaret* abest a V. C. et videtur scholion.' *Sciopp.*

NOTÆ

[g] *Filium suum*] Quo tempore id acciderit docebunt quæ diximus de Manlianis imperiis.

CAP. XIV.

Quod idem Quadrigarius, hujus facies, *patrio*[a] *casu probe et Latine dixit: et quædam alia apposita de similium vocabulorum declinationibus.*

Quod autem supra scriptum est in Q. Claudii verbis, 'propter magnitudinem atque immanitatem facies,'[b] id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus; atque ita esse, ut scriptum est, comperimus. Sic enim pleraque ætas veterum declinavit, 'hæc facies, hujus facies,' quod nunc propter rationem grammaticam 'faciei' dicitur: corrup-

[a] *Genitivo.* [b] *Staturæ.*

tos autem quosdam libros reperi, in quibus, 'faciei' scriptum est, illo, quod ante scriptum erat, obliterato. 2. Meminimus et in Tiburti[13] bibliotheca[a] invenire nos in eodem Claudii libro scriptum utrumque, 'facies' et 'facii.' Sed, 'facies,' in ordine[14] scriptum fuit, et contra per *ii* geminum, 'facii.' Neque id abesse a quadam consuetudine prisca existimavimus: nam et ab eo quod est 'hic dies' tam 'hujus dii,' et ab eo quod est 'hæc fames' tam 'hujus fami' dixerunt.[15] Q. Ennius in sextodecimo annali 'dies' scripsit pro 'diei' in hoc versu:

'Postremæ[16] longinqua dies confecerit[17] ætas.'[c]

3. Ciceronem quoque affirmat Cæsellius in oratione, quam pro P. Sestio[18] fecit, 'dies' scripsisse, pro 'diei:' quod ego impensa[d] opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Cæsellius ait, scriptum inveni: Verba sunt hæc Marci[19] Tullii: 'Equites vero daturos illius dies pœnas:' quocirca factum hercle est, ut facile iis credam, qui scrip-

[c] *Diuturna ætas diei ultimæ consumserit.* [d] *De industria.*

13 '*Meminimus et in Tib.* Quicquid collationum penes me est, in eis aut omittitur vocula secunda, aut legunt *etiam.* Nulla probat hoc Stephanicum *et.*' Jac. Gronov.—14 Gifanius legit *ordinem:* quod et dat Delph.—15 '*Tam hujus dii, et ab eo, quod est hæc fames, tam hujus famii dixerunt.* Sic Ro. Ven. Aldi, Gryphianæ. Nec Mss. aliter, nisi quod *quam hujus fami.* Badiana Vascosani et alia Parisiensis anno ante Stephanicam nata *tam hujus dies quam dii et ab eo, quod est hæc fames tam hujus fames quam famii.* Videbantur enim particulæ istæ alieniore loco positæ aut hujusmodi supplementum desiderare. Ego vero utramque corruptam censeo, et pro eis restituendum *etiam* vel *item* hoc modo: *nam et ab eo, quod est hic dies, item hujus dii, et ab eo quod est hæc fames, item hujus fami dixerunt.* Cur enim *famii.*' J. F. Gronov.—16 Alii legunt *postreme*, alii *postrema.*—17 'Vet. ed. *quum fecerit.*' Thys. 'Hoc *confecerit* ab Aldo est, et sic scripti. Pet. Vos. alter, Scheff. Lincoln. Thuan. Ro. et Ven. *quum fecerit.* Bad. *cum fecerit.* Reg. et Vos. alter *quod fecerit.*' Jac. Gronov.—18 'Apud Ciceronem legitur *pro P. Sextio*, in Ms. plerisque *Sestio.* Sed quia hic plebeius, *Sextio* scribendum Puteanus arbitratur. Sestia enim gens patricia, teste Livio.' *Thys.*—19 'In Regio neque nunc istud prænomen legitur, nec postea, ubi editur *Marcus quoque Tullius.*'

NOTÆ

[a] *In Tiburti bibliotheca*] Tibur ad fluvium Anienem urbs, nunc dicta *Tivoli*, circa quam habebant prædia plerique nobiles, ibique tædii levandi causa nobilem bibliothecam in Herculis templo unus aliquis instruxerat.

serunt idiographum[b] librum Virgilii sese inspexisse, in quo ita scriptum est:

'Libra dies somnique pares ubi fecerit horas.'[e]

Id est, 'Libra diei somnique.'[20] 4. Sed sicut hoc in loco 'dies' a Virgilio scriptum videtur: ita in illo versu nihil[1] dubium est, quin 'dii' scripserit pro 'diei:'

'Munera[c] lætitiamque dii....'

Quod imperitiores, 'dei,' legunt, ab insolentia[f] scilicet vocis istius abhorrentes. Sic autem 'dies dii' a Veteribus declinatum est; ut 'fames fami,' 'pernicies pernicii,' 'progenies progenii,' 'luxuries luxurii,' 'acies acii.' Marcus enim Cato in oratione, quam de bello Carthaginiensi composuit, ita scripsit: 'Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa.'[g] Lucilius in quintodecimo:[2] 'Rugosum atque fami plenum.' 5. Sisenna[d] in historiarum libro sexto: 'Romanos inferendæ pernicii[3] causa venisse.' Pacuvius in Paullo:

'Pater supreme nostræ progenii patris.'

Cn. Matius in Iliadis XXI.

'Altera pars acii[h] vitassent[4] fluminis undas.'

[e] *Cum Libra signum cœleste reddiderit æquales horas diei et noctis.*
[f] *Ab infrequenti usu.* [g] *Expellebantur propter famem.* [h] *Exercitus.*

Jac. Gronov.—20 '*Id est, libra diei somnique.* An credimus Gellium hæc conjunxisse et sic concepisse sententiam poëtæ? certe enim non *Libra dies somnique* intelligi potest, sed libra fecerit pares horas dies somnique. Quid ergo? Scias, lector, voces illas omnes *pares ubi fecerit horas, id est, libra diei somnique* abesse ab codice Regio, ac licet in aliis legantur, tamen recte opinor et volente Gellio deletum iri. Non enim jam vult explicare.' *Idem.* Vid. Not. Var.—1 'C. Torn. *non.*' Thys. 'Immo illud *nihil* est solius Stephani, qui primus intulit. Priores editi *non*, prout legitur etiam in Mss. sed eorum nonnulli transpositis vocibus *dubium non est.*' Jac. Gronov.—2 'Cod. Torn. XII.' *Thys.* 'Immo hic numerus est in omnibus editis ante Stephanum; isque probatur ab omnibus nostris scriptis.' *Jac. Gronov.*—3 Ascripsit Sciopp. '*Pernicios.* Charis. lib. I. 21.'—4 Ita in Ms. aliter *vitasset.*—5 'Cod. Torn.

NOTÆ

[b] *Idiographum*] Idiographus Virgilii liber est, propria ipsius manu scriptus: vox ex duabus Græcis composita ἴδιος proprius et γράφω scribo. In eandem sententiam dicuntur holographa, autographa, et archetypa, quæ auctoris sui manu exarata sunt.

[c] *Munera*] Doctissimi Æneidos interpretes a Gellio dissentiunt, et per lætitiam Dei, Bacchi lætitiam intelligunt, qui dicitur alibi 'lætitiæ dator.'

[d] *Sisenna*] Vide supra lib. II. c. 24.

Idem Matius[e] in tertio et vicesimo,[5]

'An maneat specii simulacrum in morte silentum.'[i]

6. C. Gracchus de legibus promulgatis; 'Ea luxurii causa aiunt institui.' Et ibidem infra ita scriptum est: 'Non est ea luxuries,[6] quæ necessario parentur vitæ causa.' Per quod apparet eum ab eo quod est 'luxuries luxurii' patrio casu dixisse. Marcus quoque Tullius in oratione, qua Sex. Roscium defendit, 'pernicii,' scriptum reliquit. Verba hæc sunt: 'Quorum nihil pernicii causa divino consilio, sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus.' Aut 'facies' ergo in casu patrio, aut 'facii' Quadrigarium scripsisse existimandum est:[7] 'facie' autem in nullo veteri libro scriptum reperi. 7. In casu autem dandi, qui purissime locuti sunt, non 'faciei,' uti nunc dicitur, sed 'facie' dixerunt. Lucilius in Satiris:

'Primum,' inquit, 'facie quod honestatis accedit.'[8]

Idem Lucilius in libro septimo:

'Qui te diligat,[9] ætatis facieque tuæ se
Fautorem ostendat,[10] fore amicum polliceatur.'

Sunt tamen[11] non pauci qui utrubique[k] 'facii' legant. Sed C. Cæsar in libro de analogia secundo, 'hujus die,' et 'hujus specie,' dicendum putat. Ego quoque in Jugurtha

[i] *An in morte Manium supersit imago speciei.* [k] *In utroque loco.*

XIII. vel *tertio decimo*, ut est in editis, et hunc numerum firmant scripti. Video notatum in exemplari editionis Gryphianæ Scaligerum fecisse XXIII.' *Jac. Gronov.*—6 Aliter *ea esse luxurii*, aliter, immutato ordine, *Non esse ea luxurii.*—7 In quodam Ms. *existimamus.*—8 '*Primum, inquit, facie quod honestatis accedat*. Sic Carrio, cum ederetur *Et primum inquit facie honestas accedit.* Sed Mss. τὸ *Et* ignorant: dein omnes alii, *quod honeste tantis accedit.* Lincoln. et Scheff. *q. onuste tantis.* Scaligerum aiunt fecisse .... *primum facie quod honestas Accedit:* posse quoque legi *honestæ*, ed. cod. Tornes. *honestæ satis.* Certe ista *satis* et *tantis* aliquid alunt monstri. Forte: *primum facie quod honestæ Laus accedit.*' J. F. Gronov. 'Ita cum Scaligero hunc versum emenda, ... *Primum facie quod honestas | Accedit* ....' Thys. Ita quoque dat Delph.—9 'Vet. cod. *diligit.*' Thys. 'Quis ille vetus codex fuerit, dici interfuit. Nam quotquot a me consulti sunt, habent subjectivum modum.' *Jac. Gronov.*—10 Ascripsit Sciopp. 'V. C. *Favisorem ostendat se.*'—11 'Aliter, *autem*: sed alterum est in scriptis.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[e] *Matius*] Consule Notas in cap. 6. lib. VI.

Sallustii summæ fidei et reverendæ vetustatis libro, 'die,' casu patrio scriptum inveni. Verba hæc ita erant: 'Vix decima parte die reliqua.' Non enim puto argutiolam[1] istam recipiendam, ut, 'die,' dictum quasi, 'ex die,' existimemus.

[1] *Subtilitatem.*

CAP. XV.

De genere controversiæ quod Græce ἄπορον[a] *appellatur.*

Cum Antonio Juliano rhetore, per feriarum tempus[a] æstivarum, decedere ex urbis[b] [12] æstu volentes Neapolim[b] concesseramus.[c] Atque ibi erat adolescens tunc quispiam ex ditioribus cum utriusque linguæ[d] magistris meditans et exercens, ad causas Romæ orandas, eloquentiæ Latinæ facultatem:[e] atque is rogat Julianum, uti sese audiat declamantem. It auditum Julianus, imusque nos cum eo. Simul introit adolescens; et præfatur arrogantius et elatius, quam ætati ejus decebat; ac deinde jubet exponi controversias. 2. Aderat ibi nobiscum Juliani sectator, juvenis promtus, et proficiens, et offendens[13] jam in eo quod ille apud Juliani aures in præcipiti stare et subitaria dictione periculum sui facere audebat.[f] Exponit igitur tentamenti[g]

[a] *Inexplicabile.* [b] *Romæ.* [c] *Profecti eramus.*
[d] *Latinæ et Græcæ.*
[e] *Studens et se exercens in usu eloquentiæ Latinæ ad causas dicendas Romæ.*
[f] *Adolescens acris ingenii qui multum profecerat, et jam hoc moleste ferebat, quod ille non dubitaret cum periculo se exponere censuræ Juliani, et extemporanea oratione experiri suam eloquentiam.* [g] *Ad experimentum.*

12 Vet. Ven. ed. *ex urbe.*—13 Vet. ed. *ostendens.* Legendum putat J. F.

NOTÆ

[a] *Feriarum tempus*] Feriæ sunt dies quibus forum causis, litibus, ac judiciis vacabat. Æstivæ feriæ in Julium mensem et Augusti partem, vindemiales in autumnum incidebant.

[b] *Neapolim*] Neapolis urbs veteris Campaniæ celeberrima, nunc regni cognominis in Italia caput, vulgo *Naples.*

gratia controversiam parum consistentem, quod genus Græci ἄπορον vocant; Latine autem id non nimis incommode 'inexplicabile' dici potest. Ea controversia fuit hujuscemodi: 'De reo septem judices cognoscant; eaque sententia sit rata, quam plures ex eo [14] numero dixerint. Cum septem judices cognovissent; duo censuerunt reum exilio mulctandum, duo alii pecunia, tres reliqui capite pœniendum. Petitur ad supplicium ex sententia trium judicum: et contradicit.' 3. Hac [h] ille audita nec considerata, neque aliis, ut proponerentur, expectatis, incipit statim mira celeritate in eandem hanc controversiam principia [i] nescio quæ dicere, et involucra sensuum [k] verborumque volumina vocumque turbas fundere; [l] ceteris omnibus [15] ex cohorte ejus, qui audire eum soliti erant, clamore magno exultantibus; Juliano autem male ac misere rubente et sudante. Sed ubi deblateratis [m] versuum multis millibus finem aliquando fecit, egressique inde sumus; amici familiaresque ejus Julianum prosecuti quidnam existimaret percunctati sunt. Atque ibi Julianus festivissime, 'Nolite quærere,' inquit, 'quid sentiam; [16] adolescens hic sine controversia [e] disertus est.'

[h] *Controversia.* [i] *Loca communia.* [k] *Sensus obscuros.*
[l] *Effundere flumen orationis et dictionum.* [m] *Stulte prolatia.*

Gronov. *offensus.*—14 '*Plures in eo numero.* Anno 1644. incepit in editionibus hujus urbis legi, contra Mss. et propterea solo typorum vitio, quod ejeci.' *Jac. Gronov.* *Plures in eo* Lugd. Bat.—15 In quodam Ms. *hominibus.*—16 Mssti non pauci legunt, *Nolite quærere, inquit, sententiam.*

NOTÆ

[e] *Sine controversia*] Jocus asperior ex ancipiti voce controversia. Cum enim sine controversia id vulgo significet quod sine dubio, aliam usurpat notionem hujus vocis Julianus, et per controversiam intelligit causam in utramque partem agitari solitam. Hæc est igitur Juliani mens, hunc adolescentem, si nulla ipsi causa tractanda proponatur, eloquentem esse.

CAP. XVI.

Quod Plinium Secundum hominem non indoctum fugerit, latueritque vitium argumenti, quod ἀντιστρέφον[a] Græci dicunt.

PLINIUS Secundus[a] existimatus est esse ætatis suæ doctissimus. Is libros reliquit, quos 'Studiosorum'[17] inscripsit; haud medius fidius[b] usquequaque aspernandos.[b] In his libris multa varie ad oblectandas eruditorum hominum auris ponit. Refert etiam plerasque sententias, quas, in declamandis controversiis, lepide arguteque dictas putat. Sicut hanc quoque sententiam ponit ex hujuscemodi controversia: 'Vir fortis præmio, quod optaverit, donetur. Qui fortiter fecerat, petit alterius uxorem in matrimonium et accepit. Is deinde, cuja[c] uxor[18] fuerat,[19] fortiter fecit. Repetit eandem. Contradicitur.' 2. Eleganter, inquit, et probabiliter ex parte posterioris viri fortis uxorem sibi reddi postulantis hoc dictum est: 'Si placet lex, redde: si

[a] *Reciprocum.* [b] *Non certe omni parte contemnendos.* [c] *Cujus.*

17 Vid. Not. Var. 'Itaque et in Ms. Regio cum habeatur *studiose*, apparet in fine veterem scripturam erasam, sed cujus spatium modo fuit capax duarum literarum, non quatuor, ut vulgo, ita ut Gellius quoque scripserit *studiosos*. Etiam plerique Mss. mox *non medius fid.* quod mutarunt in *haud*.' Jac. Gronov.—18 '*Is deinde, cuja uxor.* Mira concordia veteres codices negant primam voculam esse Gellii, cui descriptio sequens placuerit magis sola, tanquam satis demonstrans, etsi meminerim I. 13. 'ingenium naturamque illius, cuja res præceptumque esset.' Sed et nonnulli *uxor fuit*.' Idem. Aliter *cujus ea.* Delph. *cuja ea.*—19 Ascripsit Sciopp. *fuit.*—20 'Ita in Ms. Vett.

NOTÆ

[a] *Plinius Secundus*] Vir acris ingenii, incredibilis studii, et summæ vigilantiæ, cujus cum alii libri temporum injuria periere, tum 'Studiosi tres,' quos in Epistola ad Marcum recenset ejus ex sorore filius Plinius junior,[d] in sex volumina propter amplitudinem divisi, quibus oratorem ab incunabulis instituit et perficit.'

[b] *Medius fidius*] Adverbium est jurandi, ex tribus conflatum vocabulis, idem videtur significare ac 'mehercules.' Nam quem Latini Jovem, Græci Δία vocant, et fidius pro filio ponitur: idem igitur sonat medius fidius, quod ita me Jovis filius adjuvet.

non placet, redde.' Fugit autem Plinium[d] sententiolam istam, quam putavit esse argutissimam, vitio non carere, quod Græce ἀντιστρέφον dicitur: et est vitium insidiosum[e] et sub falsa lemmatis[f 20 e] specie latens; nihilo enim minus converti ex contrario idipsum adversus eundem potest: atque ita a priore illo viro forte dici: 'Si placet lex, non reddo: si non placet, non reddo.'[1]

[d] *Ignoravit vero Plinius.* [e] *Fallax.* [f] *Sumtionis.*

edd. male *laudis.*' Thys.—1 Vid. Not. Var. 'Ex ipsis verbis patet ex Phil. Carolo ista ab Thysio sumta esse. Quorum tamen necessitas nulla, et præter mentem legis, prout ab Gellio videtur accepta esse, nostri illi huc procedunt. Post hæc autem verba in plerisque codicibus subnectuntur duo ista disticha, quæ ab aliis citantur sub nomine *Aurelii Romuli*, ab aliis *C. Aurelii Romuli*, in Lincoln. dicuntur *Agellii versus*. Ab Regio tamen ignorantur. Ista ipsa disticha etiam locata sunt post hoc caput ab Brixiensibus.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[e] *Lemmatis*] Lemma est id quod in ratiocinationibus assumitur. Hoc vocabulum Cicero sumtionem interpretatur.

AULI GELLII

NOCTIUM ATTICARUM

COMMENTARIUS.

LIBER X.[2]

CAP. I.

Tertiumne Consul *an* tertio *dici oporteat: et quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos inscriberet,*[3] *quæstionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.*

FAMILIARI meo cuipiam literas Athenis Romam misi. In his scriptum fuit me illi jam 'tertium' scripsisse. Is ad me rescripsit, petivitque ut rationem dicerem,[4] cur 'tertium,' ac non 'tertio' scripsissem. Id etiam ascripsit, ut eadem quid super illo quoque mihi videretur, facerem se certiorem; 'tertiumne Consul' et 'quartum,' an 'tertio' et 'quarto' dicendum esset: quoniam Romæ doctum virum dicere audisset 'tertio' et 'quarto Consul,' non 'tertium' 'quartumque:' idque in principio libri Cœlium[a] scripsisse;

2 'In schedis Ms. *Liber* XI. *incipit:* unde suspicatur Lipsius e prioribus librum unum periisse. Idem post finem libri noni in Giselini membranis legi dicit, *Liber* X. *explicit, incipit* XII. *feliciter.*' Thys.—3 'Quantum scio, id verbum sic ascitum est in omnes editiones, cum in codicibus scriptis sit solum simplex *scriberet.* Id certe probat mox Gellius: 'quod in theatro extremas literas non scripsit.' Quin etiam habent mox Msti *nomenque ejus et honores scriberentur.* Etiam prænomen Pompeii volunt omittere.' *Jac. Gronov.*—

NOTÆ

[a] *Cœlium*] L. Cœlius Antipater historicus 'scriptor fuit,' inquit Tullius

et Q. Claudium in libro undevicesimo,[a] [5] 'C. Marium[b] creatum septimo Consulem,'[6] dixisse. 2. Ad hæc ego rescripsi nihil amplius, quam verba M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius cum Cœlio, doctioris: quibus verbis utrumque, de quo ad me scripserat, decideretur. Nam et Varro satis aperte quid dici oporteret edocuit; et ego adversus eum, qui doctus esse dicebatur, litem meam facere[b] absens nolui. Verba M. Varronis, ex libro disciplinarum IV.[7] hæc sunt: 'Aliud est *quarto* Prætorem fieri et *quartum:* quod *quarto* locum assignificat ac tres ante factos: *quartum* tempus assignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit:[8]

'Quintus pater quartum fit Consul:'

[a] *Decimo nono.* [b] *Pro mea sententia tanquam pro lite dicere.*

4 Aliter *redderem.*—5 'Annotatum in margine Scriveriani codicis ex Ms. *duodevigesimo.*' Thys. 'Video id ipsum notari ex codice Pal. alioquin omnes nostri consensu maximo inhærent *undevicesimo* vel *undevigesimo.* Turbant editiones, quarum variæ habent *in libro* XI. Sic Gryphianæ duæ, sic Coloniensis Cervicorni seu Hittorpii.' *Jac. Gronov.*—6 Ascripsit Sciopp. *creatum Consulem septimo.*—7 'Cod. Tornes. *quinto.*' Thys. 'Mireris licet. Nam ita habent Aldina, Gryphianæ, Badiana, aliæ ante Stephanum, qui unus mutavit; et male, quia id factum contra Msstos, in quibus est *quinto.*' Jac. Gron. 'Etiam in eo mihi peccasse videtur Stephanus, quod contra usum rationemque Veterum hanc numeri notam prætulerit; qua in re non secutum vellem Gronovium.' *Otho.* 'Pro IV. lege, *quinto,* uti non modo veteres Gellii codd. tradunt, sed et Nonius, qui eundem Varronis locum allegat cap. V. n. 50.' *Falster.*—8 'Vett. edd. *conscripsit.* Ita legi potest: *Ennius recte cum*

NOTÆ

in Bruto, 'ut temporibus illis luculentus.' Vixit Gracchorum temporibus circa annum U. C. DCXXX. ante Christum CXXIV.

[b] *C. Marium*] Hic ille est C. Marius, celebris Romanorum imperator, 'in bello hostibus, in otio civibus infestissimus quietisque impatientissimus,' ut refert Paterculus, quem humili loco natum ad amplissimos reip. magistratus singularis virtus evexit. Bellum Jugurthinum confecit, Teutones et Ambrones Germaniæ populos interfectis millibus ducentis, paulo post Cimbros ingenti strage delevit. Cum provinciam belli Mithridatici suscipere contenderet, a Sylla suo quondam legato expulsus est ex urbe, in quam paulo post irrupit et Syllanis omnibus obtruncatis septimum Consul renuntiatus est. A Sylla victore mox fugatus, Marianis vicissim proscriptis morbo extinctus est anno U. C. DCLXXI. ante Christum LXXXIII. *Plutarch. Appian. &c.*

et Pompeius[*] timide, quod in theatro, ne ascriberet, Consul tertium, aut tertio, extremas literas non scripsit.' 3. Quod de Pompeio Varro breviter et subobscure dixit, Tiro Tullius Ciceronis libertus in Epistola quadam enarratius[c] scripsit ad hunc ferme modum: 'Cum Pompeius,' inquit, 'ædem Victoriæ dedicaturus foret,[d] cujus gradus vicem theatri[e] essent, nomenque ejus et honores inscriberentur; quæri cœptum est, utrum Consul *tertio* inscribendum esset, an *tertium*. Eam rem Pompeius exquisitissime[9] retulit ad doctissimos civitatis: cumque dissentiretur,[10] et pars *tertio*, alii *tertium* scribendum contenderent; rogavit,' inquit, 'Ciceronem Pompeius, ut, quod ei rectius videretur, scribi juberet: tum Ciceronem judicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opiniones[11] improbasset, ipsos videretur improbasse. Persuasit igitur Pompeio, ut neque *tertium* neque *tertio* scriberetur: sed ad secundum usque T fierent literæ:[12] ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret.' 4. Id autem quod et Varro et Tiro dixerunt, in eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam cum multis annis postea scena, quæ prociderat, refecta esset; numerus tertii consulatus, non, uti initio, primoribus[13] literis, sed tribus tantum lineolis incisis significatus est. In M. autem Catonis quarta Origine[14] ita scriptum est,[15] 'Carthaginienses sextum de

[c] *Magis explicate.* [d] *Deberet consecrare templum Victoriæ.*
[e] *Pro theatro.*

scripsit: Quintu' pater quartum fit Consul.' Thys.—9 In Scriv. cod. annotatum, *exquisiturus.*—10 Aliter *dissentirent.*—11 Cod. Torn. *opinionem.*—12 'Additur in vett. edd. *tert.* scribe TERT.' *Thys.*—13 Ita in Ms. vulgo, *prioribus.*—14 'Lege, *quarto Originum.* In vett. ed. habetur *quarto Origine.* corrupte.' *Thys.* 'Id sane præter expectatum; ut lector Gellianæ curæ assuetus tam insulse censeret? Ab Aldo usque nullam video editionem, in qua non legatur *quarta origine.* In conferendo Ms. Lincolniensi usus fui editione Veneta anni 1491. in qua collatione notavi in isto codice legi *quarta origine*, ut in edito aliter fuerit lectum; et fortasse corruptam hanc editionem nunc adhibuerit. Omnino istud *quarta origine* est doctissimum. Vide paterna ad lib. VII. cap. 3.' *Jac. Gronov.*—15 Cod. Torn. *perscriptum est.* Etiam Reg. et S. Marci.

NOTÆ

[*] *Pompeius*] De quo in Notis egimus ad cap. 10. lib. IV.

fœdere decessere.'[f] Id verbum significat quinquies ante eos fecisse contra fœdus, et tum sextum. Græci quoque in significandis hujuscemodi rerum numeris, τρίτον καὶ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo quod Latine dicitur, 'tertium quartumque.'

[f] *Violarunt fœdus.*

CAP. II.

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriæ mandaverit.

Aristoteles philosophus memoriæ tradidit[a] mulierem in Ægypto uno partu quinque pueros enixam;[16] eumque esse finem dixit multijugæ hominum partionis,[a][17] neque plures unquam simul genitos compertum. Hunc autem esse numerum ait rarissimum. Sed et, Divo Augusto imperante, qui temporum ejus historiam scripserunt, ancillam Cæsaris Augusti in agro Laurente[b] peperisse quinque pueros dicunt; eosque pauculos dies vixisse: matrem quoque eorum, non multo post quam peperit, mortuam; monumentumque ei factum jussu Augusti, in via Laurentina;[b] inque eo scriptum esse[18] numerum puerperii ejus, de quo diximus.

[a] *Fertilissimi partus mulierum.* [b] *In via quæ ducit Laurentum.*

16 '*Pueros enixam.* Hic ordo vocum est in Mss. omnibus nostris, temere ab Stephano inversus. Etiam Lugd. min. *eamque:* quod notabile, quoniam solet ita sæpius finem usurpare isto genere.' *Jac. Gronov.*—17 In uno Ms. est *portationis*, in alio *partitionis*. Etiam in Regio superscriptum *parturionis*. —18 Vid. Not. Var. 'Neque in ea ullum dubium, ut quam Mssti omnes nostri tueantur. Hoc mireris licet, unum esse codicem Lincolniensem, ex quo notavi *inque scriptum esse* omissa vocula *eo*, quæ foret elegantissima tmesis, et certe Gellio digna.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[a] *Memoriæ tradidit*] Quod scribit Aristoteles in Historia animalium, et Gellius compertum ait, nunquam plures quam quinque uno partu simul editos esse, jam plurima refutarunt exempla. Plinius ex Trogo refert septenos in utero ab Ægyptia muliere fuisse conceptos. Franciscus Picus Mirandula, teste Pareo, narrat Dorotheam Italam gemino partu viginti filios edidisse, primo quidem novem, altero undecim. Pluribus supersedeo, quæ curiosus lector apud Ulyssem Aldrovandum in historia Monstrorum facile reperiet.

[b] *In agro Laurente*] Consulantur Notæ in cap. 12. lib. IX.

CAP. III.

Locorum quorundam illustrium collatio contentioque[a] *facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.*

FORTIS ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus.[a] Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior, ampliorque esse M. Tullio; ferri id qui potest?[b] Legebamus adeo nuper orationem Gracchi de legibus promulgatis, in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per injuriam cæsos[b] a magistratibus populi Romani, quanta maxima invidia potest, conqueritur. Verba hæc sunt, quæ super ea re fecit: 'Nuper Teanum Sidicinum[c] Consul venit, uxor ejus dixit[c][19] se in balneis virilibus lavari velle. Quæstori Sidicino a M. Mario[20] datum est negotium, uti balneis exigerentur[d] qui lavabantur. Uxor renuntiat viro parum cito sibi balneas traditas esse, et parum lautas[e] fuisse. Idcirco palus destitutus[f][1] est in foro: eoque adductus suæ civitatis nobilissi-

[a] *Comparatio et similitudo.* [b] *Quomodo id potest tolerari.*
[c] *Consulis uxor indicavit.* [d] *Expellerentur.* [e] *Mundas.* [f] *Defixus.*

19 '*Uxor edixit.* Ita in Ms. Vet. ed. *uxorem dixit.* Cod. Tor. *uxor ejus dixit.*' Thys. 'Quo perget editionum ambitio in declaranda infinita et incivili audacia hujus magistratus et uxoris ejus? Ut hæc scribatur edixisse? Quomodo? Utrum proposito edicto sub nomine fœminæ, an per præconem? Ubi tale factum sub republica? *Uxor edixit* est in quibusdam Mss. sed non ut ideo Stephanus debuerit id eligere et migrare ab prioribus editis, *uxorem dixit.* Sed illud sive *em* postremum in voce *uxorem*, sive *e* in principio verbi *edixit* natum est ex mala consideratione notæ, qua scriptum fuit vocabulum *ejus.* Sic enim habet Regius, S. Marci Flor. Lugd. major, aliique. Et id utique lenissimum est, unde adsciscendum censui.' *Jac. Gronov.* *Uxor edixit* Delph.—20 Plerique scripti habent *Sidicinam Mario.* Lugd. min. *Sidiciomi.*—1 Aliter *defixus.* Ascripsit

NOTÆ

[a] *C. Gracchus*] Orator ingenio præstantissimo, quem Tullius in libro de Claris Oratoribus grandem verbis, sapientem sententiis, genere toto gravem esse dicit. Ejus operibus, ut idem notat, manus extrema non accessit: præclare inchoata multa, perfecta non plane.

[b] *Virgis . . . cæsos*] Servi tantum capitales apud Romanos virgis, liberi fustibus cædebantur, ut observavimus in Notis ad caput ultimum lib. I.

[c] *Teanum Sidicinum*] Teanum Campaniæ in Italia oppidum a populis Sidicinis Sidicinum est appellatum: nunc est *Tiano.*

mus homo M. Marius. Vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est. Caleni,[d] ubi id audierunt, edixerunt ne quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. Ferentini[e] ob eandem causam Prætor noster quæstores arripi jussit; alter se de muro dejecit, alter prensus[2] et virgis cæsus est.' 2. In tam atroci re, ac tam misera atque mœsta injuriæ publicæ contestatione,[g] ecquid est quod aut ampliter insigniterque, aut lacrymose atque miseranter, aut multa copiosaque invidia, gravique et penetrabili querimonia dixerit? brevitas sane et venustas et munditiès orationis est, qualis haberi ferme in comœdiarum festivitatibus solet. Item Gracchus alio in loco ita dicit; 'Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adolescentium, unum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia[3] missus est, qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adolescens pro legato. Is in lectica ferebatur. Ei obviam bubulcus de plebe Venusina[f] advenit, et per jocum, cum ignoraret qui ferretur, rogavit num mortuum ferrent. Ubi id audivit, lecticam jussit deponi: struppis[h 4 g] quibus lectica deligata erat, usque adeo verberari jussit, dum ani-

[g] *Enarratione.* [h] *Funibus stuppeis.*

Sciopp. 'V. C. *destitus.*'—2 '*Alter prensus.* Sic enim habent Mssti codicees, ut S. Marci Florentiæ, ut Lincoln. Lugd. minor *pensus*, in quibus hæc verba integra referuntur, cum in aliis ab *Caleni* ad *cæsus est* omissa sint, ut ipso Regio. Vulgo *prehensus.*' Jac. Gronov.—3 'Justus Lipsius legit indubitanter, *in Asiam.*' Thys. 'Sed recte contradixit CL. Schefferus lib. II. Rei Vehicul. cap. 5.' *Jac. Gronov.*—4 Aliter *stuppis.* Legendum monet Lambecius, *struppis quibus l. religata erat.* 'Pricæus in Notis ad Apuleium p. 684. citat *lecticam deponi jussit, stuppis quibus deligata erat, usque adeo verberari jussit.* Henr. Valesius libro suo ascripserat, 'leg. *struppis.* Vide Scaligerum in Festum:' Recte. Istud vero *jussit* sic geminatum nullius est Veneris, ut posterius videatur delendum.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. inf. et Not.

NOTÆ

[d] *Caleni*] Calenum urbs Campaniæ in Italia, vulgo *Carinola.*

[e] *Ferentini*] Ferentinum Latii oppidum, *Ferentino.*

[f] *Venusina*] Venusia urbs est Apulorum Peucetiorum in Italia, nunc *Venosa* dicitur in provincia Basilicata.

[g] *Struppis*] Ita cum Lambecio legendum, non *stuppis.* Struppi, inquit Isidorus, vincula lino vel loro facta.

mam efflavit.' 3. Hæc quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil profecto abest a quotidianis sermonibus. At, cum in simili causa, apud M. Tullium cives Romani innocentes viri, contra jus contraque leges, virgis cæduntur aut supplicio extremo[5] necantur, quæ ibi tunc miseratio? quæ comploratio? quæ totius rei sub oculos subjectio? quod et quale invidiæ atque acerbitatis fretum effervescit?[i] animum hercle meum, cum illa M. Ciceronis lego, imago quædam et sonus verberum et vocum et ejulationum circumplectitur. Velut sunt ista quæ de C. Verre dicit:[6] quæ nos, ut in præsens potuimus, quantum memoria suppeditabat, ascripsimus. 'Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit: ardebant oculi: toto ex ore crudelitas eminebat:[7] expectabant omnes, quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset: cum repente hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri[8] jubet.'[k] Jam hæc medius fidius[h] sola verba, 'nudari ac deligari et virgas expediri jubet,' tanti motus horrorisque sunt,[9] ut non narrari, quæ gesta sunt, sed rem geri prorsus videas. Gracchus autem non querentis neque implorantis, sed nuntiantis vicem,[l] 'Palus,' inquit, 'in foro destitutus[10] est: vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est.' Sed enim M. Cicero præclare, cum diutina repræsentatione,[m] non

[i] *Quod et quam grave concitatur odium in auctores facti?* [k] *Profecto.*
[l] *Instar.* [m] *Proposita rei diuturna imagine.*

Var.—5 'In Ms. pro his, *supplicio extimo* scriptum erat.' *Lambecius.* 'Non sane dixerim, quo in Ms. istud *extimo* repererit, cum nec ipse in eis, quibus fui usus, animadverterim, nec in collationibus ullis, quas sub oculis habeo, videam. Sed in Regio, quem ipse cum fratre adhibuimus, Tullii prænomen omittebat scriba, cum mox retineat *M. Ciceronis.*' Jac. Gronov. '*Extimo* in Ms. R. quod pro *extremo* quoque apud Festum sumitur. Sed retine vulgatam lectionem.' *Thys.*—6 '*Ista quæ de C. Verre dicit.* In Lugd. majore abest verbum postremum. Lambecius voces utrasque *quæ* et *dicit* subnotavit punctis, ut solet plerumque, ubi quid a Ms. abfuit. Sed nihil affirmo. Reliqui omnes nihil mutant.' *Jac. Gronov.*—7 Vett. edd. *emanabat:* aliter *emicabat.*—8 In Ms. *nudare, deligare, expedire.*—9 Aliter *metus.* In quodam Ms. *motus terrorisque.*—10 Ascripsit Sciopp. *destitus.*—11 'Aliter, *strepitum*-

NOTÆ

[h] *Medius fidius*] Vide Notas in cap. 16. lib. IX.

'cæsus est,' sed 'cædebatur,' inquit, 'virgis in medio foro Messanæ[i] civis Romanus: cum interea nullus gemitus, nulla vox illius miseri inter dolorem crepitumque[11] plagarum audiebatur, nisi hæc: Civis Romanus sum: hac commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore dejecturum[12] arbitrabatur.' 5. Complorationem deinde tam acerbæ rei, et odium in Verrem detestationemque apud civis Romanos incense[a][13] atque acriter atque inflammanter facit, cum hæc dicit: 'o nomen dulce libertatis! o jus eximium nostræ civitatis! o lex Porcia[k] legesque Semproniæ![l] o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanæ tribunicia potestas! huccine tandem hæc omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido fœderatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces ac securis haberet, deligatus in foro virgis cæderetur? quid cum ignes ardentesque laminæ ceterique cruciatus admovebantur? si te acerba illius imploratio[14] et vox miserabilis non leniebat:[15] ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu gemituque maximo commovebare?' 6. Hæc M. Tullius atrociter, graviter, copiose apteque[16] miseratus est. Sed si quis est tam agresti aure ac tam hispida, quem lux ista et amœ-

[a] *Vehementer.*

que.' Thys. 'Ita et Reg. et Lugd. major. Sed reliqui accedunt ad prius.' *Jac. Gronov.*—12 'Scripti. omnes aut *ducturum* aut *dijecturum.*' Idem.—13 'H. Stephanus ex conjectura legit, *intente.* Forsan legendum, *impense.*' Thys. 'Ita sane legitur in Regio et Lugdun. majore. Sed et in Badiana ab Bourdelotio aliove superscripta est litera p literæ c, unde videtur Thysius id sublegisse. Sed bene habet vulgatum, quod tuentur codices plures, prout 'intenti incensique' a Gellio dicuntur VII. 3. ex conjectura paterna.' *Jac. Gronov.*—14 'Male quidam legunt *improbatio.*' Thys.—15 Apud Cic. legitur *inhibebat.*—16 'Reg. S. Marci Flor. Lincoln. Lugd. major Petav. *apte copioseque.* Lugd. min. *graviterque apte copioseque.* Certe vides seriem vocum te-

NOTÆ

[i] *Messanæ*] Messana urbs Siciliæ hodie celebris, a Messenis Achaiæ populis condita. *Messine.*

[k] *Lex Porcia*] Hanc, ut probabile est, in consulatu tulit M. Porcius Cato ille major, ne civem Romanum verberare necarive liceret; si quis fecisset, gravi pœna puniretur.

[l] *Legesque Semproniæ*] C. Sempronius Gracchus Tribunus plebis sanxerat, ne quid in Romani civis vitam injussu populi statueretur.

nitas orationis, verborumque modificatio parum delectat; amat autem priora[o] idcirco, quod incomta et brevia et non operosa,[p] sed nativa quadam suavitate sunt, quodque in his umbra et color quasi opacæ[q] [17] vetustatis est: is, si quid judicii habet, consideret in causa pari M. Catonis, hominis antiquioris, orationem: ad cujus vim et copiam Gracchus nec aspiravit. Intelliget, opinor, Catonem contentum eloquentia ætatis suæ non fuisse; et id jam tum facere voluisse, quod Cicero postea perfecit. 7. In eo namque libro, qui de 'falsis pugnis'[18] inscriptus est,[19] ita de Q. Thermo conquestus est: 'Dixit a decemviris parum sibi bene cibaria curata esse: jussit vestimenta detrahi, atque flagro cædi: decemviros Bruttiani verberavere: videre multi mortales: quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? nemo hoc rex ausus est facere; eane fieri bonis bono genere gnatis boni consulitis?[r] ubi societas? ubi fides majorum? insignitas[s] injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores[20] atque carnificinas, per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis[t] atque multis mortalibus, te facere ausum esse? sed quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrymarum, quantum fletum factum audivi? servi injurias nimis ægre ferunt: quid illos bono genere gnatos, magna virtute præditos, opinamini animi habuisse atque habituros dum vivent?' Quod Cato dixit, 'Bruttiani[1] verberavere:' ne

[o] *Sed si quis habet judicium aurium tam ineruditum et asperum, ut eum splendor ille et decor orationis Ciceronianæ verborumque numerus mediocriter delectet; probet autem superiora quæ sunt Gracchi.* [p] *Elaborata.* [q] *Obscuræ.*
[r] *An accipitis in bonam partem, si ea fiant viris bonis nobili loco natis?*
[s] *Maximas.* [t] *Iis qui erant ex urbe ipsius.*

mere inversam esse.' *Jac. Gronov.*—17 Auctor Observat. super Gellio Vol. IV. Tom. 3. mutare vult in *opicæ*, improbante Othone.—18 'Ascriptum video exemplari Salmasiano, 'Lips. *pœnis*. Var. 3. 14. male: nomen solenne criminis Plautus Trucul. 794.'' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.—19 Aliter, *scriptus est*.—20 'Apud Nonium Merceri *eis dolores*. Vulgati libri, *vis, dolores*. quod Mercerus verum esse credit. 'Vis' in plurativo numero Sallustius in Jugurtha utitur, '*quibus pro magnitudine imperii vis et injurias omnis curæ esse decet*.'' Thys.—1 In Ms. Schegkii *Brettiani* more Græco.

qui fortasse de 'Bruttianis' requirat, id significat. 8. Cum Hannibal Pœnus cum exercitu in Italia esset, et aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset; primi totius Italiæ Bruttii[m] ad Hannibalem desciverunt.[u] Id Romani ægre passi, postquam Hannibal Italia decessit superatique Pœni sunt, Bruttios ignominiæ causa non milites scribebant,[x] nec pro sociis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere et præministrare, servorum vicem,[y] jusserunt. Itaque hi sequebantur magistratus, tanquam in scenicis fabulis[z] qui dicebantur lorarii; et, quos erant jussi, vinciebant aut verberabant. Quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt 'Bruttiani.'

[u] *Secuti sunt partes Hannibalis.* [x] *Non referebant inter milites.*
[y] *Præire instar servorum.*
[z] *In comœdiis quæ repræsentantur in theatro.*

NOTÆ

[m] *Bruttii*] Populi in ea parte Italiæ, quæ nunc dicitur Calabria inferior; ita sunt appellati quasi bruti, quod cum prius essent pastores Lucanorum, in eam regionem aufugissent. Brutates vocantur ab Ennio, et bilingues, quod Osce et Græce loquerentur, ut Festus refert.

CAP. IV.

Quod P. Nigidius argutissime[a] docuit nomina[b] non positiva esse, sed naturalia.

NOMINA verbaque non positu[c] fortuito, sed quadam vi ratione naturæ facta esse P. Nigidius in grammaticis commentariis docet; rem sane in philosophiæ dissertationibus celebrem: quæri enim solitum apud philosophos, φύσει τὰ ὀνόματα sint,[2] ἢ θέσει:[d] in eam rem multa argumenta dicit,

[a] *Subtilissime.* [b] *Non significare ex arbitrio hominum sed ex natura sua.*
[c] *Casu.* [d] *Utrum natura nomina sint an impositione.*

2 'Ita rite hæc instauravit Stephanus, cum ante eum omitteretur verbum in editis; in Mstis mirifice turbaretur, in Regio quidem *philosophos Gr. nominata sunt Gr. In eam,* ut ego notavi, *sint,* ut Lambecius et Bourdelotius. In Lugd. maj. *philosophos* φυσει Tao. *Nominata sunt* HTE ECI. minore *philosophos* ΦyecITa ONOMATA *sint* H ΘeceI. Omnino vides verissimum esse, quod

cur videri possint[3] verba esse naturalia magis, quam arbitraria: ex quibus hoc visum est lepidum et festivum. 'Vos,' inquit, 'cum dicimus,[a] motu quodam oris conveniente cum ipsius verbi demonstratione utimur, et labias sensim primores emovemus,[e] ac spiritum atque animam porro versum et ad eos, quibuscum sermocinamur,[4] intendimus:[f] at contra cum dicimus, nos; neque profuso intentoque flatu vocis, neque projectis[g] labris pronuntiamus: sed et spiritum et labias quasi intra nosmetipsos coërcemus. Hoc idem fit[5] et in eo quod dicimus, tu et ego, et tibi et mihi. Nam sicuti, cum annuimus et abnuimus, motus quidam ille vel capitis vel oculorum a natura rei, quam significat, non abhorret, ita in his vocibus quasi gestus quidam oris et spiritus naturalis est. Eadem ratio est in Græcis quoque vocibus, quam esse in nostris animadvertimus.'

[e] *Extra movemus.*
[f] *Dirigimus verba et aspirationem in anteriorem partem, et ad eos cum quibus disserimus.* [g] *Prominentibus.*

editur.' *Jac. Gron.*—3 'Ex Reg. notavit Lambecius *dicuntur viderine possint.* Lugd. major *multa arg. dr videri possint*, quæ nota est τοῦ *dicitur.* An volunt igitur? *multa argumenta dicit, ut videri possint.*' Idem.—4 'H. Stephanus legit, *quibus consermocinamur.*' Thys. 'Et ita sane extat in nonnullis scriptis, ut ipso Lincoln. Sed hæsitasse hoc loco librarios patet ex aliis, qui habent *quibus sermocinamur* ut est in Lugd. maj. et sic exhibuit Badiana. Sed id quod editur, probant Reg. S. Marci Flor. Lugd. min. aliique.' *Jac. Gronov.*—5 *Hoc idem fit.* Perperam quippe Stephanus ordinem harum vocum turbavit, et contra Mss.' *Idem.*

NOTÆ

[a] *Vos, inquit, cum dicimus, &c.*] Futile argumentum. Si enim voces ex se, non ex hominum instituto significarent, una semper fuisset et esset etiamnum communis omnibus lingua; quemadmodum fumus, quod naturale signum est ignis, ubique ac semper idem est.

CAP. V.

Avarus *simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.*

'Avarus' non simplex vocabulum, sed junctum copulatumque esse P. Nigidius[6] dicit in commentariorum unde-

tricesimo:[a] 'Avarus enim,' inquit, 'appellatur qui avidus æris est: sed in ea copula,[b] *e*, litera,' inquit, 'detrita est:[c] item locupletem dictum' ait 'ex compositis vocibus, qui pleraque [7] loca, hoc est, qui multas possessiones teneret.'[8] Sed probabilius id firmiusque est, quod de 'locuplete' dixit: nam de 'avaro' ambigitur: cur enim non videri possit ab uno solum verbo inclinatum,[d] quod est 'aveo:' eademque fictura,[e] qua est 'amarus?' de quo nihil [9] dici potest quin duplex non sit.

[a] *Vigesimo nono.* [b] *Conjunctione.* [c] *Elisa est.*
[d] *Derivatum.* [e] *Compositione.*

6 'Ita Ms. Reg. perinde ut in summa capitis. Sed et mox omnes Mss. *e litera inquit:* quod cur mutant in *e inquit litera?*' Jac. Gronov.—7 In Scriveriano cod. annotatum *plurima.*—8 'Vett. cod. *tenet.*' Thys. 'Certe Reg. S. Marci Flor. Lugd. uterque, Thuan. Lincoln. Petav. habent imperfectum.' *Jac. Gronov.*—9 '*Nihil* in Ms. quodam omittitur.' *Thys.*

CAP. VI.

Mulctam dictam esse ab Ædilibus plebei Appii Cæci filiæ mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.[a]

NON in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice Romæ [10] vindicatum est:[b] ita enim debere esse visa est Romanæ disciplinæ[c] dignitas inviolabilis. Appii namque illius Cæci[a] filia a ludis, quos spectaverat, exiens

[a] *Filiam Appii Cæci matronam illustrem ab ædilibus plebis damnatam esse pecuniaria pœna, quod aliquid dixisset insolentius.*
[b] *Romani puniverunt non solum actiones, sed etiam verba insolentiora.*
[c] *Institutionum Romanarum.*

10 '*Romæ* abest a Cod. Tornes. et vett. editt.' *Thys.* 'Immo ab omnibus Mss. qui a nobis adhiberi potuerunt, et est unius Stephani donum, quo carere possumus. Certe id urbis nomen non addidit in principio capitis 11.

NOTÆ

[a] *Appii ... Cæci*] Appius Claudius, cui postea Cæci cognomen est impositum, orator fuit, ut illis temporibus disertus, reipublicæ studiosus: stravit viam Appiam, et aquam Appiam derivavit in urbem. Decretum cum

turba undique confluentis[d] fluctuantisque populi jactata est: atque inde egressa cum se male habitam diceret; 'Quid me nunc factum esset,' inquit, 'quantoque arctius pressiusque conflictata essem, si P. Claudius[b] frater meus navali prælio classem navium cum ingenti civium numero non perdidisset? certe quidem majore nunc copia populi oppressa intercidissem:[e] sed utinam,' inquit, 'reviviscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miseram convexavit!' Ob hæc mulieris verba tam improba ac tam incivilia,[f] C. Fundanius et Tib. Sempronius Ædiles plebei mulctam dixerunt ei æris gravis viginti quinque millia.[g c] Id factum esse dicit Capito Ateius in commentario de judiciis publicis, bello Pœnico primo, Fabio Licino[d] et Otacilio Crasso Consulibus.[11]

[d] *Concurrentis et comprimentis.* [e] *Periissem.* [f] *Abhorrentia a moribus civis Romani.* [g] *Eam condemnarunt solvendis viginti quinque millibus æris gravis.*



lib. III. ubi materia tamen ad Romam pertinet.' *Jac. Gronov.*—11 Vett. edd. *Fabio Licinio et T. Acilio Crasso Coss.*

NOTÆ

Pyrrho fœdus persuasit ne prius sanciretur, quam ex Italia discessisset: quod accidit anno U. C. CCCCLXXX. ante Christum CCLXXIV.

[b] *P. Claudius*] Hic cum auspiciorum religionem irrideret, et pullos qui non pascerentur (quod erat mali ominis) per jocum jussisset in aquam mergi, ut biberent, quoniam esse nollent, ad Siciliam ingenti clade cum tota classe deletus est bello primo Punico. *Tullius lib.* II. *de Natur. Deor.*

[c] *Æris gravis viginti quinque millia*] Æs grave sive rude, de quo jam supra diximus, fuit nummus æris nondum signatus, sed rudis et informis, qualis primis Romanorum regum temporibus erat in usu. Ea porro summa si ad monetam nostratem reducetur, conficiet circiter CCCCXXXVII. libras Francicas: as enim Romanorum fere quinque denariis nostratibus expenditur.

[d] *Fabio Licino*] M. Fabius Licinus, et M. Otacilius Crassus, consulatum gessere anno U. C. DVIII. ante Christum CCXLVI.

CAP. VII.

Fluminum, quæ[a] ultra[12] imperium Romanum fluunt,[b] prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rhodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

OMNIUM fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci τὴν εἴσω θάλασσαν[c] appellant, maximum esse Nilum[a] consentitur: proxima magnitudine esse Histrum[b] scripsit Sallustius. Varro autem cum de parte orbis, quæ Europa dicitur, dissereret, in tribus primis ejus terræ fluminibus[c] Rhodanum esse ponit; per quod videtur eum facère Histro æmulum. Histrus[13] enim quoque in Europa fluit.

[a] *Originem habentia.* [b] *In mare qua est imperium Romanum.*
[c] *Interius mare.*

12 'Ex textu elici potest *intra* scribendum, nisi titulus, quod aliquoties contingit, non respondeat textui.' *Thys.*—13 Reg. et Lugd. major *Histros.*

NOTÆ

[a] *Nilum*] Nilus non Africæ modo, sed totius terrarum orbis maximum flumen, post decursos directo lapsu a meridie ad septemtrionem triginta et octo grados, id est, DCCCCL. leucas Gallicas per septem ostia in mare Mediterraneum evolvitur. Si obliquioris alvei ratio habeatur, a fonte ad ostium numerandæ sunt leucæ nostrates MCXXV.

[b] *Histrum*] Danubius sive Danusis, olim et Matoas auctore Stephano appellatus, maximus Europæ fluvius, ex Abnoba monte apud Tubingos ortus, ubi varias nationes alluit, delapsus in Illyricum Histri nomen accipit; ac tandem confecto quingentarum ac triginta leucarum Francicarum spatio amnibus sexaginta auctus in Pontum Euxinum, *la mer noire*, sex vastis fluminibus erumpit.

[c] *In tribus primis ejus terræ fluminibus*] Varroni non omnino erant nota Europæ flumina, cum Albis Germaniæ fluvius Rhodano sit sexaginta leucis Gallicis major, ipseque adeo Ligeris saltem viginti quinque leucis longius spatium decurrat. Rhodanus autem nedum par sit Histro, vix tertiam ejus partem exæquat.

CAP. VIII.

Inter ignominias militares, quibus milites coërcebantur, fuisse sanguinis dimissionem,[a] et quænam esse videatur causa hujuscemodi castigationis.

FUIT hæc quoque antiquitus militaris animadversio, jubere ignominiæ causa militi venam solvi[b] et sanguinem dimitti.[a] Cujus rei ratio in literis veteribus, quas equidem invenire potui, non extat: sed opinor factum hoc primitus[c] in militibus stupentis animi atque a naturali habitu declinantis; ut non tam pœna quam medicina videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinem; quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent.

[a] *Effusionem.* [b] *Aperiri.* [c] *Primis temporibus.*

NOTÆ

[a] *Sanguinem dimitti*] Id factum interpretatur Muretus, ut qui cum gloria sanguinem pro patria fundere noluerant, eum cum ignominia amitterent: Lipsius, ut esset nota meritæ mortis sed clementer condonatæ, cujus species esset modica sanguinis emissio.

CAP. IX.

Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit,[a] quæque earum instructionum[b] sint vocabula.

VOCABULA sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet, 'frons,'[a] 'subsidia,'[b] 'cuneus,'[c] 'or-

[a] *Et quo ordine Romani solebant disponere exercitum.* [b] *Dispositionum.*

NOTÆ

[a] *Frons*] Milites in principio exercitus.

[b] *Subsidia*] Copiæ auxiliares, quæ ab utraque exercitus ala legionibus erant subsidio.

[c] *Cuneus*] Quid sit jam diximus in Notis ad cap. 7. lib. III.

bis,' 'globus,'[d] 'forfices,'[14][e] 'serra,'[f] 'alæ,' 'turres.'[g] Hæc et quædam item alia invenire est in libris eorum qui de militari disciplina scripserunt. Tralata autem sunt ab ipsis rebus, quæ ita proprie nominantur: earumque rerum in acie instruenda sui[15] cujusque vocabuli imagines ostenduntur.

14 Aliter *forcipes*.—15 'Sic Mss. Verum pater margini ascripsit *suæ*.' Jac. Gronov.

NOTÆ

[d] *Orbis, globus*] Cum vel in orbem, vel in globum acies instruebatur.

[e] *Forfices*] Cum instar forficum ita sese paulatim acies explicabat, ut duplici cornu hostem constringeret.

[f] *Serra*] Serra præliari dicitur, cum assidue acceditur recediturque, neque unquam consistitur. *Paulus Diaconus ex Festo.*

[g] *Turres*] Militum globus dispositus instar turris, et firmissimus.

CAP. X.

Quæ ejus rei causa sit, quod et Græci veteres et Romani annulum in eo digito gestaverunt, qui est in manu sinistra minimo proximus.

VETERES Græcos annulum habuisse in digito accepimus sinistræ manus, qui minimo est proximus: Romanos quoque homines aiunt sic plerumque annulis usitatos. Causam esse hujus rei Apion in libris Ægyptiacis hanc dicit: quod insectis apertisque humanis corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas Græci ἀνατομὰς appellant, repertum[16] est nervum quendam tenuissimum[a] ab eo uno digito, de quo

16 Aliter *apertum, compertum*.

NOTÆ

[a] *Nervum quendam tenuissimum*] Hoc ipsum Disarius apud Macrobium lib. VII. cap. 13. confirmat, et ait se, cum prius ea de re dubitaret, libris anatomicorum postea consultis verum reperisse. Certum tamen ex humanorum corporum anatome ab annulari digito ad cor nullum ejusmodi nervum pertinere. Quid ergo? Veteres illi errarunt omnes? Minime vero. Nomine nervuli, ut notat Fortunius Licetus, arteriam aut venam

diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire: propterea non inscitum visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens et quasi connexus esse cum principatu cordis videretur.

NOTÆ

intellexerunt eam, quæ non solum media est inter digitum medium et annularem, sed etiam annularis digiti venam propriam secat; Salvatellam appellant, quod bene tractata salutem afferat: eam autem solent medici maximo ægrorum adjumento tundere in acutis febribus et in chronicis, quæ præcipuæ cordis affectiones sunt, ut observat Galenus. Haud abs re erit hic subjungere quæ Ateius Capito apud Macrobium lib. VII. Saturn. cap. 13. tradit. 'Veteribus,' inquit, 'annulus gestabatur ut quisque vellet, quacunque manu, quolibet digito. Postea factum est, ut usus annulorum exemtus dexteræ, quæ multum negotiorum gerit, in lævam relegaretur, quæ otiosior est.'

CAP. XI.

Verbum, mature, *quid significet, quæque vocis ejus ratio sit; et quod eo verbo vulgus hominum improprie utitur: atque inibi quod* præcox *declinatum* præcocis *facit, non* præcoquis.

'MATURE' nunc significat 'propere' et 'cito,' contra ipsius verbi sententiam: aliud enim est 'mature' quam quod dicitur 'propere.' [17] Propterea P. Nigidius, homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius, 'Mature,' inquit, 'est quod neque citius est neque serius: sed medium quiddam et temperatum est.' Bene atque proprie Nigidius: nàm et in frugibus et in pomis 'matura' dicuntur quæ neque cruda et immitia [a] sunt, neque caduca et decocta, [b] [18]

[a] *Acerba.* [b] *Putrida.*

17 '*Quam quod dicitur propere.* Hæc in editionibus jam olim sunt infuscata contra consensum Msstorum omnium, quorum in nullo extat istud *quod.* Et sane nihil insuper requiram *aliud enim est mature quam dicitur,* nempe modo a me, cum notavi eo sensu dici. Pergunt Mssti *Propterea P. Nigidius,* prout id novit quoque Stephanus. Sed et in Reg. mox iteratur *proprie P. Nigidius.*' Jac. Gronov.—18 In quodam cod. annotatum, *decoqua.*—19 Longe commo-

sed tempore suo adulta maturaque: quoniam autem id, quod non segniter fiebat, 'mature' fieri dicebatur, progressa plurimum verbi significatio est; et non jam quod[19] non segnius, sed quod festinantius[20] fit, id fieri 'mature' dicitur; quando ea, quæ præter sui temporis modum properata sunt, 'immatura' verius dicantur. 2. Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum Divus Augustus duobus Græcis verbis elegantissime exprimebat: nam et[1] dicere in sermonibus et scribere in Epistolis solitum esse aiunt, *σπεῦδε βραδέως*:[c] per quod monebat, ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriæ celeritas et diligentiæ tarditas. Ex quibus duobus[2] contrariis fit 'maturitas.' Virgilius quoque, si quis animum attendat, duo ista verba 'properare' et 'maturare' tanquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus:

'Frigidus agricolam siquando continet imber,
Multa, forent quæ mox cœlo properanda sereno,
Maturare datur.'[d]

3. Elegantissime ista duo verba divisit: namque in præparatu[3] rei rusticæ[e] per tempestates pluvias,[f][4] quoniam otium est, maturari potest: per serenas,[g] quoniam tempus instat,[h] properari necessum est. Cum significandum autem est coactius quid factum et festinantius; tum rectius

[c] *Festina lente.* [d] *Si aliquando frigida pluvia retinet domi aratorem, licet ei plurima facere cum otio, quæ facienda essent properanter sereno aëre.*
[e] *In præparandis instrumentis agricolarum.* [f] *Tempore pluvio.*
[g] *Tempore sereno.* [h] *Urget.*

dius legi videtur in aliis, *progressa plurimum verbi significatione non jam quod.*' Jac. Gronov.—20 Aliter *festinatius.*—1 Ita cod. Torn. Vulg. *Namque et.*—2 'Potuit dicere, *duabus.*' Jac. Gronov.—3 'Vett. editt. *properatu.* male. Vetus codex juxta Scaligerum legebat *præperatu.* Sic in compositis a 'paro' dicitur 'propero,' 'impero,' quasi 'mando, ut quis paret:' 'repero,' pro reparo, quæ tamen vocabula a 'paro' originem sumunt.' *Thys.* 'Itaque et Stephanus edidit *præperatu.* Fateri tamen cogor in Regio, duobus Lugd. extare manifeste *præparatu*, prout editum ab Aldo. Lincoln. *proparatu.*' Jac. Gronov.—4 'Vulgo *pluviasque.* Sed referendum ad 'tempestates.'' *Thys.*—5 'Bad. edit. Νόμος. in margine mei codicis ascriptum *Nomius.* Forsan nomen Fabulæ fuit *Titulus*, vel *Tutulus*, id est, 'miles.' Festus: 'Tituli milites appellantur, quasi tutuli, quod patriam tuerentur.'' *Thys.* 'Sane in Ascensianis etiam notis dicitur rectius legi Νόμος, nec scio causam. Certe cum Aldina et veteres haberent *nomen*, Seb. Gryphius notavit et anno 1539,

'præmature' factum id dicitur quam 'mature:' sicut Afranius[a] dixit in togata,[b] cui Titulus nomen est:[i 5]

'Appetis dominatum demens præmature præcocem.'[k]

In quo versu animadvertendum est, quod 'præcocem' inquit, non 'præcoquem:' est enim casus ejus rectus non 'præcoquis,' sed 'præcox.'

[i] *In comœdia quæ inscribitur Titulus.*
[k] *Insane effectas in tempestivum principatum nimis festinanter.*

edidit Νόμος, cum anno 1584. dedisset *nomen*. Hoc autem video confirmari ab Mss. omnibus non in Gellio tantum, sed et Macrobio. Id merito non turbandum judicamus.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[a] *Afranius*] 'L. Afranius poëta, homo peracutus, in fabulis quidem etiam disertus,' ut ait Tullius: scripsit comœdias, affecta jam ætate Terentii et Sex. Cæcilii Romæ floruit. Ejus operum non nisi fragmenta passim apud veteres grammaticos inveniuntur.

[b] *Togata*] Togata dicebatur comœdia scripta juxta Romanorum ritum, qui toga utebantur: sicut Græci, quorum erat proprium pallium, comœdias appellabant palliatas. Porro togatarum triplex genus fuit: aliæ prætextatæ, sive prætextæ, regum ac principum, aliæ proprie togatæ privatorum hominum, facta exhibebant: aliæ denique mixtæ, sive tabernariæ, personas togatas cum prætextatis inducebant.

CAP. XII.

De portentis fabularum quæ Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert: ibidem de simulacro volucri[a] columbæ.

LIBRUM esse Democriti nobilissimi philosophorum de vi et natura chamæleontis,[a] eumque se legisse Plinius Secun-

[a] *Volante.*

NOTÆ

[a] *Chamæleontis*] Chamæleon, si Plinio credimus, æqualis est lacerto, et aëre solo victitat. Ad colores quos videt alios quam album et rubrum teste Plutarcho variatur, non quod reipsa iis coloribus imbuatur, sed quia cum habeat instar vitri corpus pellucidum, per id videntur subjacentium rerum colores, quos deceptis oculis hærere in chamæleonte credas. Quod autem, ut ait Aristoteles in Histor. Animal. chamæleon palleacat

dus in naturalis historiæ vicesimo octavo [6] refert; multaque vana [a] atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit, ex quibus pauca hæc inviti meminimus, quia pertæsum est. Accipitrem avium [7] rapidissimum a chamæleonte humi reptante, et si eum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram; ceterisque avibus [8] laniandum sponte sua objicere sese et dedere. Item aliud ultra humanam fidem. 2. Caput et collum [9] chamæleontis si uratur ligno, quod appellatur 'robur,' [10] [c] imbres et tonitrus fieri derepente; idque ipsum usu venire, si jecur ejusdem animalis in summis tegulis [11] uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitavi, ita est deridiculæ [b] vanitatis: nisi idcirco plane posui, quod oportuit nos dicere quid de istiusmodi admirationum fallaci illecebra sentiremus, qua plerumque capiuntur [12] et ad perniciem elabuntur ingenia maxime solertia; eaque potissimum quæ discendi cupidiora sunt. 3. Sed redeo ad Plinium: sinistrum pedem ait chamæleontis ferro [13] ex igni calefacto torreri cum herba,

[b] *Ridendæ.*

6 'Numerus sic exprimitur in utroque Lugdun. Sed minor habebat *naturali*, unde patri in mentem venisse videtur *in naturali historia vigesima octava*, ut sæpe id captat Auctor.' *Jac. Gronov.*—7 'Vet. ed. *accipitrem avem rapidissimam.*' Thys. 'Sed quod nunc editur, constat probari ab Mss.' *Jac. Gronov.*—8 Plinius habet, *animalibus.*—9 Id. *guttur.*—10 Id. *roboreis lignis.*—11 Id. *tegulis* tantum.—12 'Ita restitui ex Msstis et anterioribus editis, cum ab Stephano ederetur vitiose *pleraque*, idque inciperet serpere.' *Jac. Gronov.* *Pleraque* dant Lugd. Bat. Delph.—13 Plinius, *torreri in furno.*—

NOTÆ

cum moritur, eundemque in posterum colorem retineat, inde fit, quod deficiente calore concrescat in eo sanguis aliique humores, quorum crassities prohibet ne postea colores alii transluceant. Si fides habenda sit recentioribus, qui naturam hujus animalis se diligentius explorasse dicunt, Chamæleon non induit nisi candidum colorem candido linteo involutus; quoscumque alios colores attingit, nunquam reddit. Præterea muscis alitur, quas vibrante et exerta ad medium pedem lingua captat. Modo admodum macer, modo pinguis, vix unquam pedalem excedit magnitudinem.

[a] *Multaque vana, &c.*] Mirum quid hic Gellio bilem moverit adversus Plinium, qui libro XXVIII. cap. 8. hæc afficta esse Democrito, et iis in rebus mendacia Græcæ vanitatis se magna voluptate cognovisse tradit et ut falsissima risu refellit.

[c] *Robur*] Species est arboris glandiferæ durissimæ.

quæ appellatur eodem nomine chamæleontis, et utrumque macerari unguento,[c] colligique in modum pastilli,[d] atque in vas mitti ligneum, et eum, qui id[14] vas ferat, etiam si is in medio palam versetur, a nullo videri posse. His portentis atque præstigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto. Vel illud quale est, quod idem Plinius[d] in decimo libro Democritum scripsisse asseverat? aves quasdam esse certis vocabulis;[e] et earum avium confuso sanguine gigni serpentem; eum si quis ederit, linguas avium et colloquia interpretaturum. Multa autem videntur ab hominibus istis male solertibus hujuscemodi commenta in Democriti nomen data[15] nobilitatis auctoritatisque ejus perfugio utentibus.[f] 4. Sed id quod Archytam[e] Pythagoricum commentum esse[g] atque fecisse traditur, neque minus admirabile neque tamen vanum æque videri debet: nam et plerique nobilium Græcorum et Favorinus philosophus memoriarum veterum exequentissimus[h] affirmatissime scripserunt, simulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque mechanica factum volasse: ita erat scilicet libramentis suspensum et aura spiritus inclusa atque occulta[i] concitum. Libet hercle,[k] super re tam abhorrenti a fide, ipsius Favorini verba ponere: Ἀρχύτας[16]

[c] *Pedem et herbam chamæleontis temperari unguento.* [d] *Massæ rotundæ.*
[e] *Quas nescio quibus nominibus appellat.*
[f] *Videntur autem plurimæ similes fabulæ sub nomine Democriti tradi ab illis hominibus nullius judicii, qui abutuntur præsidio ejus auctoritatis et celebritatis.*
[g] *Invenisse.* [h] *In antiquis commentariis peritissimus.*
[i] *Et impulsum flatu venti inclusi et latentis.*
[k] *Certe placet super re tam incredibili.*

14 Pronomen non est in Mss. plurimis.—15 'Admodum probabiliter hunc locum emendat, mutans *data*, in *lata*, Gebhardus ad Liv. lib. I. cap. 4.' *Otho.* —16 'Pro his in Ms. Reg. et Lugdun. maj. erat epix tacta panti nocta:

NOTÆ

[d] *Quod idem Plinius*] De novis et fabulosis avibus toto cap. 49. lib. x. Historiæ Naturalis agitur.

[e] *Archytam*] Archytas patria Tarentinus, secta Pythagoricus fuit philosophus, Platonis a Dionysio necandi vitam asseruit; sæpius populo præfectus est; sed mathematicis quam bellicis artibus longe clarior extitit. Floruit trecentis quinquaginta circiter ante Christi ortum annis. *Laërt.*

Ταραντῖνος, φιλόσοφος ἅμα καὶ μηχανικὸς ὤν, ἐποίησε περιστερὰν ξυλίνην πετομένην· ἥτις εἴποτε καθίσειεν, οὐκέτι ἀνίστατο. μέχρι γὰρ τούτου.[1]

[1] *Archytas Tarentinus philosophus simul et mechanicus cum esset, fabricavit columbam ligneam, volantem, quæ si quando consideret, non amplius exurgebat. Nam usque eo volabat.*

ubi clare vides notas duorum primorum vocabulorum; et sic finiunt, incerto quid fuerit secuturum. In Lugd. min. ΑΡΧΥΤΑC ΤΑΡΑΝΤΙΝΟC ΑΛΛΑ ΚΑΙ.' *Jac. Gronov.*



CAP. XIII.

Cum partim hominum, *qua ratione Veteres dixerint.*

'PARTIM hominum venerunt,' plerumque dicitur quod significat 'pars hominum venit,' id est, 'quidam homines:' nam 'partim,' hoc in loco adverbium est: neque in casus inclinatur, sicuti 'cum partim hominum,' dici potest; id est, 'cum quibusdam hominibus,' et quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione de re Floria ita scripsit: 'Ibi pro scorto fuit, in cubiculum surrectitavit[a] [17] e convivio, cum partim illorum jam sæpe ad eundem modum erat.' Imperitiores [18] autem 'cum parti' legunt, tanquam declinatum sit, quasi vocabulum, non dictum quasi adverbium. Sed Q. Claudius in vicesimo primo annali insolentius paulo[b] hac figura[c] est ita usus. 'Enim cum [19] partim copiis hominum adolescentem [20] placentem sibi.' Itemque Claudii in vicesimo tertio annali verba hæc sunt:

[a] *Sæpe surrexit.* [b] *Paulo magis extraordinarie.* [c] *Forma loquendi.*

17 Badianæ et aliæ quædam edd. habent *subreptitavit.* Reg. *subrectitavit.* Lugd. min. *surrecitavit.*—18 'Immo *doctiores.*' Sciopp. 'Non erat, quod sic corrigeres, Scioppi, Nostrum. Is enim refert Catonis locum, quemadmodum in corruptis codicibus legebatur; sed quem hujus rationis loquendi antiquæ ignari emendare volebant pro *cum partim,* legentes *cum parti.* Tu fortassis more tuo gravius inflixisses iis convitium, qui inscitia contra libros veteres sic sapere sibi fuissent visi.' *Otho.*—19 Vett. edd. *Eum enim cum.*—20 'Cod. Torn. *adolescentum.* Vett. edd. *adolescentium.* Et ita quoque nostri Mss.' *Jac. Gronov.* 'Quod sane non rejiciendum est.' *Otho.*

'Sed idcirco me fecisse, quod utrum negligentia partim[d] magistratuum, an avaritia, an calamitate populi Romani evenisse dicam nescio.'

[d] *Aliquorum.*

CAP. XIV.

Injuria mihi factum itur, *quali verborum ordine Cato dixerit.*

AUDIO, 'illi injuriam factum iri;' audio, 'contumeliam dictum iri,' vulgo quoque ita dici, vulgo et istam esse verborum figuram jam in medio loquendi usu:[a] idcircoque exemplis supersedeo.[b] Sed 'contumelia illi,' vel, 'injuria factum itur,' paulo est remotius. Exemplum igitur ponemus. M. Cato pro se contra C. Cassium: 'Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quæ mihi[1] per hujusce petulantiam factum itur,[c] rei quoque publicæ medius fidius miserear, Quirites.' Sicut autem, 'contumeliam factum iri,'[a] significat iri ad contumeliam faciendam, id est, operam dari quo fiat; ita 'contumelia mihi factum itur,' casu tantum immutato, idem dicit.

[a] *Frequenter usurpatam.* [b] *Abstineo.* [c] *Facienda est.*

1 Ascripsit Sciopp. 'omnino legendum *quam mihi*.' Vid. Not. Var.

NOTÆ

[a] *Factum iri*] Factum iri et faciendum esse, si grammaticos audimus, in eo differunt, quod factum iri sit oratio præsentis temporis, et significet aliquid in via esse ut fiat; at faciendum esse non denotet tempus rei faciendæ.

CAP. XV.

De flaminis Dialis deque flaminicæ [a] [2] *cærimoniis; verbaque ex edicto Prætoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad jurandum neque virgines Vestæ, neque Dialem.*

CÆRIMONIÆ impositæ flamini Diali [a] multæ, item castus [3] [b] multiplices, quos in libris, qui de sacerdotibus publicis compositi sunt, item in Fabii Pictoris librorum primo scriptos [4] legimus: unde hæc ferme sunt quæ commeminimus. 'Equo Dialem flaminem vehi religio est: [b] [c] classem procinctam [c] extra pomœrium, [d] id est, exercitum armatum, videre: idcirco rarenter flamen Dialis creatus Consul est, [e] cum bella Consulibus mandabantur: item jurare Dialem fas nunquam est: [f] item annulo uti nisi pervio casso-

[a] *Uxoris flaminis.* [b] *Nefas est.* [c] *Exercitum navalem instructum.*

2 Reg. *flaminea.*—3 Vid. Not. Var. *Castus* probant Reg. Thuan. Lugd. uterque et Memm. Gutherius tuetur *casus.*—4 *Scriptos* in quodam Ms. non

NOTÆ

[a] *Flamini Diali*] De flamine Diali consule lib. I. cap. 12.

[b] *Castus*] Castus in sacris idem est ac ritus. Unde Varro 'et religiones,' inquit, 'et castus id possunt, ut ex periculo eripiant nos.' Lipsius huic lectioni, quanquam ipsi primum placuerat, deinde substituit *cautus multiplices;* multa enim vetita flamini Diali, a quibus sibi cavere deberet. Vulgatam antiquarum editionum lectionem retinendam censet Gutherius ex veteri Glossario in quo *casus* et *κατὼν* ejusdem est notionis.

[c] *Equo Dialem flaminem vehi religio est*] Si hoc ideo fiebat, ut Festus ait, ne flamine longius abeunte sacra negligerentur, cur non ipsi curru interdictum est? Cur sellæ curulis jus habuit teste Plutarcho? Probabilius itaque videtur, quanquam anilis est superstitionis, quod tradit Plinius, equinum fel inter venena damnari: ideoque flamini sacrorum equum attingere non licere.

[d] *Pomœrium*] Quid sit intelliges ex cap. 14. lib. XIV.

[e] *Rarenter . . . creatus Consul est*] Notat Plutarchus in Quæstionibus Romanis, flaminibus Dialibus aditum ad ceteros magistratus fuisse præclusum, ne diversi generis in idem temporis punctum incidentibus negotiis, interdum Deorum cultus negligeretur.

[f] *Jurare Dialem fas nunquam est*] Quippe, ut ibidem ait Plutarchus, in rebus levioris momenti absurdum est ei non credere, cui res maximæ et sacræ creditæ sunt.

que fas non est:[g] ignem e flaminia, id est, flaminis Dialis domo, nisi in sacrum[5 h] efferri jus non est: vinctum, si ædes ejus introierit, solvi necessum est: et vincula per impluvium[i] in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti: 2. nodum in apice[6] neque in cinctu neque alia in parte ullum habet: si quis ad verberandum ducatur, si ad pedes ejus supplex procubuerit, eo die verberari piaculum est: capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset:[d] capram[k] et carnem incoctam[l] et hederam[m] et fabam[n] neque tangere Diali mos est neque nominare: propagines[o] e vitibus altius prætentos[7] non succidet:[e 8 p] pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet: et de eo[9]

[d] *Tondeat.* [e] *Non transibit per viam ubi vitium sarmenta in sublimi sunt prætenta.*

habetur.—5 Vid. inf. et Not. Var.—6 'Ita vett. edd. et recte. Quædam edd. male, *neque in apice.*' Thys.—7 Ascripsit Sciopp. 'V. C. *prætextus.* al. Ms. *prætentis.*'—8 Aliter *succedet.*—9 Ascripsit Sciopp. *et in eo.*—10 'Pater

NOTÆ

[g] *Annulo uti nisi pervio cassoque fas non est*] Apud Veteres annulorum alii fuere solidi, alii intus pervii et cassi, qui scilicet concavi amuleta adversus serpentum morsus aut quidvis aliud continerent. Hi dicebantur a Græcis φυσικοὶ δακτύλιοι, et a flamine Diale gestabantur. Aliis uti non licebat, quod cum accederent ad vinculorum similitudinem, flamines maxime omnium liberos dedecerent.

[h] *In sacrum*] Ita cum Lipsio legimus, cum prius *sacrum* tantum haberetur.

[i] *Impluvium*] Locus est, ut ait Varro, in medio domus relictus, ut lucem caperent deorsum, quo pluvia decidebat.

[k] *Capram*] Diali nefas erat capram tangere. Nempe, ut ait Plutarchus in Quæstionibus Romanis, cum capra sit lasciva, fœtida, et obnoxia epilepsiæ, metuebant ne mali contagio ad eos perveniret, qui capra vescerentur, aut etiam tangerent.

[l] *Carnem incoctam*] Quia, ut idem asserit, ab esu crudorum vulgo abhorrent.

[m] *Hederam*] Hanc affert rationem Plutarchus, quod hedera sterilis inutilisque hominibus sit, imbecillaque, et ea de causa aliis quibus innitatur opus habeat.

[n] *Fabam*] Quod scilicet faba, ut testantur Plinius et Festus, putaretur ad mortuos pertinere.

[o] *Propagines, &c.*] Hic ritus, auctore Plutarcho, designabat ab ebrietate flaminem alienissimum esse debere.

[p] *Succidet* [*succedet*] Sic legendum constat ex Plutarcho qui in cærimonias flaminis Dialis inquirens sic ait: Διὰ τίνα δὲ αἰτίαν οὐδὲ κιττοῦ θίγειν ἐφίετο τῷ ἱερεῖ τοῦ Διὸς, οὐδὲ ὁδὸν διελθεῖν ἀναδενδράδος ἄνωθεν διατεταμένης; 'Quam ob causam neque ederam tangere li-

lecto triuoctium continuum non decubat:[f] [10] neque in eo lecto cubare alium fas est, neque apud [11] ejus lecti fulcrum capsulam [12] [q] esse cum strue [r] atque ferto [13] [s] oportet: unguium Dialis et capilli segmina subter arborem felicem [14] [t] terra operiuntur. 3. Dialis quotidie festatus est: [15] [u] sine apice [x] sub divo [g] esse licitum non est: sub tecto uti [16] liceret, non pridem a pontificibus constitutum.' Massurius Sabinus scripsit, et alia talia quædam remissa: [h] [17] gratiam-

[f] *Non decumbit extra illum lectum per tres noctes continuas.*
[g] *Sub patente cœlo.* [h] *Indulgenter concessa.*

putabat legendum *secubat*. Nam decubare idem quod decumbere.' *Jac. Gronov.*—11 Ascripsit Sciopp. *atque apud.*—12 Vet. cod. *capsam.*—13 Vulg. *ferro.*—14 Vulg. *siliquam.*—15 'Quidam legunt *testatus*, quod quocumque loco decedat, non moriatur intestatus. Turnebus legit *feriatus*. H. Stephanus *fertatus*, id est, fertis instructus: Nisi legendum sit *fertarius*. Utique qui liba afferebant strufertarii dicebantur.' *Thys.* 'Prousteus exclamat mirum in hoc loco quantum se torqueant interpretes. At illi non tam se torquent, quam quidem ipse nugatur et cæcus est. Unde enim probet illud *fertatus*, habet nihil. An et *libatus* dicetur, cui suppetit libum? Libri veteres habent simpliciter aut *sertatus*, aut *fertatus*, aut *fertantus*, quod erat in Thuanæo. Ego ex his eligo *ferratus*, ut dicatur in vestitu habuisse aliquid ferri, quo nempe apex erigatur et in altum extendatur, ne remissi aliquid aut laxi ostendat. Hoc enim exemplum afferre malo, quia Lipsius ex verbis, quæ supra occurrunt, *nodum neque in apice*, vocem secundam delet, cum aliter curatus apex potuerit esse in reliquis sacerdotibus, aliter in flamine Diali.' *Jac. Gronov.* *Sertatus* probat Falster.—16 Aliter *utiliter*.—17 '*Sabinus scripsit et alia talia . . . dicit*. Equidem nemo non videt hæc verba esse molestiora, et unus est Stephanus, qui sic edere incepit, cum antea legerent *Sabinus scripsit et alia quædam* omisso vocabulo *talia*. Sed et in postremis alia est in Mss. lectio: nempe *remissa; gratiaque aliquot cerimoniarum facta dicitur*.

NOTÆ

cet flamini Diali, neque viam transire ubi vitium propagines sursum extentæ sunt?' In aliis editionibus habetur *succidet*.

[q] *Capsulam*] Quæ parva est arca a capiendo sic nominata.

[r] *Strue*] Strues proprie dicitur lignorum congeries; hic genus est libi quod adolebatur in sacris.

[s] *Ferto*] Fertum genus item libi, quod multis ac variis rebus farciretur, a farciendo dictum.

[t] *Arborem felicem*] Quæ sit arbor felix Veteres non omnino consentiunt. Eam esse censet Cato, quæ fructum fert, infelicem vero quæ nullum producit.

[u] *Festatus* [*fertatus est*] Flamen cui quotidie suppetebant quæ prius descripsimus ferta, dicebatur fertatus. Mirum in hoc loco quantum se torqueant interpretes: alii *festatus*, alii *feriatus*, quidam *testatus*, nonnulli etiam *fertarius* legunt. At quorum felicior est conjectura?

[x] *Apice*] 'Apex,' inquit Festus, 'sacerdotum insigne, dictus est ab eo quod comprehendere vinculo, antiqui apere dicebant.'

que aliquot cærimoniarum factam dicit: 'Farinam fermento imbutam[y] attingere ei fas non est: tunicam intimam, nisi in locis tectis, non exuit, ne[18] sub cœlo, tanquam sub oculis Jovis, nudus sit: super flaminem Dialem in convivio, nisi rex sacrificulus,[z] haud quisquam alius accumbit:[i] uxorem si amisit, flaminio decedit:[k] matrimonium flaminis nisi morte dirimi[19] non est jus: locum, in quo bustum est,[l] nunquam ingreditur: mortuum nunquam attingit: funus tamen exequi non est religio.[m] 4. Eædem ferme cærimoniæ sunt, quas flaminicas[20] Diales seorsum aiunt observitare:[n] veluti est; quod venenato[1 a] operitur,[o] et quod in rica[2 b] surculum de arbore felici habet: et quod scalas, nisi quæ Græcæ appellantur,[3] eas escendere ei plus tribus gradibus

[i] *More Veterum mensæ accumbit.* [k] *Officio flaminis se abdicat.*
[l] *In quo est cadaver combustum.* [m] *Non est vetitum celebrare exequias.*
[n] *Uxores flaminis Dialis dicunt sæpe observare.* [o] *Vestitur.*

Hinc ascripsit Pater margini suo. Lege: *sub tecto uti liceret, non pridem a pontif. constitutum Mass. Sabinus scribit. Et alia quædam remissa, gratiaque aliquot cerimoniarum facta dicitur.* Ubi istud *uti liceret* acutissime ab illo repertum ex lectione Ms. *utiliter et*, quam expressit Stephanus, cum inde editores fecissent *uti libet et.*' Jac. Gronov.—18 Multi ex Mss. innuunt Gellium scripsisse *tunica intima nisi in locis tectis non exuit se.* Ascripsit Sciopp. 'V. C. *exuisse. f. exuit se.*'—19 Vet. cod. *dirumpi.*'—20 'Vett. editt. *Flaminicas sacerdotissas Dialis.*' Thys. 'Pro quo Scaliger ad Festum pag. 72. citat '*sacerdotulas.* Si de industria, quid tentavisset, si scivisset infra in Regio Ms. ex edicto Prætoris haberi *sacerdotalem* vel *sacerdotulam Vestalem?*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. *flaminicas quas.*—1 'Vulgo male legebatur, *bene nato.*' Thys. Ascripsit Sciopp. 'fortass. *vero nato.* Scal.'—2 'Vulgo *virica.* L. Fruterius lib. III. c. 2. in Ms. Lovaniensi *in rica* se invenisse testatur.' *Thys.*—3 Vid. Not. Var. 'Ceterum illud *nisi* ab Scaligero insertum non occurrit in ullo Ms. sed Lincoln. habet, *religiosum non est.* Omnino illud *nisi* potest abesse.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *scalam: et κλῖμαξ appellatur.*—

NOTÆ

[y] *Farinam fermento imbutam*] Cujus ritus hanc affert rationem Plutarchus, quod farina alimentum sit imperfectum et crudum, neque enim manet id quod erat triticum, neque factum est id quod fieri debuit nimirum panis.

[z] *Rex sacrificulus*] Pulsis Roma regibus tradit Livius lib. II. Regem sacrificulum creatum esse, qui, quanquam penes eum esset sacrorum cura, subesset pontifici, ne nimia potestas odiosum per se nomen in invidiam magis adduceret.

[a] *Venenato*] Venenatum fuit pallii genus flaminicæ proprium, quod, quia venenatum erat sive imbutum flammeo colore, dictum est venenatum.

[b] *Rica*] Quadratum vestimentum purpureum et fimbriatum, quo pro palliolo utebantur flaminicæ.

religiosum est:[p] atque etiam cum it ad Argeos,[e] quod neque comit[q] caput neque capillum depectit.' Verba Prætoris ex edicto perpetuo de flamine Diali et de sacerdote Vestæ ascripsi: SACERDOTEM. VESTALEM. ET. FLAMINEM. DIALEM. IN. OMNI. MEA. JURISDICTIONE. JURARE. NON. COGAM. Verba M. Varronis ex secundo rerum divinarum super flamine Diali hæc sunt: 'Is solus album habet galerum, vel quod maximus est, vel quod Jovi immolata hostia alba[4] fieri oporteat.'

[p] *Vetitum est.* [q] *Ornat.*

4 'Vett. editt. *albato.*' Thys. 'Et sic Ms. S. Marci Flor. cum Lugd. min. et Scheff. At Reg. Thuan. Lugd. maj. *alba id fieri.* Freinshemius interim non dubitat vocem *immolata* hinc delere, quasi fuerit, *quod Jovi hostia albata fieri oporteat*, in Indice Flori v. 'Dubium.' Etiam omnes ante habent *vel quod maximus*, sine verbo *est*, quomodo edidit Stephanus, nec assequor, cur mutari placuerit.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *alba id fieri.*

NOTÆ

[e] *Argeos*] Argei, auctore Festo, erant scirpea simulacra quæ per Vestales virgines singulis annis projiciebantur in Tiberim. Argeos quasi Argivos tradit in Problematis Plutarchus appellatos fuisse: solebant enim antiquissimis temporibus qui ad Tiberim habitabant captos Græcos, qui Argivi dicuntur, in fluvium præcipites dare. Hanc consuetudinem sustulit Hercules, ut refert Dionys. Halicarn. lib. I. ac ne quis neglectæ religionis scrupulus in superstitiosis animis resideret, suasit ut pro hominibus simulacra lignea numero triginta quotannis Idibus Maii de ponte Sublicio in Tiberim dejicerent. Hunc ritum descripsit Ovidius in Fastis: 'Tunc quoque priscorum virgo simulacra virorum Mittere roboreo scirpea ponte solet.'

CAP. XVI.

Quos errores Julius Higinus in sexto Virgilii[a] animadverterit in historia Romana erratos.[b]

REPREHENDIT Higinus Virgilium, correcturumque eum fuisse existimat, quod in libro sexto scriptum est. Pali-

[a] *Æneidos libro.* [b] *Admissos contra historiam Romanam.*

nurus est apud Inferos, petens ab Ænea, ut suum corpus requirendum et sepeliendum curet. Is hoc dicit:

'Eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
Injice, namque potes, portusque require Velinos.'[c]

Quo, inquit, modo[a] aut Palinurus novisse et nominare potuit portus Velinos, aut Æneas ex eo nomine locum invenire, cum Velia oppidum, a quo portum, qui in eo loco est, Velinum dixit, Servio Tullio[b] Romæ regnante, post annum amplius sexcentesimum, quam Æneas in Italiam venit, conditum in agro Lucano[c] et eo nomine appellatum est? nam qui ab Harpalo, inquit, regis Cyri[d] præfecto ex terra Phocide[e] fugati sunt, alii Veliam, partim Massiliam[f] condiderunt. 2. Inscitissime[d] igitur petit ut Æneas portum Velinum requirat, cum id nomen eo tempore fuerit

[c] *Invicte Ænea, libera me ab his miseriis, aut tu me tege humo, nam hoc tibi facile est, et adi portus Velinos.* [d] *Ineptissime.*

NOTÆ

[a] *Quo, inquit, modo*] Facilis est Virgilii defensio, si dicatur non loqui de urbe, sed de campis et flumine, quæ semper fuerant: Veliam enim oppidum Lucaniæ a fluvio præterfluente dictam auctor est Stephanus. Porro ibi sita fuit ubi nunc est *Castel a mar della Brucca.*

[b] *Servio Tullio*] Servius Tullius VI. rex Romanorum regnum iniit an. U.C. CLXXVII. post adventum Æneæ DCVII. ante Christi ortum DLXXVII. Servius hic a fortuna propria nomen habuit, quod eum serviens peperisset Ocrisia captiva. Scribunt Livius et Dionysius eum XLIV. annis regnasse; execrando generi sui Tarquini et filiæ parricidio periit.

[c] *Lucano*] Lucanus ager in Italia sic dictus a Lucanis populis, nunc vulgo appellatur *Basilicata.*

[d] *Cyri*] Cyrus Primus rex Persarum, cum avum Astyagem imperio Medorum exuisset regni Persici fundamenta jecit anno I. Olymp. LV. ante Christum DLX. multis provinciis ditioni Persicæ adjunctis, cum bellum intulisset Massagetis, anno regni XXX. exceptus insidiis cum toto exercitu periit. Resectum ejus caput regina Tomyris in utrem humano sanguine repletum injecit, insatiabilem sanguinis sitim exprobrans. *Herodot. Justin.*

[e] *Phocide*] Phocidem a Phocæa non distinguit hic Gellius, errore Veteribus satis familiari. Phocis erat in Græcia, in Ionia Phocæa, cujus incolæ continuis Persarum incursionibus vexati, diris devota patria sese mari commisere, ac post varios casus in Galliam appulsi Massiliam condidere Cyri temporibus.

[f] *Massiliam*] Urbs in Narbonensi provincia, ad mare Mediterraneum; vulgo *Marseille.*

nusquam gentium: neque simile, inquit, illud videri debet, quod est in primo carmine:[e]

> 'Italiam fato profugus Lavinaque venit
> Littora:'[f]

Et æque in sexto libro:

> 'Chalcidicaque[g] levis tandem superastitit arce.'[g]

Quoniam poëtæ ipsi quædam κατὰ πρόληψιν[h] historias dicere ex sua persona concedi solet, quæ facta ipse postea scire potuit: sicut Virgilius scivit de Lavinio oppido et de colonia Chalcidicensi. Sed Palinurus qui potuit, inquit, scire ea quæ post annos sexcentos facta sunt? nisi quis eum divinasse apud Inferos putat, proinde ut animæ defunctorum solent. 3. Sed et si ita accipias, quanquam non ita dicitur, Æneas tamen, qui non divinabat, quo pacto potuit requirere portum Velinum, cui nomen tunc,[5] sicuti diximus, nullum usquam fuit? Item hoc quoque in eodem libro reprehendit, et correcturum esse[6] Virgilium putat nisi mors[7] occupasset: nam cum Thesea, inquit, inter eos nominasset, qui ad Inferos adissent ac redissent; dixissetque,

> 'Quid Thesea, magnum
> Quid memorem Alciden? et mi genus ab Jove summo
> est:'[i]

postea tamen infert:

> 'sedet, æternumque[h] sedebit
> Infelix Theseus.'[8] [i]

[e] *Initio primi libri Æneidos.*
[f] *Venit in Italiam et littus Lavinum fugiens patriam voluntate Deorum.*
[g] *Et agilis tandem requievit super arce Cumana.*
[h] *Per anticipationem.*
[i] *Quid referam Thesea et magnum Herculem, qui vivi adierunt Inferos? et ego originem traho a summo Jove.*

5 'Lambecius in margine notavit *cujus*; quod cum Pater opinaretur ab eo ascriptum esse ex Ms. Regio, videtur illi placuisse. Sed nec ego nec frater id ipsum vidimus.' *Jac. Gronov.*—6 Aliter *fuisse.*—7 'Mss. Reg. et Lugd. maj. habent *mori*, quod etiam ferri potest.' *Jac. Gronov.*—8 'Brodæus lib. I.

NOTÆ

[g] *Chalcidica*] Cumæ urbs Lucaniæ sita ad mare, ab iis exstructa est qui Chalcide in Eubœa venerunt in Italiam, unde arx Cumana dicitur Chalcidica.

[h] *Sedet, æternumque*] Hic facile po-

4. Qui autem, inquit, fieri potest, ut æternum apud Inferos sedeat, quem supra cum iis commemorat,[9] qui descenderint illuc, atque inde rursum evaserint; præsertim cum ita sit fabula de Theseo atque si Hercules eum evellerit de petra,[10] et in lucem ad Superos[k] eduxerit. Item in his versibus errasse Virgilium dixit:

'Eruet ille Argos[1] Agamemnoniasque Mycenas,[k]
Ipsumque Æaciden, genus armipotentis Achilli;
Ultus avos Trojæ, templa et temerata[11] Minervæ.'

5. Confudit,[l] inquit, et personas diversas et tempora: nam neque eodem tempore neque per eosdem homines cum Achæis et cum Pyrrho bellatum est.[12] Pyrrhus enim, quem

[k] *Ad terram.*
[1] *Evertet Argos, et Mycenas sedem regis Agamemnonis, et ipsum Æaciden stirpem bellicosi Achillis, ulciscens avos suos Trojæ et templa Minervæ violata.*

Miscell. pro *Infelix Theseus*, legit *Tereus*, sed contra fidem exemplarium.' *Thys.*—9 Delph. *nominat.*—10 Eadem ed. *e petra.*—11 Cod. Torn. *intemerata.* —12 '*Cum Pyrrho bellatum.* Auget Ms. Reg. *cum Pyrrho in Italia bellatum*, sed quæ videtur frustranea repetitio, præsertim cum et plane habeat *in Italiam*,

NOTÆ

test purgari Virgilius. Esto enim post mortem sedeat æternumque sit sessurus Theseus; at vivus Inferis perlustratis ad terras evaserat; quod idem ut sibi accidat deposcit Æneas.

[i] *Theseus*] Ægei regis Athenarum filius, nomen suum inter heroas antiquitatis clarissimos variis rebus fortiter gestis consecravit. Cum amico Pirithoo penetravit in Inferos ad rapiendam Proserpinam: sed occiso Pirithoo in vincula raptus est, quibus eum vindex Hercules paulo post exsolvit. Ita fabulæ. Sed Philochorus apud Eusebium ait Proserpinam raptam fuisse ab Ædoneo, id est, Orco sive Plutone rege Molossorum in Epiro: hujus horrendus canis nomine Cerberus Pirithoum devoravit, qui ad raptum uxoris cum Theseo venerat; Thesea jam in mortis periculo constitutum cum liberasset Hercules, ab Inferis eruisse dictus est.

[k] *Mycenas*] Mycenæ oppidum Argiæ in Peloponneso, Sophiano est *Agios Adrianos*, sive ut Galli dicimus *Saint Adrien.*

[l] *Confudit*] Immo vero confundit omnia atque permiscet Hyginus ipse Virgilii mentem non assecutus, Æaciden scilicet interpretatur esse Pyrrhum Epirotarum regem, atque inde concludit hos versus nec in temporum rationem nec in easdem convenire personas. At per Æaciden interpretes optimi contendunt intelligendum esse Persen ultimum Macedoniæ regem qui cum ab Achille genus duceret, recte dici potuit Æacides. Ita nempe Propertius: 'Et Persen proavi simulantem pectus Achilli.' Devictus est autem ac per triumphum ductus a Paulo Æmilio.

ficit Æaciden, de Epiro in Italiam transgressus cum Romanis depugnavit adversus M. Curium[13] in eo[14] bello ducem. Argium[15] autem bellum, id est, Achaicum, multis post annis a L. Mummio Imperatore gestum est: potest, inquit, igitur medius eximi versus, qui de Pyrrho importune[m] immissus est: quem Virgilius proculdubio exemturus, inquit, fuit.

[m] *Perperam.*

quod mox sequitur.' *Jac. Gronov.*—13 Vett. edd. legunt *Manium Curium.*—14 Ms. quoddam *eodem.*—15 Vett. edd. pro *Argium* legunt *Argivum.*

CAP. XVII.

Quam ob causam et quali modo Democritus philosophus luminibus oculorum sese privaverit, et super ea re versus Laberii pure admodum et venuste facti.

DEMOCRITUM philosophum in monumentis historiæ Græcæ scriptum est, virum præter alios venerandum, auctoritateque antiqua præditum, luminibus oculorum sua sponte se privasse;[a] quia existimaret cogitationes commentationesque animi sui in contemplandis naturæ rationibus vegetiores et exactiores fore,[a] si eas videndi illecebris et oculorum impedimentis liberasset. Id factum ejus modumque ipsum, quo cæcitatem facile solertia subtilissima conscivit,[16] La-

[a] *In considerandis rebus naturalibus fore acriores et diligentiores.*

16 'Male emendat H. Steph. *concivit.*' Thys.—17 Ascripsit Sciopp. *quem*

NOTÆ

[a] *Luminibus oculorum sua sponte se privasse*] 'Democritus,' inquit Cicero lib. v. de Finib. 'vere falsone dicitur oculis se privasse, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur.' Itaque Tullius de voluntariæ illius cæcitatis veritate dubitat. Verum audacius Plutarchus, qui libro de Curiositate, de illius falsitate non ambigit.

berius poëta in mimo,[b] quem scripsit[17] Rest[c] versibus quidem satis munde atque graphice[d] scripsit; sed causam voluntariæ cæcitatis finxit vertitque in eam rem quam tum agebat, non incon[e] 2. Est enim persona, quæ hæc apud Laberium dici avari et parci, sumtum plurimum asotiamque[19] ado[a] viri[20 a] deplorantis.[f] Versus Laberiani sunt:

'Democritus Abderites[g 1] physicus philosophus
Clypeum constituit[h] contra exortum Hyperionis[c]
Oculos effodere ut posset splendore æreo.
Ita radiis Solis[2] aciem effodit luminis,
Malis bene esse ne videret civibus.
Sic ego fulgentis splendorem[3] pecuniæ
Volo[4] lucificare[5] exitum ætati meæ;
Ne in re bona esse videam[6] nequam filium.'

[b] *Comœdia.* [c] *Qui est inscriptus Restio.* [d] *Pure et eleganter.* [e] *Non inepte.* [f] *Qui lamentatur maximas impensas et luxuriam adolescentis* [g] *Ex urbe Abdera.* [h] *Collocavit clypeum ad Solem orientem, ut fulgor æreï clypei posset eum visu privare. Sic lumine Solis sibi abstulit lumen oculorum ne videret malos cives bonis frui. Sic ego cupio ut fulgor radiantis pecuniæ privet luce finem vitæ meæ, ne videam filium improbum habentem bonam pecuniam.*

---

inscripsit.—18 'Vett. edd. male legunt, *Rectiorem* vel *Rectorem.*' Thys.—19 'Vett. editt. habent ἀσωτίαντε, et adduntur interpretis verba, id est, *luxumque et propinationem.* Unde Stephanus conjectabat *popinationem*, sed frustra, cum nihil sit in Mss. Sed et Joh. Mellerus Palmerius eadem conjectura fruebatur in Spicilegio VII. pag. 108. Immo Brixienses clare jam habent *luxumque et popinationem.*' Jac. Gronov.—20 'Vett. editt. recte, *filii.* Si viri retineatur, Græcismus est, qui ἄνδρα γέροντα, vel νέον dicunt.' *Thys.* 'Immo ex Mss. et quidem nostris omnibus, restitutum istud *viri*; et quid opus est audire nunc de filio, cum id fiat in ipso fragmento?' *Jac. Gronov.*—1 'Ita restituit hos versus H. Stephanus, cum in aliis editionibus confuse admodum legerentur. Turnebus lib. XIV. Advers. cap. 18. versum 6. et seq. ita legebat, *Sic ego splendore fulgenti pecuniæ Volo elucificare exitum ætatis meæ.* Idem lib. XXVIII. cap. 32. pro *elucificare* legit, *luscificare*, id est, cæcare.' *Thys.*—2 Lambinus legebat *Radiis Solis sibi.*—3 Nonius, *splendore.* Vett. edd. *splendore in pecuniam.* Lambinus legebat, *splendore fulgentis pec.* Ascripsit Sciopp. *fulgenti splendore in pecuniam.*—4 Cod. Torn. *velo.*—5 '*Elucificare. Luce privare.* Citat quoque hunc locum proculdubio ex Gellio Nonius. Vett. editt. legunt *lucificare.*' Thys. 'Magnus labor ingeniorum. In quibus mirari opor-

NOTÆ

[a] *Adolescentis viri*] Est hic Hellenismus, ut notat H. Stephanus, ut enim ἄνδρα γέροντα virum senem dicunt Græci, ita et ἄνδρα νέον virum adolescentem.

[c] *Hyperionis*] Hyperion Solis pater, a poëtis usurpatur aliquando pro ipso Sole.

et doctissimum G. J. Vossium in Etymologico istud *elucificare* proferentem, ac si plane constaret Laberium sic usurpavisse, a quo longissime abest. Neque enim ullus nunc *eluco* locus est; nec etiam vel unus codex Ms. primam istam literam probat, ut non assequar, unde Nonio illud verbum obtigerit, sive ex ipso Laberio sive ex Gellio. Ego autem in Nonio Ms. illic inveni '*Elucificare, lucidare, dictum a luce.*' Certe jam ubique in antiquis libris occurrit vel *lucificare* vel *lucrificare* vel *ludificare*, pro quo Turnebus libro citato reposuit *luscificare*, quem non placet indictum præteriri ab Vossio, dum verbo alienissimo, quod idcirco expuli ex hac editione, nimis inhiat. Lector eligat.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'al. *ludificare. Velo lucificare.* Turn. *luscificare.* mox *ætatis* pro *ætati*.' Delph. et Lugd. Bat. *elucificare*.—6 Lamb. *videam esse.*

CAP. XVIII.

Historia de Artemisia, deque eo certamine quod apud Mausoli sepulcrum a scriptoribus inclytis decertatum est.

ARTEMISIA [a] Mausolum virum amasse fertur supra omnis amorum fabulas, ultraque affectionis humanæ fidem.[a] Mausolus autem fuit, ut M. Tullius ait, rex terræ Cariæ;[b] ut quidam Græcarum historiarum scriptores, provinciæ Græciæ [7] præfectus. Satrapen [8] [c] Græci vocant. Is Mau-

[a] *Plus quam sit credibile de amore hominum.*

7 'Forte *Cariæ*. Lipsius legendum putat, *Provinciæ Præfectus*, vel *Provinciæ a Rege Præfectus*: in cod. Torn. legitur *Græcæ*, quod Casaubonus interpretatur de Asiaticis Græcis, non iis qui in Græcia. Alioquin Græcia nunquam a Rege Persarum in provinciam redacta fuit.' *Thys.* 'Sane est hoc unicum exemplum satrapiæ hujus Persicæ, et ideo suspectum viris doctissimis, sed non etiam Mstis libris, qui omnes confirmant illud *Græciæ* vel *Græcæ*. Itaque licet Lipsius molliter et speciose succurrat, (quod non dixerim, probaritne pater, an perstiterit in *provinciæ Cretæ*, quod certe illi fuit in mente,) ego tamen illam ejicere timens, videndum censeo, an non convenerit arrogantiæ Asiaticæ, postquam Persarum reges bellare cum Græcis inceperunt, tunc ab illis satrapias auctas fuisse, unamque dictam satrapiam Græciæ, etsi auctores vulgo nobis non indicent nisi satrapas Phrygiæ, Lydiæ, Ioniæ, Cariæ, etiam maritimæ oræ.' *Jac. Gronov.*—8 Græcis literis σατράπην

NOTÆ

[a] *Artemisia*] Artemisiam regnasse temporibus Philippi Macedonis, annis scilicet ante Christum circiter CCCLXIV. hinc facile colligitur, quod ad Mausoli demortui laudes celebrandas convenisse dicantur Isocrates ejusque discipulus Theopompus, et alii quorum nomen illis temporibus florebat.

[b] *Cariæ*] Caria Asiæ Minoris regio, quæ provincia Græciæ hoc sensu dici potest, quod incolæ lingua Græcorum uterentur. Nunc dicitur *Aidinelli.*

[c] *Satrapen*] Præfectum provinciæ significat hoc vocabulum, quod licet

solus ubi fato perfunctus[b] inter lamenta et manus uxoris funere magnifico sepultus est; Artemisia luctu atque desiderio mariti flagrans uxor ossa cineremque ejus mixta odoribus contusaque in faciem pulveris aquæ indidit,[c] ebibitque: multaque alia violenti amoris indicia fecisse dicitur. Molita quoque est ingenti impetu operis,[d] conservandæ mariti memoriæ,[9] sepulcrum[d] illud memoratissimum, dignatumque[e][10] numerari inter septem omnium terrarum spectacula. 2. Id monumentum Artemisia cum Dis Manibus[11][e] Mausoli dicaret; ἀγῶνα,[f] laudibus ejus dicundis, facit; ponitque præmia pecuniæ aliarumque rerum bonarum amplissima. Ad eas laudes decertandas[g] venisse dicuntur viri nobiles ingenio atque lingua præstabili[h] Theopompus,[f] Theodectes,[g] Naucrites.[12] Sunt etiam qui Isocratem ipsum cum iis certavisse memoriæ mandaverint.[i] Sed eo certa-

[b] *Postquam e vita decessit.* [c] *Comminuta in modum pulveris posuit in aqua.* [d] *Præterea ædificavit maxima lapidum mole.* [e] *Creditum dignum.* [f] *Certamen.* [g] *Certatim prædicandas.* [h] *Eloquentia excellenti.* [i] *Scriptis tradiderint.*

cod. Torn. legit.—9 Vett. edd. addunt, *causa*. Secus in Ms.—10 Reg. *dignumque*.—11 'Vett. edd. legunt *Diis M. Sacris*. Manusc. *Dis manibus sacris:* forsan *D. M. S.*' Thys.—12 Scribendum monet Valesius, *Theodectes Naucratites*. Ascripsit Sciopp. *Naucrates*.

NOTÆ

a Græcis sit usitatum, tamen a Persica lingua originem ducit.

[d] *Sepulcrum*] Regis nomine dictum est Mausoleum, a cujus operis similitudine magnificentissima quæque sepulcra Mausolea sunt nominata.

[e] *Dis Manibus* [*D. M. S.*] Sepulcrorum elogiis præfigebantur hæ literæ D. M. S. quæ *Diis Manibus sacrum* id esse monumentum indicabant. Porro Manes sunt animi a corporibus soluti.

[f] *Theopompus*] Chius, clarissimus, Dionysio Halicarnasseo teste, omnium Isocratis discipulorum. Auctor est Suidas eum historiarum Herodoti epitomen scripsisse. Refert Josephus Theopompum, cum vellet ex scripturis sacris quædam in suas historias transferre, mente turbatum fuisse; cumque in somno didicisset, id accidisse, quod evulgare divina tentasset, ab incepto destitisse, pristinæque sanitati esse restitutum. Floruit annis ante Christum circiter CCCL.

[g] *Theodectes*] Is oriundus e Cilicia, fuit Platonis, Isocratis, et Aristotelis discipulus: poëtices et eloquentiæ laude floruit. Narrat Josephus eum, cum fabulis suis vellet inserere nonnulla ex divinis scripturis divinitus fuisse visu orbatum. Obiit Athenis annos natus XLI.

mine vicisse Theopompum judicatum est. Is fuit Isocratis discipulus. Extat nunc quoque Theodecti tragœdia, quæ inscribitur, Mausolus: in qua eum magis quam in prosa placuisse Higinus in exemplis refert.

CAP. XIX.

Non purgari neque levari [a] [13] *peccatum, dum prætenditur peccatorum, quæ alii quoque peccaverunt, similitudo; atque inibi verbum ex oratione super ea re Demosthenis.*

INCESSEBAT [b] quempiam Taurus philosophus severa atque vehementi objurgatione adolescentem a rhetoribus et a facundiæ studio [14] ad disciplinas philosophiæ transgressum: [c] quod factum quidem [15] esse ab eo diceret inhoneste et improbe; at ille non ibat inficias fecisse, [d] [16] sed id solitum esse fieri defendebat, turpitudinemque delicti exemplorum usu et consuetudinis venia [17] deprecabatur: [e] atque ibi Taurus isto ipso defensionis genere irritatior, Homo, inquit, stulte et nihili, si te a malis exemplis auctoritates et rationes philosophiæ non abducunt; ne illius quidem Demosthenis vestri sententiæ tibi in mentem venit? quæ, quia lepidis et venustis vocum modis vincta est, [f] [18] quasi quædam cantilena rhetorica, facilius adhærere memoriæ tuæ

[a] *Non excusari neque tolli.* [b] *Reprehendebat.*
[c] *Qui relicta rhetorica et eloquentiæ facultate se contulerat ad doctrinas philosophicas.* [d] *Non negabat se male fecisse.* [e] *Excusabat.*
[f] *Numeris cohæret.*

13 '*Neque lavari.* Cod. Torn. *levari*, ubi et post *similitudo*, hæc adduntur, *atque inibi verba ex oratione super ea re Demosthenis.* Sicuti etiam in Editt. vett. habetur.' *Thys.* 'Immo sunt et in Mss. unde restitui, et *lavari* locum habet alibi, non hic.' *Jac. Gronov.* Verba post *similitudo* non habentur in Delph. et Lugd. Bat.—14 '*A rhetoribus et a facundiæ studio.* In Ms. quodam hæc verba non habentur: verum tamen retine.' *Thys.* Tentabat J. F. Gronov. *ad rhetores et facundiæ studium a disciplinis philosophiæ.*—15 Vett. edd. *quiddam.* *Quidem* legitur in Lincoln. Sed Mss. reliqui constanter *quidam.*—16 *Fecisse* in quodam Ms. abest.—17 Legitur quoque *consuetudine veniam.*—

potuit: nam si me, inquit, non fallit, quod quidem in primore[19] pueritia legerim,[g] verba hæc sunt Demosthenis, adversus eum, qui, ut tu nunc facis, peccatum suum peccatis alienis exemtum purgatumque ibat: *Σὺ δὲ μὴ λέγε,[h] ὡς γέγονεν οὕτω πολλάκις, ἀλλ' ὡς προσήκει[20] γίγνεσθαι. οὐ γὰρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφύγοις ἂν δικαίως· ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ, εἴτις ἐκείνων προήλω,[1] σὺ τάδ' οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως, ἂν σὺ νῦν ἁλῷς,[2] ἄλλος οὐ γράψει.* Sic Taurus omni suasionum admonitionumque genere utens sectatores suos ad rationes bonæ inculpatæque indolis ducebat.

g *Si enim, ait, id mihi non excidit, quod ego etiam puerulus legi.*
h *Tu vero ne dicas factum esse ita sæpe, sed hoc decere fieri. Non enim si quid aliquando non secundum leges actum est, tu vero hoc imitatus fueris, propter hoc effugias jure: sed multo magis condemnandus sis. Ut enim si quis illorum prius damnatus esset, tu hæc non scripsisses, ita si tu nunc damneris, alius non scribet.*

18 In quodam Ms. *juricta.*—19 Vett. edd. *primori:* quod et ascripsit Sciopp.—20 Vulg. ἀλλ' οὐχ ὡς προσήκει. Ascripsit Sciopp. ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει.—1 Vett. edd. εἰ τὶς ἑάλω.—2 In Demosthene hodie legitur, ἂν σὺ νῦν δίκην δῷς.

CAP. XX.

Quid sit rogatio, *quid* lex, *quid* plebiscitum, *quid* privilegium, *et quantum ista omnia*[3] *differant.*

QUÆRI audio, quid 'lex' sit, quid 'plebiscitum,' quid 'rogatio,' quid 'privilegium.' Ateius Capito publici privatique juris peritissimus, quid 'lex' esset, hisce verbis definivit. 'Lex,' inquit, 'est generale jussum[a] populi aut

3 In quodam Ms. *nomina.*—4 '*Cephaleaque, acarne.* Hoc sufficit ita nunc

NOTÆ

a *Lex, inquit, est generale jussum, &c.*] Ita legem definit Capito. At quid? Si rogante magistratu populus aut plebs turpe aliquid aut injustum præcipiat, hoccine videbitur lex quæ juris et æqui regula dicitur? Rectius itaque legem dixeris regulam morum stabilem ex superioris auctoritate consociationi hominum atque communitati ad ipsius bonum impositam.

plebis rogante[a] magistratu.' Ea definitio si probe facta est; neque de imperio Cn. Pompeii, neque de reditu M. Ciceronis, neque de cæde P. Clodii quæstio, neque alia id genus populi plebisve jussa, 'leges' vocari possunt: non sunt enim generalia jussa; neque de universis civibus, sed de singulis concepta:[a] quocirca privilegia potius vocari debent, quia Veteres 'priva' dixerunt, quæ nos 'singula' dicimus; quo verbo Lucilius in primo satirarum libro usus est:

'abdomina thynni[c]
Advenientibus priva dabo, cephaleaque,[d] acarne.'[b] [4]

2. 'Plebem' autem Capito in eadem definitione seorsum a

[a] *Facta.* [b] *Venientibus ad convivium dabo singula abdomina thynni et carnem capitis.*

edidisse, quoniam tot Mss. Thuan. S. Marci Flor. Mem. Pet. Lugd. min. Lincoln. id jubent. Etsi enim unus Regius literam *a* non habeat, (ita enim hoc est, et testatur in Addendis pag. 1357. ad Solin. Salmasius, et forsan etiam ita erit in Lugd. maj. quia de eo pater nihil notavit, et Thysius quoque cum dixisset in Ms. esse *carne*, subjicit cod. Tornes. legere *Acarne*,) id factum, quia librarius eam alia ratione appicturus ideo in scribendo non apposuit, quod dein abiit inobservatum, ut sæpius. Cum vero a multis hæc tentata sint, Colvius et Salmasius satis magni sunt auctores. Id nescio quemadmodum intellexerint: quippe mihi videtur hæc dici primo casu, nec a præcedentibus pendere, sed sequentibus, in quibus suspicor secutum fuisse verbum *aderunt* vel *accedent*, quod definire nequeo: *acarne* habent illi quos dixi codices, non *acarnæ*, ut se in Ms. legisse ait Turnebus 21. Adv. 21. quem citans Pricæus ad Apuleii apologiam pag. 104. scribit in Gellii Ms. *Alternæ* se legisse Turnebum dicere. Mirum non est ex *cephaleaque carne* non potuisse ab Prousteo elici ullum sensum: sed apparet quoque ejus robur et venustas, dum cum Turnebo libenter se lecturum fatetur *carnem et cephalæam*, qua carnem capitis intelligat Lucilius, qui execraretur vel sic loqui, vel eam apponere convivis. Sane etiam potior series verborum hæc est: *ista enim omnia vocabula censentur continenturque rogationis principali genere et nomine.*' Jac. Gronov. Ascripsit Sciopp. 'v. c. *cephaleaque a carne.*' Vid. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[b] *Rogante*] Populum rogabat magistratus, qui ejus voluntatem iis in rebus exquirebat, de quibus rogabatur. Unde et rogatio ipsa est rogatoris actio, et simul ea lex ad quam ferendam populi suffragium petitur.

[c] *Thynni*] Thynnus piscis est marinus: vulgo dicimus *Thon.* Notandum obiter in Veterum conviviis pisces, ut cibos maxime delicatos, fuisse sæpius ad mensam appositos.

[d] *Cephaleaque*] Nullus ex his verbis sensus elici potest. Libenter igitur legerim cum Turnebo, *carnem et cephalæam*, qua carnem capitis intelligit Lucilius, κεφαλὴ enim caput significat. Ita Plautus 'Ophthalmiam' dixit carnem quæ oculis esset vicina.

populo divisit: quoniam in populo omnis pars civitatis omnesque ejus ordines contineantur; plebes vero ea dicitur, in qua gentes[c] civium patriciæ[e] non insunt. 'Plebiscitum' igitur est, secundum eum Capitonem, lex, quam plebes, non populus, accipit: sed totius hujus rei jurisque, sive cum populus, sive cum plebes rogatur, sive quod ad universos pertinet,[5] caput ipsum et origo et quasi fons 'rogatio' est: ista enim omnia vocabula censentur[6] 'rogationis' principali genere et nomine continenturque: nam, nisi populus aut plebes rogetur, nullum plebis aut populi jussum fieri potest. 3. Sed quanquam hæc ita sunt, in veteribus tamen scriptis non magnam vocabulorum illorum differentiam esse animadvertimus: nam et 'plebiscita'[f] et 'privilegia'[g] translato nomine[7] 'leges' appellaverunt; eademque omnia confuso et indistincto vocabulo 'rogationes' dixerunt. Sallustius quoque proprietatum in verbis retinentissimus consuetudini concessit; et 'privilegium,' quod de Cn. Pompeii reditu ferebatur, 'legem' appellavit. Verba ex secunda ejus historia hæc sunt: 'Nam

[c] *Familiæ.*

Cephalæaque carne dant Lugd. Bat. Delph.—5 '*Sive quod ad universos pertinet.* Jam sequi debebat, *sive quod ad singulos.* De his enim duobus modis sicut ante inceperat agere per voces *neque de universis civibus, sed de singulis,* ita nunc debebat progredi. Hinc certe pater judicabat talia deesse, prout ascripsit uni suorum exemplarium. Certe in hoc loco fallaces fuisse librarios vel inde patet, quod etiamnum in codice Regio absint illa *accipit sed totius hujus rei jurisque sive cum populus,* ut patet ex iteratione vocis 'populus.'' *Jac. Gronov.*—6 'In cod. Torn. additur hoc loco *continenturque.*' Thysius. 'Mire hoc loco Vir ille bonus. Non enim in isto solum codice sic legitur, sed omnibus, quantum reor, Mss. atque etiam editis ante editionem H. Stephani, nisi fallor; de quo cum nonnisi bene cogitaret pater, id secutus fuit. Sed cum hic additur, non debet mox repeti. Huc pertinet, quod pater notavit verbum *continenturque,* cum in Voss. min. esset prætermissum, ascriptum esse inter lineas. Ab Thuaneo aberat *enim.*' Jac. Gronov.—7 'Reg.

NOTÆ

[e] *Patriciæ*] Quinam sint patricii notæ priores indicabunt.

[f] *Plebiscita*] 'Scita sunt,' inquit Isidorus, 'quæ plebs tantum constituit, et vocantur scita quod ea plebs sciat, vel sciscitatur et rogat ut fiant.'

[g] *Privilegia*] Leges sunt in privatorum gratiam, quibus aliquid præter jus commune conceditur. Dicta sunt 'privilegia' quasi 'privatæ leges.'

Syllam Consulem de reditu ejus legem ferentem ex composito[d] TR.[8] PL. C. Herennius prohibuerat.'

[d] *Ex convento.*

Lugd. maj. *translatio.* An innuunt *translaticio?*' Idem.—8 Ascripsit Sciopp. *Tribunus.*

CAP. XXI.

Quam ob causam M. Cicero his omnino verbis, novissime *et* novissimus, *observantissime*[9] *vitarit.*

Non paucis verbis, quorum frequens usus est nunc et fuit, M. Ciceronem noluisse uti manifestum est, quod ea non probaret; velut est et 'novissimus'[a] et 'novissime.' Nam cum et M. Cato et Sallustius et alii quoque ætatis ejusdem verbo isto promisce usitati sint;[10] multi etiam non indocti viri in libris id suis scripserint; abstinuisse eo tamen tanquam non Latino videtur: quoniam qui doctissimus eorum temporum fuerat, L. Ælius Stilo,[11] ut novo et improbo

9 'Vett. editt. *observatissime.*' Thys. 'Sed id parum est, præ illo, quod observari meruerat unice. Nam vett. istæ editt. omnes habent *novissimus uti observ. vitarit*, inserto isto verbo, quia inde pendere integritatem loquendi putabant usque ad ipsam Stephanianam et Lugd. Batavam anni 1644. Porro cum in codicibus scriptis verbum *uti* non extaret, etiam librarii veteres in describendo offensi varie deseruerunt hunc locum, ut Lugd. min. *Quam ob causam Cicero hiis oĩo verbis novissime est*, Reg. *novissime est usus:* etiam sine prænomine Ciceronis. Donec pater incidens in duos Mss. solo verbo *uti* carentes inde Gellium restituit, haud dubie intentus imitationi Plautinæ, quam sæpius annotavit antea. Plauti autem est in Curculione II. 3. 19. 'Proinde se domi contineant; vitent infortunio.' Et alibi.' *Jac. Gronov. Uti observantissime* dat Delph.—10 '*Usitati sunt.* Sic perperam propagatur ex editione Stephani, quod stupeas, cum et Mss. et editi antea recte habeant *sint*, quod repetivi.' *Jac. Gronov.*—11 'Ita Ms. Bituricens. teste Cujacio Observat. lib. III. cap. 36. vulgo *Ælius ille.*' Thys. 'Præclara hæc Cujacii emendatio, et palam confirmata ab Ms. Regio, ut qui habet *lilius Stilo*, sed *lelius Stilo* Pet. Lugd. uterque, Lincoln. ut meritissime asciverit Stephanus.' *Jac.*

NOTÆ

[a] *Novissimus*] Atqui hanc vocem usurpavit Cicero pro Qu. Roscio comœdo n. 30. 'qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comœdos.'

verbo, uti vitaverat: propterea quid[12] M. quoque Varro de ista voce existimaverit verbis ipsis ex libro de lingua Latina ad Ciceronem sexto[13] demonstrandum putavi:[1] 'Quod extremum,'[14] inquit, 'dicebatur, dici novissimum cœptum vulgo: quod mea memoria ut Ælius,[15] sic senes alii,[16] quod nimium novum verbum esset,[17] vitabant: cujus origo, ut a vetere vetustius ac veterrimum, sic a novo declinatum novius et novissimum.'[18]

Gronov.—12 'Ita Ms. Buslid. teste Carrione. Vett. editt. ita habent: *Propterea id M. quoque Varronis ex libro de Lingua Latina* VI. *demonstrandum putavi.*' Thys. 'Satis confuse hoc. Nam Aldina habet *proptereaq; id M. quoque Varronis ex libro de lingua Latina ad Ciceronem* v. *dem.* Hanc sequitur Badiana et duæ forma minutissima Antonii Gryphii et Hieronymi de Marnef, et ita citat etiam Carrio. Aliæ Gryphianæ *propterea id:* cetera sunt eadem, ita ut consentiant omnes editiones in citationem ex libro quinto, ut alias debeat innuere Thysius, in quibus viderit *Sexto,* quod esse tantum scio in omnibus Mss. ex quibus Regius et Lugd. major in præclaro illo supplemento habent *verbis ipsius Varronis ex.* Et vix dubito, quin extiterit quoque nomen proprium in illis opertis bibliothecarum sacris, unde hæc producit Carrio lib. I. Antiq. Lect. 8. etsi ille nomen *Varronis* omittat.' *Jac. Gronov.*—13 'Ita Ms. et vett. editt. inter quas princeps Veneta. Hodie lib. quinto apud Varronem hæc leguntur.' *Thys.*—14 'Apud Varronem hodie legitur, *a quo etiam extremum novissimum quoque dici cœptum volgo.* In Ms. Bituricensi Cujacii: *quod extremum dicebant, dici novissimum cœptum vulgo.*' Idem.—15 '*Ut* hic irreptitium est, quia librarii in corruptum Varronis codicem inciderant, ubi legebatur *sic senes,* pro quo *Sisenna* lego.' *Thys.* 'Non debet acumini Thysiano attribui, cum Scriverii codex extet, unde hoc descripsit pater: '*Sisenna, alii.* Tò *ut* addiderunt scioli Varroni lib. v. decl. p. 55. 56. sc.' Nec vel unus tamen codex est, in quo ista vocula non appareat. Insuper sic habent veteres omnes *quod mea memoria ut Ælius, sic senes alii, quod nimium novum verbum esset:* unde tamen Regius codex omittit τὰ *novum* et *esset,* quod postremum ignoratur etiam ab Lugd. min.' *Jac. Gronov.* Vid. Not. Var.—16 'Apud Varronem legitur, *senes aliquot.* Ita quoque Bituric. et Buslid. Mss. Forsan pro *sic senes alii,* legendum *Sisenna, alii.* Sisennam alibi quoque Varro laudat.' *Thys.*—17 Varro *nimium novum verbum quod esset.*—18 Addit Varro, *quod extremum.*

CAP. XXII.

Locus exemtus ex Platonis libro, qui inscribitur Gorgias, *de falsæ philosophiæ probris: quibus philosophos temere incessunt,*[19] *qui*[a] *emolumenta veræ philosophiæ ignorant.*

PLATO veritatis homo amicissimus, ejusque omnibus exhi-

[a] *Sine causa philosophos exagitant, illi qui, &c.*

bendæ promtissimus,[b] quæ omnino dici possint in desides istos ignavosque, qui obtento philosophiæ nomine[20] inutile otium et linguæ vitæque tenebras sequuntur, ex persona quidem non gravi, neque idonea, vere tamen ingenueque dixit: nam etsi Callicles, quem dicere hæc facit, veræ philosophiæ ignarus, inhonesta indignaque in philosophos confert, proinde tamen accipienda sunt quæ dicuntur, ut nos sensim moveri[1] intelligamus, ne ipsi quoque culpationes[c] hujuscemodi mereamur, neve inerti inanique desidia cultum et studium philosophiæ mentiamur.[d] 2. Verba ipsa super hac re Platonis ex libro, qui appellatur Gorgias,[a] scripsi: quoniam vertere ea consilium non fuit, cum ad proprietates[e] eorum nequaquam possit Latina oratio aspirare, ac multo minus etiam mea. Φιλοσοφία γάρ τοί[f] ἐστιν, ὦ Σώκρατες, χαρίεν, ἄν τις αὐτοῦ μετρίως ἅψηται ἐν τῇ

[b] *Paratissimus ad eam omnibus declarandam.* [c] *Reprehensiones.*
[d] *Simulemus.* [e] *Proprias significationes.*
[f] *Philosophia enim est, o Socrates, elegans aliquid, si quis eam mediocriter attingat in adolescentia, si vero plus æquo in ea versetur, corruptela est hominum. Si*

19 'Sic tandem in Paterna editione anno 1651. restitutum, cum mira pertinacia legerent omnes antea *incessuit*, et hinc notari in Badiana debuit. Stephanus etiam sic quidem ederet pag. 270. sed in collectione capitum pag. 567. exposuit plurale hoc, quod non secuta est editio Lugd. Bat. anni 1644. Sed ut scias omnia, et Bourdelotius ascripsit haud dubie ex Regio, et pater id ipsum ex Memmiano annotavit, ut posthac in dubium ne veniat.' *Jac. Gronov. Incessuit* Delph.—20 ' Ms. Reg. *obtentu philosophiæ*. Sed dein verba sequentia usque ad *veræ philosophiæ* in eo omissa sunt librarii oculis per similitudinem juncti verbi deceptis. Itaque et veteres editi legebant *obtentu philosophiæ nominis*, ubi sane scripti confirmabant illud *obtentu*, sed pro posteriore voce nunc video in scriptis *nominum*, nunc *nomine*, quod in pluribus apparet, atque inde concinnavit Stephanus quod editur. Videtur hinc auctorem dedisse *obtentu philosophiæ et nomine*. Paulo ante Ms. Reg. habebat *indesinens istas et*. *Istas* quidem etiam Petav. Sed Lugd. uterque etiam habet *indesinens*, ut videatur aliud latere.' *Idem.*—1 ' Aliter, *moneri*.' Thys. ' Non tantum : nam Steph. edidit *ut nos non sensim moveri*, illam negativam probante utroque Lugd. cum editiones pleræque gerant *ut nos sensim moneri*, quod est et in optimis scriptis, idque retineri oportet, quo mens Gellii etiam vere ex-

NOTÆ

[a] *Gorgias*] Plato, in dialogo qui inscribitur Gorgias, refellit primo Sophistarum commenta, qui specioso Rhetorum nomine abusi, verum rhetoricæ usum perverterent: deinde veram germanamque orationis recte constituendæ naturam docet.

ἡλικίᾳ· ἐὰν δὲ περαιτέρω τοῦ δέοντος ἐνδιατρίψῃ, διαφθορὰ τῶν ἀνθρώπων. Ἐὰν γὰρ καὶ πάνυ εὐφυὴς ᾖ, καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ, ἀνάγκη πάντων ἄπειρον γεγονέναι ἐστὶν, ὧν χρὴ ἔμπειρον εἶναι τὸν μέλλοντα καλὸν κἀγαθὸν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄνδρα. Καὶ γὰρ τῶν νόμων ἄπειροι γίγνονται τῶν κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τῶν λόγων, οἷς δεῖ χρώμενον ὁμιλεῖν ἐν τοῖς συμβολαίοις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν τῶν ἀνθρωπείων, καὶ συλλήβδην τῶν ἠθῶν παντάπασιν ἄπειροι γίγνονται. Ἐπειδὰν οὖν ἔλθωσιν εἴς τινα ἰδίαν ἢ πολιτικὴν πρᾶξιν, καταγέλαστοι γίγνονται· ὥσπερ γε, οἶμαι, οἱ πολιτικοὶ, ἐπειδὰν αὖ εἰς τὰς ὑμετέρας διαριβὰς ἔλθωσι καὶ τοὺς λόγους, καταγέλαστοί εἰσι. Συμβαίνει γὰρ τὸ τοῦ Εὐριπίδου· Λαμπρός τ' ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ,

κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται

Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

3. Ὅπου δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τούτῳ. τὸ δ' ἕτερον ἐπαινεῖ εὐνοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, ἡγούμενος οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπαινεῖν. Ἀλλ', οἶμαι, τὸ ὀρθότατόν ἐστιν, ἀμφοτέρων μετασχεῖν· φιλοσοφίας μὲν ὅσον παιδείας χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μειρακίῳ ὄντι φιλοσοφεῖν· ἐπειδὰν δὲ ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἄνθρωπος

---

enim omnino ingeniosus sit aliquis et provecta ætate philosophetur, eum necesse est omnium imperitum fieri, quibus oportet instructum esse illum, qui debet egregius et bonus et gloriosus esse vir. Etenim qui tempus omne consumunt in philosophia, legum ignari fiunt civilium, et sermonum, quibus oportet uti ad versandum in congressibus hominum et privatim et publice. Et voluptatum et cupiditatum humanarum sunt ignari; atque ut dicam paucis, morum prorsus imperiti fiunt. Itaque cum venerint ad aliquam privatam aut civilem actionem, ridiculi sunt; quemadmodum, credo, in rebus civilibus versati cum vicissim ad vestras exercitationes veniunt et sermones, ridiculi videntur. Contingit enim illud Euripidis dictum: In quo clarus est quisque, ad id impellitur Impendens plurimam diei in illud partem, Ut ipse seipso fiat major in ea re. Ubi vero deterior est in aliqua re, hinc recedit et reprehendit illam: aliam vero laudat quadam in se benevolentia, putans ita seipsum laudare. Sed, credo, rectissimum est utriusque fieri participem: philosophiæ quidem, qualenus confert ad institutionem, præclarum est participem esse, et non turpe adolescenti philosophari. Quando vero jam senior homo adhuc philosophatur,

ἔτι φιλοσοφεῖ,[2] καταγέλαστον, ὦ Σώκρατες, τὸ χρῆμα γίγνεται· καὶ ἔγωγε ὁμοιότατον πάσχω πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας, ὥσπερ πρὸς τοὺς ψελλιζομένους καὶ παίζοντας· ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω ᾧ ἔτι προσήκει διαλέγεσθαι, οὕτω ψελλιζόμενον καὶ παῖζον, χαίρω τε, καὶ χαρίεν μοι φαίνεται καὶ ἐλευθέριον καὶ πρέπον τῇ τοῦ παιδίου ἡλικίᾳ· ὅταν δὲ σαφῶς διαλεγομένου παιδαρίου ἀκούσω, πικρόν τί μοι δοκεῖ χρῆμα εἶναι, καὶ ἀνιᾷ μου τὰ ὦτα, καί μοι δοκεῖ δουλοπρεπές τι εἶναι· ὅταν δὲ ἀνδρὸς ἀκούσῃ τις ψελλιζομένου, ἢ παίζοντα ὁρᾷ, καταγέλαστον φαίνεται, καὶ ἄνανδρον, καὶ πληγῶν ἄξιον. 4. Ταυτὸν οὖν ἔγωγε τοῦτο πάσχω καὶ πρὸς τοὺς φιλοσοφοῦντας· παρὰ νέῳ μὲν γὰρ μειρακίῳ ὁρῶν φιλοσοφίαν, ἄγαμαι, καὶ πρέπειν μοι δοκεῖ, και ἡγοῦμαι ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον· τὸν δὲ μὴ φιλοσοφοῦντα, ἀνελεύθερον, καὶ οὐδέποτε οὐδενὸς ἀξιώσοντα ἑαυτὸν οὔτε καλοῦ, οὔτε γενναίου πράγματος· ὅταν δὲ δὴ πρεσβύτερον ἴδω ἔτι φιλοσοφοῦντα, καὶ μὴ ἀπαλλαττόμενον, πληγῶν μοι δοκεῖ ἤδη δεῖσθαι, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ ἀνήρ· ὃ γὰρ νῦν δὴ ἔλεγον, ὑπάρχει τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ, κἂν πάνυ εὐφυὴς ᾖ, ἀνάνδρῳ γενέσθαι, φεύγοντι τὰ μέσα τῆς πόλεως καὶ τὰς ἀγορὰς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι, καταδεδυκότι δὲ τὸν λοιπὸν βίον

ridicula, o Socrates, res est. Equidem eodem animo sum erga philosophantes, atque erga balbutientes, et ludentes. Cum enim puellum video cui convenit loqui, sic balbutientem et ludentem, delector et festivum illud mihi videtur, liberale, et conveniens puerili ætati. Cum autem distincte loquentem puellum audio, molesta mihi videtur res esse et offendit meas aures; et mihi videtur servile aliquid esse. Ceterum si virum audiat aliquis balbutientem, aut ludentem videat, ridiculum illud apparet, et viro indignum, et plagis dignum. Eodem etiam animo sum erga philosophantes. In adolescente enim videns philosophiam admiror, et decere mihi videtur, et existimo liberum esse talem hominem: cum vero qui non philosophatur, illiberalem, et qui nulla re præclara et illustri se dignum putet. Jam vero cum seniorem video adhuc philosophantem, neque ejusmodi studium abjicientem, verberibus mihi videtur tum dignus esse, o Socrates, talis vir. Quod enim modo dicebam evenit tali homini, licet omnino sit ingeniosus, ut ignavus fiat, fugiat mediam civitatem et forum, in quibus dixit poëta viros præstantes fieri; abscondat autem se reliquam

plicatur.' *Jac. Gronov.* *Moneri* dat Delph.—2 Ascripsit Sciopp. φιλοσοφῇ.

βιῶναι μετὰ μειρακίων, ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Ἐγὼ δὲ, ὦ Σώκρατες, πρὸς σὲ ἐπιεικῶς ἔχω καὶ φιλικῶς. Κινδυνεύω οὖν πεπονθέναι νῦν, ὅπερ ὁ Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα[a] ὁ Εὐριπίδου, οὗπερ ἐμνήσθην. 5. Καὶ γάρ ἐμοὶ τοιαῦτ' ἄττα ἐπέρχεται πρὸς σὲ λέγειν, οἷά περ ἐκεῖνος πρὸς τὸν ἀδελφὸν, ὅτι ἀμελεῖς, ὦ Σώκρατες, ὧν δεῖ σε ἐπιμελεῖσθαι, καὶ φύσιν ψυχῆς ὧδε γενναίαν μειρακιώδει τινὶ διαπρέπεις μορφώματι, καὶ οὔτ' ἂν δίκης βουλαῖσι προθεῖο ἂν ὀρθῶς λόγον, οὔτ' εἰκὸς καὶ πιθανὸν ἂν λάβοις, οὔθ' ὑπὲρ ἄλλων νεανικὸν βούλευμα βουλεύσαιο. Καί τοι, ὦ φίλε Σώκρατες, (καί μοι μηδὲν ἀχθεσθῇς. εὐνοίᾳ γὰρ ἐρῶ τῇ σῇ,) οὐκ αἰσχρὸν δοκεῖ σοι εἶναι οὕτως ἔχειν, ὡς ἐγώ σε οἶμαι ἔχειν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πόῤῥω ἀεὶ φιλοσοφίας ἐλαύνοντας; Νῦν γάρ εἴ τις σοῦ λαβόμενος, ἢ ἄλλου ὁτουοῦν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγοι, φάσκων ἀδικεῖν, μηδὲν ἀδικοῦντα, οἶσθ' ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ὅ, τι χρήσαιο σαυτῷ, ἀλλ' ἰλιγγιῴης ἂν καὶ χασμῷο, οὐκ ἔχων ὅ, τι εἴποις, καὶ εἰς τὸ δικαστήριον ἀναβὰς, κατηγόρου τυχὼν πάνυ φαύλου καὶ μοχθηροῦ, ἀποθάνοις ἂν, εἰ

vitam victurus in angulo cum adolescentibus tribus aut quatuor, insusurrans aliquid, liberale autem et magnum et idoneum nihil dicturus. Ego vero, o Socrates, erga te bene affectus sum et amice. Videor igitur animatus esse erga te sicut Zethus erga Amphionem qui inducitur ab Euripide, cujus memini. Etenim mihi talia quædam subit tibi dicere, qualia ille fratri dicit. Scilicet negligis, o Socrates, quæ oportet te curare, et naturam animæ ita nobilem puerili quadam exornas specie: et neque in justitiæ consiliis protuleris recte sermonem neque decorum quicquam et probabile eligas, neque pro aliis generosum consilium suscipias. Quanquam, o amice Socrates, (ne mihi succenseas, benevolentia enim hoc dico mea in te adductus,) nonne turpe videtur tibi esse, ita esse comparatum, ut ego te arbitror esse et alios qui præter modum philosophiæ operam datis? Nunc enim si quis te apprehendens aut alium quemlibet e vestra secta in carcerem abduceret, dicens te injuriam fecisse, licet nullam feceris, intelligis quod non haberes quid responderes pro te, sed vertigine laborares et oscitares non habens quid loquereris: et ad judicium adductus, in accusatorem incidens omnino vilem et malum, morereris si vellet te morte mulctare.

NOTÆ

[a] Ζῆθος πρὸς τὸν Ἀμφίονα] Zethus Jovis ex Antiopa filius, frater Amphionis, cui manum in condendis Thebis commodavit.

βούλοιτό σοι θανάτου τιμᾶσθαι. 6. Καί τοι πῶς σοφὸν τοῦτό ἐστιν, ὦ Σώκρατες, εἴτις εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτα, ἔθηκε χείρονα, μήτε αὐτὸν αὐτῷ δυνάμενον βοηθεῖν, μηδ' ἐκσῶσαι ἐκ τῶν μεγίστων κινδύνων, μήτε ἑαυτὸν, μήτε ἄλλον μηδένα, ὑπὸ δὲ τῶν ἐχθρῶν περισυλᾶσθαι πᾶσαν τὴν οὐσίαν, ἀτεχνῶς δὲ ἄτιμον ζῆν ἐν τῇ πόλει; Τὸν δὲ τοιοῦτον (εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι) ἔξεστιν ἐπὶ κόῤῥης τύπτοντα, μὴ διδόναι δίκην. Ἀλλ' ὦ 'γαθὲ, ἐμοὶ πείθου, παῦσαι δ' ἐλέγχων· πραγμάτων δ' εὐμουσίαν ἄσκει· καὶ ἄσκει ὁπόθεν δόξεις φρονεῖν, ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς, εἴτε ληρήματα χρὴ φάναι εἶναι, εἴτε φλυαρίας,

Ἐξ ὧν κενοῖσιν ἐγκατοικήσεις δόμοις·

ζηλῶν οὐκ ἐλέγχοντας ἄνδρας τὰ μικρὰ ταῦτα, ἀλλ' οἷς ἐστι καὶ βίος, καὶ δόξα, καὶ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά. 7. Hæc Plato sub persona quidem, sicuti dixit, non proba, sed cum sensu tamen[3] intelligentiæque communis fide,[g] et cum quadam indissimulabili veritate disseruit; non de illa scilicet philosophia, quæ virtutum omnium disciplina est,[h] quæque in publicis simul et privatis[4] officiis excellit, civitatesque et rempublicam, si nihil prohibeat, constanter et fortiter et perite administrat; sed de ista futili atque puerili meditatione argutiarum, nihil ad vitam neque tuendam neque ordinandam promovente: in qua id genus homines

Jam vero quomodo sapiens hoc est, o Socrates, si quæ ingeniosum inveniens ars virum, faciat deteriorem, neque sibi ipsi valentem auxiliari, neque eripere ex maximis periculis aut seipsum, aut alium quempiam; inimicorum autem rapinis expositum in omni re, et sine solertia sine honore viventem in civitate? præterea ejusmodi hominem (quanquam et illud est agrestius dictu) licet in gena percutere impune. Sed, o vir bone, audi me: omitte argutias in refutando et rerum elegantiam excole. Et excole ita ut videaris sapere; aliis exquisita hæc relinquens, sive deliria appellari oportet sive nugas, Propter quæ in vacuis habitabis domibus: imitans homines non qui refellunt exigua nonnulla, sed eos quibus est recta vivendi ratio et gloria et alia multa bona.

[g] *Vere ad sensum, et apte ad fidem inveniendam apud populum.*

[h] *Quæ docet omnes virtutes.*

—3 'Pater hic desiderabat *sensus tamen*. Idque videtur et Salmasius ascripsisse.' *Jac. Gronov.*—4 Reg. *simul in priv.*

consenescunt[1] male feriati, quos philosophos esse et vulgus putat, et is putabat, ex cujus persona hæc dicta sunt.

[1] *In qua philosophia ejusmodi homines male otiosi vivunt usque ad senectutem.*

CAP. XXIII.

Verba ex oratione M. Catonis de mulierum veterum victu et moribus: atque inibi, quod fuerit jus marito in adulterio uxorem deprehensam necare.

Qui de victu atque cultu[a] populi Romani scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abstemias egisse, hoc est, vino semper, quod temetum prisca lingua appellatur, abstinuisse dicunt: institutumque ut cognatis osculum ferrent reprehendendi causa,[b][5] ut odor indicium faceret si bibissent. Bibere autem solitas ferunt loream,[6][a] passam,[b][7] murinam,[c] et quæ id genus extant,[c][8] potu dulcia: atque

[a] *Moribus.* [b] *Deprehendendi causa.* [c] *Quæ habeant ejusmodi saporem.*

5 Legendum monet Lambecius *deprehendendi causa*, quod et extat in Ms. Reg. Sic quoque notat Thysius: 'Forsan, *deprehendendi*: reprehensio hic locum non habet.' Ascripsit Sciopp. '*reprehendendi causa* fortassis delenda.'—6 Vett. edd. scribunt *lauream*. Varro *lorum*.—7 Vett. edd. *passum*.—8 '*Et quæ id genus sapiant*. Lectio haud dubie adulterina. Superioris temporis editiones pro *sapiunt* partim legunt *optant*, partim *epotant*. Quod ni Ms. R. auctoritas obstaret, legerem simpliciter, *atque id genus potu dulcia*. Sed inibi scriptum erat: *et quæ id genus expiant potu dulcia*. Quare potius legendum videtur; *et quæ id genus exspirant potu dulcia*: ut scilicet exspirare hoc loco respondeat Græcorum ἀποπνέειν et ἀποπνεύεσθαι, quatenus exponitur διὰ τοῦ ὄζειν, Latine 'olere' vel 'redolere.' *Lambecius*. 'Vett. editt. pro *sapiant* legunt *epotant*. Alii, *optant*: forsan legendum, *sapam et quæ id genus potu dulcia*. Ms. *sapiam*.' Thys. '*Epotant* placuit Sigonio in citatione, qua

NOTÆ

[a] *Loream*] Alii *lauream*, *loram* alii scribunt: residuus est uvarum liquor ex quibus jam expressum est vinum. Nempe acini jam calcati et aqua macerati rursus prelo subjiciuntur: qui vero liquor inde defluebat, pro vino dabatur operariis ac, teste Varrone, lora dicebatur.

[b] *Passam*] *Passa* aut *passum*, ut volunt alii, 'liquoris est genus,' ut ait Nonius, 'quod ex uva passa cogitur.' Porro uva ideo passa dicitur, quod in siccando passa sit Solem.

[c] *Murinam*] Vini genus aromatibus conditum: μύρον enim Græce idem est quod unguentum sive odoramen-

hæc quidem, in his, quibus dixi, libris pervulgata sunt: sed M. Cato non solum existimatas, sed[9] mulctatas[d] quoque a judice mulieres refert non minus, si vinum in se,[10] quam si probrum et adulterium admisissent. 2. Verba M. Catonis ascripsi ex oratione,[11] quæ inscribitur DE DOTE, in qua id quoque scriptum[12] est, in adulterio uxores deprehensas jus fuisse maritis necare: 'Vir,' inquit, 'cum divortium[d] fecit,[13] mulieri judex pro censore est:[e] imperium, quod videtur, habet:[14] si quid perverse tetreque[f][15] factum est a muliere, mulctatur: si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur.' De jure autem occidendi[16] ita scriptum: 'In adulterio uxorem tuam si deprehendisses,[17]

[d] *Non modo reprehensas, sed punitas etiam fuisse.* [e] *Loco censoris judicat mulierem.* [f] *Male ac turpiter.*

utitur lib. I. de jure civium R. cap. 9. Sed Marcilius ad Leges XII. tabb. pag. 272. *Atque id genus epotare*, idque ait eas facere solitas, cum Diis libarent. Sed is maluit suas vires ex arbitrio adhibere, quam eas gubernare ex vetere lectione, omnibus scriptis illa *et quæ* firmantibus. Pater meus ascripsit, F. *temperant*. Sed et hoc nimis recedit a Mss. in quibus est vel id quod produxit Lambecius *expiant*, vel *aepiant* in Petav. vel *acpiant* in utroque Lugd. et Mem. Hinc vides ultro oriri *quæ id genus extant*. Quod ita probavi, ut isto vulgato *sapiant* expulso alterum receperim.' *Jac. Gronov.*—9 'Codex Reg. *Existimat, sed et*. Quod cum videret Salmasius, illi aut alteri valde placuit, ut aliquis ascripserit, optime ita Lips. El. I. 21. et ita libri Ms. Cum interim Chr. Colerus in Parergis XX. 72. legat *æstimatas:* Aurelius ad Tacitum 2. Ann. 50. scribat, 'Lege fidenter *inexistimatas*.'' Idem.—10 Vid. Not. Var.—11 'Reg. *ex orationum*, quod ferri posse vides.' *Jac. Gronov.*—12 Aliter *inscriptum*.—13 'Lipsius legit ex conjectura, *nisi cum divortium fecit*. Neque enim vir cum divortium fecit, potestatem in uxorem quam habuit retinet.' *Thys.* 'Id ita novit Prousteus, ut scribat nonnullos immerito suspicatos. Sed nescivit istos nonnullos sibi non constitisse. Quippe ad Tacitum II. Ann. 50. idem Lipsius legebat *facit* absque *nisi*. Aurelius ad Tacitum interponit *haud*. Itaque pater subtrahendo adjuvabat legens: *Vir, inquit, ni divortium fecit*. Vide an fuerit *qui non divortium fecit*.' Jac. Gronov. *Facit* ascripsit Sciopp.—14 '*Imperium, quod videtur, habet*. Hæc verba Catonis me non assequi fateor. Legendum suspicor, *imperium, quoad vivitur* (in matrimonio) *habet* Vir.' *Falster*.—15 Ascripsit Sciopp. *vel inique*.—16 Scripti omnes legunt *dicendi*.—17 Vett. edd. *prehendisses*.—18 'Buslidianus codex teste

NOTÆ

tum. Volunt alii dici *murrinum* vel etiam *murrhinam* ἀπὸ τῆς μύῤῥας quæ myrrha est.

[d] *Cum divortium*] Addendam voculam, *nisi cum divortium fecit*, nonnulli nec immerito suspicantur. Quod enim viro jus esse potest in uxorem quam repudiaverit?

sine judicio impune[g] necares: illa te si adulterares,[18] digito non auderet contingere; neque jus est.'

[g] *Non expectata judicum sententia.*

Carrione et prodente Lipsio habet hæc auctius, *si adulterares, sive tua adulteria audiret.* An hæc verba Catonis sint, merito dubitatur: ex margine glossatoris librariorum culpa in textum irrepsisse arbitror.' *Thys.* 'Immo Reg. S. Marci, Mem. *sive tu adulteriare.* Lugd. maj. *sive tu adulitare:* min. *sive tu adulterare.* Lincoln. *sive tu adulterareris.* Salmasius apposuit, 'Scribo: *sive tu adulterarere.*' Quod quilibet subesse videat, etsi Lambecius, cum nescio unde ascripsisset *libet tu adulteriare*, inde conjecerit *licet tu adulter reperiare.*' Jac. Gronov. 'Expunge illud, *si adulterares;* quod ex margine glossatoris librariorum culpa in textum irrepsisse recte Thysius conjecit. Fidem faciunt vetustissimæ edd. quæ sic includunt: *illa te (si adulterares).*' Falster.

CAP. XXIV.

Die pristini, die crastini, *et* die quarti, *et* die quinti, *qui elegantius locuti sunt, non ut ea vulgo dicuntur nunc.*

'Die quarto' et 'die quinto,' quod Græci εἰς τετάρτην καὶ εἰς πέμπτην[a] dicunt, ab eruditis nunc quoque dici audio: et qui aliter dicit, pro rudi atque indocto despicitur: sed M. Tullii ætas ac supra eam non, opinor, ita dixerunt: 'die quinte'[19] enim et 'die quinti' pro adverbio copulate dictum est,[20] et secunda in eo[1] syllaba correpta.[a] Divus

[a] *In quartam et in quintam diem.*

19 'Macrob. lib. I. 95. Agellius hic strenue nugatur. Nam *die quinte* nemo Latinus dixit. Apud Pomponium legendum est; *die quart' emoriar fame.* Cum Prætor dicit *Die noni*, aut *die* genitivus est, et subauditur luce, ut sit *Luce diei noni*, aut supplendum est *Solis*, ut sit *Solis noni die.* Similis est ratio in 'die pristini,' 'crastini,' 'proximi.'' *Sciopp.*—20 Vid. Not. Var. —1 *Et secunda in eo.* Reg. ignorat particulam primam, prout mox *etiam*,

NOTÆ

[a] *Syllaba correpta*] Non ratione quantitatis, nam die-quinti penultimam patet esse productam, sed ratione pronuntiationis et accentus; quippe ut jam observavimus more Græcorum aliquando Romani pronuntiando corripiebant syllabas, quæ natura essent longæ.

etiam Augustus,[a] linguæ Latinæ non nescius, munditiarum[3] patris[a] sui in sermonibus sectator, in epistolis plurifariam[b] significatione ista dierum non aliter usus est. 2. Jus autem[4] erit, perpetuæ Veterum consuetudinis demonstrandæ gratia[5] verba solennia Prætoris ponere; quibus more majorum ferias concipere[c] solet, quæ appellantur Compitalia.[e] Ea verba hæc sunt: DIE. NONI.[6] POPOLO. ROMANO.[7] QUIRITIBUS.[8] COMPITALIA. ERUNT. QUANDO. CONCEPTA.[d] FUERINT. NEFAS.[d] 'die noni' Prætor dicit, non 'die nono.' 3. Neque Prætor solum, sed pleraque omnis vetustas sic locuta est. Venit ecce illius versus Pomponiani[e] in mentem, qui est ex Atellana,[f] quæ Mævia scribitur:[9]

[b] *Pluribus locis.* [c] *Enuntiare.* [d] *Alio die celebrare non licet.*

scribens *Divus Augustus.*—2 'In vett. editt. post *Augustus* legitur *memoriarum veterum exequentissimus.*' Thys. 'Sed præter Mstos, qui omnes ea non agnoscunt, et ideo recte ab doctis et sapientibus editoribus omissa sunt, præsertim cum illa in capite 12. hujus libri attributa sint Favorino.' *Jac. Gronov.*—3 Cod. Torn. Reg. aliique, *munditiarumque*. Sunt tamen et qui ignorant copulam.—4 '*Is autem.* Badiana Paris. ed. *jus autem.* Atque ita legit quoque Meursius ad Macrobium. Acidalius ad Velleium legit, *satis autem erit.*' Thys. 'Illud *jus* auctoritate sua firmavit quoque Mercerus ad Nonium, quem secutus nunc sum, quia Mss. consentiunt in *is*, quod ei voci est propinquum maxime.' *Jac. Gronov.* *Is autem* Lugd. Bat. Delph.—5 *Gratia* delet Acidalius.—6 Vett. edd. copulate *Dienoni.*—7 'Macrobius *Post Kal. Jan.* cap. 4. lib. I. sed male.' *Sciopp.*—8 'Annotatum quoque invenio, *Quiritum.*' Thys.—9 'Vett. editt. male, *quæ Metui ascribitur.* Sed Macrobius habet *Mevia* pro *Mævia.*' Thys. 'Interest audire lectiones Mstorum, quorum Reg. Petav. S. Mar. Flor. exerte habent id quod Thysius edit ex veteribus editis. Sed Lugd. min. *que et vias cribitur.* Hinc vides, unde illud *metui* sit exortum, perinde ut origo verbi *ascribitur*, ubi variæ editiones addunt literam *d*, cum debuissent inde fingere *quæ Mævia scribitur.* Ex diphthongo enim *æ* involuta

NOTÆ

[a] *Patris*] Julium Cæsarem intelligit, a quo fuerat adoptatus Octavius, virum qui nisi se totum tradidisset arti militari, de sermonis et eloquentiæ palma potuisset cum ipso Cicerone jure contendere. Verum de eo plura jam superius diximus.

[e] *Compitalia*] Festa erant quæ in compitis peragebantur. Quo tempore celebrarentur patet ex Cicerone Epist. 7. lib. VII. ad Attic. 'Ego, quoniam IV. nonas Januar. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum venire.'

[d] *Concepta*] Conceptivæ feriæ singulis annis in certos vel incertos dies incidebant.

[e] *Pomponiani*] Versus L. Pomponii poëtæ Bononiensis, quem tradit Solinus nunquam ructasse.

[f] *Atellana*] Atellanæ comœdiæ liberaliores, in quarum scenam aditus

'Dies hic sextus,[10] cum nihil egi: die quarte[e] [11] moriar fame:'

suppetit etiam Cœlianum illud [12] ex libro historiarum secundo: 'Si vis mihi [13] equitatum dare,[14] et ipse cum cetero exercitu me sequi; die quinti Romæ in Capitolium curabo tibi cœna sit cocta.' [15] 4. Et historiam autem et verbum hoc sumsit Cœlius ex Origine[f] M. Catonis; in quo [16] ita scriptum est: 'Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum: die quinti in Capitolium [17] tibi cœna cocta erit.' Extremam

[e] *Die quarto post.* [f] *Libro de Originibus.*

extitit nota *et*. Cum autem Mævia illa sit rerum omnium ignotissima, conjiciebat pater *Necyia* vel Græce *Νεκυία inscribitur*.' Jac. Gronov. Legendum monet Thys. *inscribitur*.—10 'Forsan hic legendum *Dies hic tertius* et pro *egi*, *edi*.' Idem. Ascripsit Sciopp. 'f. *est tertius*.' Idem ascripsit 'f. *edi*.'—11 Cod. Torn. *quarti*.—12 'In Codice vetere Macrobii male positum erat, *Cæcillianum*. Cœlius Antipater historicus intelligitur.' *Thys*.—13 '*Si vis mihi*. Sic et Macrobius. Sed Gelliani codices, ut Reg. S. Marci, Lugdun. minor. habent *si quis*, hoc est, si impetras abs te, ut des: tum in Regio non est *me sequi*, sed *ē q'* unum scilicet *sequi*.' Jac. Gronov.—14 Ascripsit Sciopp. 'v. c. *dari*. f. *darier*.'—15 Macrob. *cœnam coctam*.—16 'Ms. *in qua*.' Thys. 'Hoc ipsum vidi quoque in Regio, nec potest dubitari, quin sit elegantissimum. Sed in præcedentibus laboratur. Quippe Lambecius in collatione ascripsit *ex* III. *Originum Catonis*, incertum ex Ms. an sua conjectura. Nec ego nec quisquam in Ms. id vidimus. Inhæsit tamen illi pater, ut hinc cogitaret *ex Origine* IV. *Catonis*. Satis acute. Ego tamen semper cogitavi *ex* X. *Origine M. Catonis, in qua*.' Jac. Gronov. 'Etiam probabilius potuisses fingere *e* X. *Origine*. Sed hæ sunt nugæ, ne quid gravius atque tuo more acerbius dicam. Quomodo enim hic locus ex decima Origine Catonis esse potest, cum omnino septem tantum reliquerit Cato? Id quod eloquitur Corn. Nepos, auctor nec pueris ignotus, in Vita Catonis cap. 3. 'Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum pop. Rom. Secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica. Ob quam rem omnes Origines videtur appellasse. In quarto autem bellum Pœnicum primum: in quinto secundum. Atque hæc omnia capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo persecutus est, usque ad præturam Ser. Galbæ, qui diripuit Lusitanos.' Unde etiam quam conjecturam puto Lambecii refelli simul potest, non posse scilicet tertium librum intelligi. Sane credo felicius fuisse Gronovium patrem in conjiciendo *ex Origine* IIII. Videtur enim paucis interjectis ille locus secutus esse, qui supra adducitur a Nostro lib. II. c. 19. ex quarto originum ejusdem Catonis. Et non solum ibi Gaspar Scioppius, fortassis ex codice aliquo, ad marginem exemplaris sui annotaverat, illum Catonis locum conjunctum fuisse cum hoc; sed idem etiam hic fecit.' *Otho*. *Ex origine* IV. *Catonis* conjicit Falster.—17 In vett.

NOTÆ

histrionibus non patebat: nomen ab Atella Campaniæ oppido mutuatæ sunt. In usu primum fuere anno U. C. CCCXCII. ante Christum CCCLXII.

istius vocis syllabam tum per *e*; tum per *i*, scriptam legi: nam sane quam consuetum iis veteribus fuerat[18] literis his plerumque uti indifferenter; sicuti 'præfiscine,' et 'præfiscini,'[19 g] 'proclivi,' et 'proclive:' atque alia item multa hoc genus varie dixerunt:[20] 'die pristini' quoque eodem modo dicebatur: quod significabat 'die pristino,' id est, priore; quod vulgo 'pridie' dicitur, converso compositionis ordine, quasi 'pristino die:' atque item simili figura 'die crastini' dicebatur; id erat, 'crastino die:' sacerdotes quoque populi Romani cum condicunt in diem tertium, 'diem perendini'[h] dicunt. 5. Sed ut plerique 'die pristini,' ita M. Cato in oratione contra Furium,[1] 'die proximi,' dixit: 'quarto' autem Cn. Matius, homo impense doctus, in mimiiambis[g] pro eo dicit, quod 'nudiusquartus'[i] nos dicimus; in his versibus:

g *Comœdiis quæ scriptæ sunt versibus iambicis.*

edd. *Capitolio.*—18 'Vehementer corruperat hunc locum Stephanus contra omnes quas vidi priscas editiones, quarum est ista lectio, quam citavi, exhibendo *nam sane quam consuetum iis veteribus fuerit*, pro quo Batava anni 1644. *sanequam fuerit*, cujus tamen auctor et novit et allegat, quomodo hic locus citetur Scaligero ex veteri codice ad Festum in v. 'Prospera.' *Fuerit* quidem legitur, sed in paucis et non optimis codicibus. Omnino id venit ex negligentia consideratæ dulcedinis, quam habuerunt Latini in usu illius vocis *sanequam*, quæ tamen ubique patet. Ante τὸ *veteribus* Scaliger omittebat vocem *iis*, sicut caruit ea Lugd. major, sed ceteri omnes caste retinent.' *Jac. Gronov.* Pro *iis* ascripsit Sciopp. *his.*—19 '*Præfiscini.* Vulgo, *pristini*, et *pristine*, verum ex Macrobio legendum *præfiscini* et *præfiscine.*' Thys. 'Non tam ex Macrobio, in cujus loco etiam varietas est, quam ex Mss. omnibus, in quibus tamen non est hic ordo, quem ab Scaligero datum commendat Thysius, sed quem nunc exhibui; neque ulla causa eum vetat, etsi mox aliter sequatur.' *Jac. Gronov.* 'Ubi nunc legitur in Stephani libris *præfiscine* et *præfiscini*, olim edebatur vitiose *pristine* et *pristini*: estque hæc emendatio Oberti Giphanii, cui laudem istam invidere non debuit Stephanus.' *Carolus.*—20 Delph. *dixerint.*—1 'In margine codicis mei, *Furnium.*' Thys. 'Scripti an editi? Ego utique nuspiam inveni hoc posterius, et per omnes et Lugd. maj. confirmatur Macrobianus Furius, qui et sic ab Nonio scribitur,

NOTÆ

g *Præfiscini*] 'Præfiscini' et 'præfiscine' ex 'præ' et 'fascino,' ut ad verbum significet 'præter fascinum, ἀβασκάντως, citra invidiam,' vox erat, qua invidiam et fascinum Veteres a se amoliebantur, cum quis eos laudabat: antiqua enim opinio erat periculum esse aliquod a fascino, ubi quis impensius aut laudaret ipse se, aut præsens ab alio laudaretur. *Muretus.*

h *Perendini*] Perendinus dies est abhinc tertius.

i *Nudiusquartus*] Vocabulum est,

'Nuper[k] die quarto ut recordor, et certe[2]
Aquarium urceum unicum domi fregit.'

Hoc igitur intererit, ut 'die quarto' quidem de præterito[3] dicamus: 'die' autem 'quarte'[4] de futuro.

inepte *Proximi* sic accipiente, quasi illud in aliis quoque constructionibus pro proximo solitum fuisset intelligi.' *Jac. Gronov.*—2 'Levineius legit *exerte*, legi quoque potest *excetra*; ut de muliere improba loquatur, quæ instar hydræ vel viperæ sit. Ita loquitur quoque Plautus in Casina Act. 3. Scena 5. atque aliis in locis. Livius 'Excetræ delinimenta et veneficia' dixit. Potest tamen retineri vulgata lectio, ita ut ante initium versus aliud quid dictum fuerit, cui postmodum respondeat illud, *et certe*.' Thys. 'Non potest tantum, sed et debet retineri, quippe quod est in Mss. tum præterea clarum ac certum, cum illa alia sint incerta et dubia: denique et alii auctores sic scripserunt.' *Jac. Gronov.*—3 '*Die quarti quidem de præterito*. Itaque credetur Gellius contra usum et auctoritatem Veterum conclusisse, utpote cum in exemplis ab eo productis et *die noni* et *die quinti* intelligantur de futuro manifeste. Etiam alia exempla in scriptoribus residuis extant de futuro: et ratio ipsa id quoque dictat in *die crastini*. Scias autem ita pro sua auctoritate edidisse Thysium, cum in proribus editis omnibus, quos ante oculos habeo, extet *die quarto quidem*. Sequentia vero in Reg. S. Marci Flor. Mem. Pet. Lugd. utroque leguntur ita *die quarte autem*, sub quo videtur intellexisse etiam *quarti*, non expressisse.' *Idem.*—4 In ed. Delph. extat *die autem quarti aut quarte*.

NOTÆ

auctore Festo, compositum ex, nunc, et, die quarto, id est, nunc est dies quartus, et semper de præterito dicitur. Eadem est ratio hujus vocis nudiustertius.

[k] *Nuper, &c.*] Hoc versus genus dicitur scazon, estque iambici tetrametri species.

CAP. XXV.

Telorum et jaculorum gladiorumque, atque inibi navium quoque vocabula, quæ scripta in Veterum libris reperiuntur.

Telorum, jaculorum, gladiorumque vocabula, quæ in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum genera et nomina libitum forte nobis est sedentibus in rheda[a] conquirere: iisque vicem[5] aliarum ineptiarum vacantem stupen-

[a] *In curru.*

5 'Vulgo, *neque itidem*. Lipsius, *inque vicem*. C. Tor. *neque idem*.' Thys. 'Idque ipsum legitur in variis Mss. cum alii *nequidem*, vel *neque id*. Certe optime videtur Stephanus reparavisse Gellium, parte Lipsii conjecturæ admissa, parte in melius mutata, cum illud *vicem* sine præpositione in amet

temque animum occupare.[b] Quæ tum igitur suppetierant,[c] hæc sunt; hasta,[a] pilum,[b] phalarica,[c] semiphalarica,[6][d] soliferrea,[e] gesa,[7][f] lancea,[g] spari,[h] rumices,[i] trifaces,[8][k] tra-

[b] *Et loco cæterarum nugarum his rebus occupare animum nostrum otiosum ac segnem.* [c] *Venerant in mentem.*

Auctor. Hæc vero armorum vocabula toties considerata et exposita sunt, ut nunc idem facere velle sit alienissimum; unde Thysiana magnam partem rejeci.' *Jac. Gronov.*—6 'In Reg. et Lincoln. ea vox non extat: de aliis nihil notatum habeo.' *Idem.*—7 'Pro *gesa* plerique antiqui auctores *gæsa* scribunt. Hesychius γαισοὺς appellat. Legitur quoque *Gesæa*, prout edidit Stephanus, et in Regio erat *gesea*, in Lincoln. *gesaca.*' Jac. Gronov. 'Sed *gesæa* vitiose olim editum, ut jam admonuit Gasp. Barthius ad Stat. Thebaid. IIII. v. 64. ut ex poëtis apparet: nam Virgil. Æneid. lib. VIII. 'Gesa manu, scutis protecti corpora longis.' Et Statius loco supra adducto: 'Exultant: pars gesa manu, pars robora flammis.' Itaque aut *gesa* aut, quod magis placet, *gæsa* scribendum.' *Otho.* *Gæsa* habet Delph.—8 'Ita emendat Lipsius: vulgo erat *rumegestri, faces*, vel *falces*. Dividi debent voces quæ turpiter cohæserant.' *Thys.* 'Unde habeat illud *rumegestri*, non assequor, cum et ipse Lipsius I. Elect. 7. citet *rumigestri falces*, et in Mss. omnibus sit *rumi gestri faces*. Unde patet verissimum Lipsianum hoc, et cessent vel Turnebi *runæ cestri*, vel Thysii quoque *rumices cestri*, cum non quæratur, quomodo possit quoque legi, sed quid perspicue afferant libri veteres. Est tamen aliqua pars in hoc Jos. Scaligeri, ut qui rumices jam odoratus fuerat in Conjectaneis ad Varro-

NOTÆ

[a] *Hasta*] Dicitur tam de grandi illa qua cominus utuntur, quam de leviore quam eminus contorquent.

[b] *Pilum*] Teli genus vulgo quadratum, cujus ligno præfixum hastile tres cubitos longum loricas et scuta militum sæpe transfigebat. Dictum est, inquit Varro, ab omine, quod hostes feriret ut pilum sive pistillum.

[c] *Phalarica*] Quam sic describit Livius lib. XXI. 'Phalarica erat Saguntinis missile telum, hastili oblongo, et cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. Id sicut in pilo quadratum stuppa circumligabant linebantque pice. Ferrum autem tres in longum pedes habebat, ut cum armis transfigere corpus posset.' A turribus quas prisci phalas appellant, Isidoro teste, dicta est phalarica, quod hoc telo pugnetur de locis editis.

[d] *Semiphalarica*] Manu poterat torqueri, cum ad phalaricam sæpius adhiberentur balllistæ.

[e] *Soliferrea*] Tela tota ferrea.

[f] *Gesa*] Tela gravia Gallorum propria.

[g] *Lancea*] Hasta missilis: hanc esse vocem Hispanicam aiunt Varro et Gellius, Gallicam dicit Diodorus.

[h] *Spari*] Sparus, vel sparum, rusticum et militare, sed tamen minimi generis jaculum, ita dictum est, auctore Festo, quod passim pugnando spargeretur.

[i] *Rumices*] 'Rumex genus teli simile spari Gallici. Meminit Lucilius.' *Festus.*

[k] *Trifaces*] 'Trifax,' inquit Festus, 'telum longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur.'

gulæ,[l] frameæ,[m] mesanculæ,[9] [n] cateiæ,[o] rumpiæ,[p] scorpii,[q] sibones,[10] [r] siciles,[11] [s] veruta,[t] enses, sicæ,[u] machæræ,[x] spatæ,[y] lingulæ, pugiones,[z] clunaculæ.[12] [a] 2. De 'lingula,' quoniam est minus frequens, admonendum existimo, lingulam Veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem



nem pag. 58. ubi et ipse citat *rumigestri*.' Jac. Gronov.—9 Legendum monet Thys. *mesancula*.—10 '*Sibyna*. Ita recte emendat Turnebus: vulgo legebatur *sibones*.' Thys. 'Immo legebatur ante Turnebum *scibones*, eaque vox sane a me in Lincoln. reperta, ut potuerit in aliis quoque extitisse, obtinuit ad ipsum Stephanum usque, qui ex Mss. edidit *sibones*. Ita enim in illis legitur. Quod ab insequentibus plane ad Turnebi arbitrium mutari in vocem magis usurpatam non probo, præsertim cum illa vox varie hic illic scribatur *sibynæ*, *sybinæ*, συβήνη, ut nihil vetet eandem quoque pronuntiatam *sibon*; quippe et κέλητες *celoces*: unde id retinui.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. 'v. c. *Sibynæ*, al. *sibines*.'—11 Vid. Not. Var. 'Itane oportuit agere, ut primo dicas legi vulgo *silices*, deinde in quibusdam editionibus *siciles*, et in Badiana tantum esse *sicilices*? Quin scias in omnibus editis ab Aldo usque ad Stephanum legi clare *sicilices*; iste primus dedit *siciles*, quippe quod extabat in Ms. Regio, et ideo mutari non debuit. Scaligeriana reliqui, quoniam sunt doctiora, quam ut a me deleantur. Sed Thysii opus fuit non omittere Salmasiana ad Historiam Augustam pag. 273. omnino huc pertinentia.' *Jac. Gronov.*—12 'Aliter, *climaculæ*: sed recte Turnebus *clunaculum* emendavit.' *Thys.* '*Clunaculæ*. Ita habet ed. Jac. Gronovii, forte vitio librarii. Lege *clunacula*, uti probe monet Turnebus.' *Falster.* *Clunacula* dat Delph.—

NOTÆ

[l] *Tragulæ*] Hamatum teli genus, ab eo quod scuto infixum trahitur nomen habet auctore Festo.

[m] *Frameæ*] Frameam Germanicum esse vocabulum auctor est Tacitus lib. de Moribus Germanorum. Hastam significat.

[n] *Mesanculæ*] Telum missile, ἀπὸ τῆς μέσης ἀγκύλης, a 'medio amento,' sic dictum.

[o] *Cateiæ*] Tela Gallorum et Teutonum ferreis hinc inde clavis rigentia, quæ, ut ait Isidorus, non longe propter gravitatem evolarent, sed vi maxima obvia quæque perfringerent.

[p] *Rumpiæ*] Romphæam vocat Isidorus, aitque gladium esse ex utraque parte acutum.

[q] *Scorpii*] Instrumentum militare, quo torquebantur spicula: vulgus arcuballistam vocat.

[r] *Sibones*] Legendum putat Turnebus *Sibyna*, quod apud Illyricos telum est hastæ consimile. Dicitur et *sibuna* et *sibina* et *subina*.

[s] *Siciles*] Et *sicilices* interpretatur Scaliger esse vocem Magnæ Græciæ, qua intelligebant quicquid secandi vim haberet.

[t] *Veruta*] Tela quæ habent quasi verua præfixa. *Festus.*

[u] *Sicæ*] A secando sic appellatæ.

[x] *Machæræ*] Ἀπὸ τοῦ μάχεσθαι, quod est pugnare, quod iis soleant pugnare.

[y] *Spatæ*] Σπάθη Græce gladius est.

[z] *Pugiones*] Brevioris gladii genus, quod pugno facile apprehenditur. *Nonius.*

[a] *Clunaculæ*] 'Clunaculum cultrum sanguinarium dictum, vel quia bestiarum clunes dividit, vel quia ad clunes dependet.' *Festus.*

linguæ factum, cujus meminit Nævius in tragœdia Hesiona. Versum Nævii apposui:

'Sine mihi gerere morem videar[13] lingua;[14] verum lingula.'[d]

Item 'rumpia' genus teli est Thracæ nationis: positumque hoc vocabulum in Q. Ennii annalium quartodecimo. 3. Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, appellationes hæ sunt: gauli,[b] corbitæ,[15][c] caudiceæ,[d] longæ,[e]

[d] *Patere appareat me mihi obsequi non lingua sed gladio.*



13 Conjicit Thys. *utar haud lingua.*—14 '*Haud lingua.* Abest vocula *haud* a vett. ed. et c. Tor.' *Thys.* 'Ita habet Gellius a viro docto duas notas, in quarum neutra agnoscat vel minimum auxilium. Vocula *haud* est solius Stephani, in nullis Mstis, nullis ante eum editis reperienda, ut hinc debuerit deterreri ab ista conjectura *utar haud lingua*. In cod. Reg. est *videtur*. Quodcunque eligas, videtur nihil mutandum, utpote cum potuerint verba hujus versiculi in plures personas fuisse divisa, ut alter dixerit *sine mihi gerere morem*, alter *videtur lingua*, nempe tibi morem geras; cui subjicit rursum prior forsan sciscitans *verum lingula?* nempe an licebit mihi morem gerere?' *Jac. Gronov.* *Haud lingua* dant Lugd. Bat. Delph.—15 'Ita in hoc loco actum est, ut quæ nota erant, omnes voluerint scribere; quæ obscura et remota, nullus attigerit. Mireris universa hæc non fuisse digna habita ab Nonio, quorum per singula iret ad illustrandum, dum excerpit quædam in capite de Genere navigiorum pag. 532. porro Bayfium citare, nec quicquam movere præter *lenunculum*, quam vocem male spectavit etiam Lud. Carrio ad Sallustii fragmenta pag. 137. etiam Rycquio ad Tacitum XIV. Ann. 5. afferente, in nonnullis codicibus apud Gellium legi vocabulum *remunculorum*, et ideo nec ipsum spernendum; cum si loquitur de editis, omnes ab Aldo ad Stephanum ita exhibeant; sin de Mstis, ne unus quidem, quippe in quibus omnibus video *remunculorum*: rursus Cl. Schefferum in militia navali pag. 83. tantum tentare quandam partem, ut corrigat *Actuariæ quas Græci ἱστιοκώπους vocant vel ἐπακτρίδας*, cum sciret, certe scire deberet, ab Salmasio ibi repositum fuisse *ἐπικώπους vocant vel ἐπιβατίδας*, quod rideas ab Frisica simia in se transferri in Arriani editione pag. 381. In Msstis autem est *Græci istoopus*; ubi clare patet *κώπους*. Quod difficillimum est, certe mihi videtur, *vel gesoretæ* (*gesoretæ* in editionibus ante Stephanum, quæ tamen in indices retulerunt utrumque ut sciverint) *vel horiolæ*, destituitur ab omnibus, pro quo Stephanus edidit *vel gesoretæ vel orcæ*. Sed in Msstis est *orioles cattæ* pro *oriolæ stlatæ*, ut habet etiam Aldus et reliquus editionum grex, quibus oriolis palam convenirent aptissime *serilla*, quæ Verius opinabatur appellari navigia Istrica, sed

NOTÆ

[b] *Gauli*] Gaulus ex Festo est navigium prope rotundum, simile gaulo qui poculi genus erat.

[c] *Corbitæ*] Dicuntur 'naves onerariæ, quod in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi.' *Festus.*

[d] *Caudiceæ*] Naves caudicariæ sunt, quæ ex tabulis crassioribus compinguntur. Antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant. *Varro.*

hippagines,[f] cercuri,[g] celoces,'[h] vel, ut Græci dicunt, 'celetes, lembi,[i] oriæ,[k] lenunculi,[l] actuariæ,'[m] quas Græci ἱστιοκώπους vocant vel ἐπιβατίδας,[n] prosumiæ,[o] vel geseoretæ, vel horiolæ, stlatæ,[p] scaphæ,[q] pontones,[r] acatiæ,[s] hemioliæ,[t] phaseli,[u] parones,[x] myoparones,[y] lintres,[z] cau-

contradicente Festo, quem vide. In literis autem *vel ges* sunt vestigia vocis *holcades*, in literis *eoretæ* Græcorum κωπήρη. Hoc nescio, cur *scaphæ* in editionibus postremis sint omissæ, quas restitui ex Mss. fide. Etiam in voce *modiæ* (Stephanus edit *mœdiæ*, ex qua correxerunt *hemioliæ*, nec improbo) videretur potius latere *schediæ*.' Jac. Gronov. Vid. Not. Var. *Quas Græci ἱστιόποδας vocant vel ἐπακτρίδας* Delph. Ascripsit Sciopp. '*Græci πρόπλους vocant*.' Al. *pontones, vætitiæ*. Ascripsit Sciopp. *pontones vetutiæ*. Pro *hemioliæ* dat Delph. *mœdiæ*.

NOTÆ

[e] *Longæ*] Primo quidem rotundæ naves; tum longæ fuerunt in usu.

[f] *Hippagines*] Naves quibus equi vehuntur. *Festus*.

[g] *Cercuri*] Naves sunt Asianæ pergrandes, teste Nonio; ita dictæ, ut vult Suidas, ab insula Κερκύρα, quæ Latinis Corcyra.

[h] *Celoces*] 'Celox est breve navigium, sic dictum a celeritudine.' *Nonius*.

[i] *Lembi*] Naviculæ breves piscatoriæ. *Nonius*.

[k] *Oriæ*] Oria navicula modica piscatoria. *Fulgentius*.

[l] *Lenunculi*] Navigia piscatoria.

[m] *Actuariæ*] Naviculæ celeres ita dictæ, teste Nonio, quod cito possint agi.

[n] 'Ἐπιβατίδας ['Ἐπακτρίδας] Legunt hic alii *Epicaridas*, alii ἐπιπαράλους, quod ejusmodi cymbæ semper littus legant: alii ἐπιβατίδας, alii divinant ἐπακτίδας.

[o] *Prosumiæ*] 'Genus navigii,' auctore Festo, 'speculatorium parvum:' non differt a Geseoretis et oriolis.

[p] *Stlatæ*] Navigium latum magis quam altum, a latitudine sic appellatum, sed ea consuetudine qua stlocum pro locum dicebant. *Festus*.

[q] *Scaphæ*] Navigiola, quæ navim majorem sequi solent alligata, ἀπὸ τοῦ σκάφειν, quod sint concava, sunt denominatæ scaphæ.

[r] *Pontones*] Naves tardiores quæ trajiciendis fluviis loco pontium adhibentur; genus est Gallicarum navium, ut ait Cæsar.

[s] *Acatiæ*] Mirum quam hic variæ sint lectiones: habet Ascensius *Noctutiæ*, alius *Naxiurgæ*; H. Stephanus *Vætitiæ*; Acatium certe genus est navigii actuarii, ἀκάτιον Græcis notissimum.

[t] *Hemioliæ* [*Mœdiæ*] Idem fortasse quod Midium, auctore Festo, navigii genus. Nonnulli legunt *Hemioliæ*.

[u] *Phaseli*] Phaselus, navigii genus, onerariæ et longæ triremis speciem referebat, et velis et remis agebatur.

[x] *Parones*] A Pariis inventum navigii genus: piratis in usu fuit.

[y] *Myoparones*] Piratica navis, ex duabus dissimilibus, teste Festo, formata; nam midion et paron per se sunt navigia.

[z] *Lintres*] Naviculæ ex arbore concava factæ, ad trajiciendos fluvios comparatæ: a Germanis inventas tradit Nonius.

puli,[a] camaræ,[b] placidæ, cydarum,[c] ratariæ, catascopium.[d]

NOTÆ

[a] *Caupuli*] Sive, ut alii legunt, *capuli*, naves a capiendo denominatæ.

[b] *Camaræ*] Sive *cameræ*, de quibus sic Tacitus lib. III. Histor. 'Quin et barbari,' Ponti ac Bospori accolæ, 'contemtius vagabantur fabricatis repente navibus, quas cameras vocant, arctis lateribus, lata alvo, sine vinculo æris aut ferri connexa.'

[c] *Cydarum*] Navigii genus est Græcis κύδαλος et κύδαρος sive κύδαρον.

[d] *Catascopium*] Navigium est exploratorium a voce Græca κατασκοπεῖν 'speculari' derivatum.

CAP. XXVI.

Inscite[a] *ab Asinio Pollione reprehensum Sallustium, quod* transfretationem transgressum *dixerit, et* transgressos *qui* transfretassent.

Asinio Pollioni[a] in quadam epistola, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam aliis C. Sallustii[16] iniquis dignum nota[b] visum est, quod in primo historiarum maris transitum transmissumque navibus factum, 'transgressum' appellavit; eosque, qui fretum transmiserant, quos 'transfretasse' dici solitum est, 'transgressos' dixit. Verba ipsa Sallustii posuit: 'Itaque Sertorius,[b] levi præsidio relicto in Mauritania,[17] [c] nactus obscuram noctem, æstu secundo

[a] *Indocte.* [b] *Reprehensione.*

16 'Stephanus etsi ita edat, tamen censet scribendum *Sallustio*. Vett. editt. habent *C. Sallustius inique dignus nota visus est.*' Thys. 'Sed quod edidit Stephanus, hausit procul dubio ex Mss. cum ita legatur in Reg. Lugd. utroque, Petav. Id mirum, quod tamen scribendum censet *Sallustio*. Vix credideris ab ingenio ejus id venire, si scias ita plane in Regio legi, cum reliqui consentiant in genitivum *Sallustii*. Utrumque ferri potest.' *Jac. Gronov.*—

NOTÆ

[a] *Asinio Pollioni*] Hic ipse est, cui quartam Eclogam cecinit Virgilius: vir eloquentiæ laude, Augusti amicitia, censuræ literariæ severitate, relato de Dalmatis triumpho celeberrimus, e vita decessit in villa Tusculana ætatis an. LXXX.

[b] *Sertorius*] De Sertorio consule superiores Notas.

[c] *Mauritania*] Triplex est: altera

furtim aut celeritate [18] vitare prælium in transgressu conatus est:'[c] ac deinde infra ita scripsit: 'Transgressos omnis recipit mons præceptus [19] a Lusitanis.'[d] 2. Hoc igitur et minus proprie et ἀπερισκέπτως et nullo gravi auctore [20] dictum aiunt: nam 'transgressus,' inquit, a transgrediendo dicitur,[1] idque ipsum ab ingressu et a pedum gradu appellatum: idcirco verbum, 'transgredi,' convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus; sed his solis qui gradiuntur et pedibus iter emetiun-

[c] *Cum vidisset noctem tenebrosam, contendit declinare prælium occulte aut velocitate fugæ, favente maris æstu.*

[d] *Universi transgressi se contulerunt ad montem quem Lusitani prius occupaverant.*

17 Lipsius legit *in Mauritaniam.*—18 'Vulgata in Agellio lectio concipitur, *furtim aut celeritate.* Quid si legamus *furtim abiit, celeritate vitare prælium in transgressu conatus* postrema voce inducta? Certe *avit* pro *abit* tralaticius error. Ita Lipsius.' *Thys.* 'Quorum nulla pars probatur ab codicibus scriptis in editum consentientibus; quod etiam cur non bene se habet, cum plus vice simplici Sertorius potuerit id fretum trajecisse? Attamen Schefferi codex legebat *Mauritaniam.*' Jac. Gronov. 'Quidam legunt, *furtivaque celeritate.* Achilles Statius, *furtim ac celeri rate:* forsan *furtiva celoce.* Lipsius *furtim abiit.*' Thys.—19 Vulgo in quibusdam edd. legitur *receptus.*—20 '*Minus proprie et nullo gravi auctore.* Ita huc usque legitur Gellius perinde solicitis editoribus, quam fuerunt librarii scribæ maximam partem, unde hic locus erit satis magnum ornamentum hujus editionis et paternæ meæque industriæ. Nam memini, quemadmodum hæserim cum Parisiis conferens codicem Regium in eo reperirem *minus proprie .. GR. et nullo*, posita litera S super illam R. ut sic palam indicaret excidisse aliquid Græcum. Id neglectum a Stephano, prætermissum ab Salmasio annotavit et Bourdelotius, et Lambecius, et frater. Nequivimus ultra procedere. Sed laudabiliter occurrit Lugdun. major exhibens *proprie* ET aΠePICKEητωC *et nullo*; id quod præclare spectavit pater et instauravit Gellium eo adverbio, quo nunc contextum Auctoris a me auctum vides.' *Jac. Gronov.* *Minus p. et n. g.* Lugd. Bat. Delph.—1 'Cod. Torn. *dicuntur.*' Thys. 'Item Lugdun. maj. Similiter editiones, sed quæ item exhibebant *transgressus et ingressus, inquit, a transg.*'

NOTÆ

Cæsariensis respondet regioni, quæ jam dicitur *Royaume d'Alger:* altera Tingitana, de qua hic agitur, nunc dicitur vulgo *Royaume de Maroch et de Fez*, ex qua brevissimus est in Hispaniam trajectus: tertia Sirifensis, hodie *Steffe.* Tres illæ provinciæ partim ad mare Mediterraneum, partim ad Atlanticum sitæ sunt.

[d] *Lusitanis*] Populis Hispaniæ, quorum regio jam Portugallia dicitur, ex eo quod, ceteris urbibus a Mauro occupatis, Durius Lusitaniæ fluvius Gallicis navibus patebat, unde vicina regio portus Galliæ dictus est: alii a Portu et Cale oppidis ad ostia Durii vocis originem deducunt. Certe castri Portucale meminit Hydatius in chronico ad an. Christi circiter CCCÇLIV. ex quo traductam provinciæ appellationem suspicamur.

tur:[e] propterea negant apud scriptorem idoneum aut navium 'transgressum' reperiri posse, aut pro transfretatione 'transgressum.' 3. Sed quæro ego, cur non, sicuti 'cursus' navium recte dici solent, ita 'transgressus' etiam navibus factus dici possit: præsertim cum brevitas tam angusti freti,[e] qui[2] terram Africam Hispaniamque interfluit, elegantissime transgressionis vocabulo quasi paucorum graduum[f] spatium definita sit. Qui auctoritatem autem requirunt, et negant dictum ingredi transgredive in navigantibus; volo uti respondeant, quantum existiment interesse, ingredi atque ambulare.[3] Atqui Cato in libro de re rustica, 'Fundus,' inquit, 'eo in loco habendus est, ut et oppidum prope amplum sit, et mare aut amnis, qua naves ambulant.'[f] 4. Appetitas porro hujuscemodi translationes habitasque esse pro honestamentis[g] orationis Lucretius quoque testimonium in hac eadem voce dicit: in quarto enim libro clamorem per arterias et per fauces gradientem dicit, quod est nimio confidentius,[h] quam illud de navibus Sallustianum. Versus Lucretii hi sunt:[4]

'Præterea radit[5] vox fauces sæpe, facitque
Asperiora foras gradiens arteria[6] clamor.'[i]

[e] *Faciunt.* [f] *Qua naves ire possint.* [g] *Elegantiis.* [h] *Audacius.*
[i] *Insuper vox sæpe offendit fauces, et clamor erumpens foras reddit arteriam asperiorem.*

Jac. Gronov.—2 'Quid est, quod mutans Stephanus edidit *angusti freti, qui*, cum legeretur *quod?* Id scias ab eo factum ex fide Msstorum, in quibus aut ita legitur ut Lugd. min. Petav. Lincoln. aut *fretu qui*. Unde Pater præclare restituebat *angusti fretus, qui*: quod confirmat ipse Gellius XIII. 20. et insuper Nonius Marcellus variis exemplis astructis docet.' *Jac. Gronov.*—3 'Ex uno Petaviano notatum video, *interesse inter ingredi atque ambulare*.' Idem.—4 'In vett. editionibus duo hi præcedentes versus adduntur, *Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est, Et sonitum, quoniam possint impellere sensus*.' Thys. 'Sed a Mss. absunt, ut merito omiserint.' *Jac. Gronov.*—5 Vett.

NOTÆ

[e] *Freti*] Fretum est mare inter duas terras coarctatum. Porro illud quo Africa separatur ab Hispania, de quo jam agitur, dicitur Gaditanum, vulgo *Detroit de Gibraltar*, cujus latitudo non nisi ad sex leucas Gallicas extenditur.

[f] *Graduum*] Gradus hic sumuntur pro locorum intervallis juxta geographorum morem, qui gradibus cum longitudinis tum latitudinis terram dividunt. Quanquam non hic stricta ac propria significatione gradus est accipiendus, qui ad viginti quinque

Propterea Sallustius in eodem libro non eos solum, qui navibus veherentur, sed et scaphas quoque nantes progressas dicit. Verba ipsa de scaphis posui: 'Earum [6] aliæ paululum progressæ nimio simul et incerto onere,[k] cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur.'

[k] *Hinc inde incumbente.*

edd. *Præterradit enim.* Pro *radit* ascripsit Sciopp. *trudit.*—6 Ms. Buslid. *eadem.*

NOTÆ

leucas Gallicas solet referri.

g Asperiora . . . arteria] Arteria vena est qua vitalis spiritus emittitur; licet autem alibi sit generis fœminini, tamen hic in neutro genere usurpatur a Lucretio. Per arteriam igitur clamore factam asperiorem intelligenda est raucedo quam clamor inducit.

CAP. XXVII.

Historia de populo Romano deque populo Pœnico, quod pari propemodum vigore fuerint æmuli.

In literis veteribus memoria extat,[a] [7] quod par fuit quondam vigor et acritudo [b] amplitudoque populi Romani atque Pœni: [c] neque immerito æstimatum.[d] Nam cum aliis quidem populis [8] de [e] uniuscujusque reipublicæ,[9] cum Pœnis autem de omnium [10] terrarum imperio decertatum. Ejus

[a] *Scriptum est.* [b] *Fortitudo.* [c] *Carthaginiensis.* [d] *Id creditum est.* [e] *Imperio habendo.*

7 '*Memoria extat.* Non opinor fuisse aliquam peculiarem causam Thysio, ut vocem primam expelleret, optime cognitam in Mss. et editis: credo fuisse typorum mendum.' *Jac. Gronov.*—8 'Henr. Stephanus est, qui primus edidit *æstimatum*, pro *existimatum*, quod habent anteriores editi contra fidem Mss. in quibus omnibus video *æstimatum*. Sed debuit progredi; quippe cum sequens vocula *nam* similiter in nullo extet antiquo codice; ut haud dubie juncta omnia posuerit Gellius: *Neque immerito æstimatum cum aliis quidem populis de un. reip. cum P. a. d. o. t. imperio decertatum:* ubi quod adjiciebatur verbum *est*, plane etiam ab otiante manu venit, nuspiam in Mss.' *Idem.* '*Nam cum aliis.* Abest vox prior.' *Sciopp.* 'Recte vidit Jac. Gronov. non solum de omittenda particula *nam*, sed etiam de verbo *æstimatum*.' Otho.—9 Ascripsit Sciopp. *Republica.*—10 Idem ascripsit *omni.*—11 'Vett. editt. *quum.*'

rei specimen est in illo utriusque populi verbo factum, quod [11] Q. Fabius [a] imperator Romanus dedit ad Carthagienses Epistolam, ubi [12] scriptum fuit populum Romanum misisse ad eos hastam [b] et caduceum, [c] signa duo belli aut pacis: ex quis [f] utrum vellent eligerent; quod elegissent, id unum ut esse missum existimarent. Carthaginienses responderunt neutrum sese eligere: sed posse qui attulissent utrum mallent relinquere; quod reliquissent, id sibi pro lecto [13] futurum. [g] Marcus autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesserulas: in quarum altera caduceum, in altera hastæ simulacra fuerunt incisa.

[f] *Quibus.* [g] *Se credituros hoc esse missum.*

Thys. 'Sane invitis codicibus antiquis: verum nec τὸ *quod* in illis est. Habent omnes *factumq. quæ Fab.* aut *factumque Q. Fab.* Cur igitur non dedit Stephanus, qui prior mutavit *factum*, *quo Q. Fabius?*'' Jac. Gronov.—12 Aliter *ibi*.—13 'Aliter, *electo*.' Thys. 'Unus Regius servat compositum: ceteri habent *prælectos*, *prefecto*, quæ dirigunt ad simplex, quod reposuit Stephanus. In præcedentibus plerique scripti innuunt, *quod elegissent ad unum*.' Jac. Gronov.

NOTÆ

[a] *Q. Fabius*] Vide quæ supra jam animadvertimus.

[b] *Hastam*] Signum belli fuit hasta, quam feciales, penes quos erat belli denuntiandi cura, in terram hostilem jaculabantur.

[c] *Caduceum*] Virga quam serpentes duo, media sui parte connexi, superiore in se reflexi, complectebantur: propria fuit Mercurii, qui ut eloquentiæ Deus ac nuntius Deorum dissidia componebat. Hinc Romani non alio belli finiendi ac pacis restituendæ signo usi sunt. Caduceatoresque legati de pace dicebantur a caduceo quem manu gestabant.

CAP. XXVIII.

De ætatum [14] *finibus* pueritiæ, juventæ, senectæ, *ex Tuberonis historia sumtum.*

C. TUBERO [15] in historiarum primo scripsit Servium Tul-

14 Quædam edd. habent *ætatium*.—15 Vide lib. VI. c. 3. ubi licet bis dicatur simpliciter *Tubero*, ut hic quoque edebatur ante Stephanum, tamen rite nunc apponitur prænomen ex Mss. in quibus est vel *K. Tubero* vel *C. Tub.*

lium, regem populi Romani, cum illas quinque classes,[a] [16] juniorum [17] census faciendi gratia,[b] institueret, pueros esse existimasse, qui minores essent annis septemdecim: atque inde ab anno septimodecimo, quo idoneos [18] jam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsisse:[a] eosque ad annum quadragesimum sextum juniores,[b] supraque eum annum seniores appellasse. Eam rem propterea notavi,[19] ut discrimina quæ fuerint judicio [20] moribusque majorum pueritiæ, juventæ, senectæ, ex ista censione Servii Tullii prudentissimi regis noscerentur.

[a] *Illos quinque ordines.* [b] *Ad recensendos omnes suos subditos.*

idem Stephanus mox omisit voculam *is*, quæ itidem est in Mss.' *Jac. Gronov.*—16 'Potius *sex classis* dicendum fuerat.' *Thys.*—17 'Forsan hoc irreptitium, vel legendum *seniorum et juniorum:* nam utrique in classibus erant.' *Thys.* Alii distinguunt *quinque classes juniorum, census.* 'Vide sis, an non potius hæc verba ita sint collocanda ac distinguenda: *cum illas quinque classes institueret, juniorum census faciendi gratia pueros esse existimasse, qui, &c.* id est, ut juniorum ratio haberi posset, ante omnia puerilem ætatem definisse. Ceterum pro *quinque* lege *sex;* quippe in numerorum notis hic peccatum esse puto, ut sæpe alibi: et pro *esse*, mallem *eos*.' Otho.—18 '*Quod idòneos.* Ita Stephanus, cum ederent *quos:* et illud reor esse in quibusdam scriptis. Sed Reg. S. Marci Flor. Mem. Pet. *quo idoneos*, idque eligo.' *Jac. Gronov.*—19 Al. *propterea notavit.*—20 Vett. edd. *indicio.*

NOTÆ

[a] *Milites scripsisse*] Scribere militem et legere idem erat apud Græcos et Romanos, quia cum primum electi fuerant milites, in tabulas referebantur, ut memoria nominum et stipendiorum publice extaret.

[b] *Juniores*] Neque mirum cuiquam videatur, si qui annum quadragesimum excesserant, juniores etiam tum appellabantur, cum vel post trigesimum annum Romani dicerentur adolescentes, ipseque C. Cæsar a Sallustio vocetur adolescentulus quo tempore erat Pontifex Maximus, ideoque saltem trigesimum octavum annum attigerat.

CAP. XXIX.

Quod particula, atque, *non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque.*[a]

'ATQUE' particula a grammaticis quidem conjunctio esse

[a] *Non tantum est pars orationis conjunctiva, sed habet plures ac diversas significationes.*

dicitur connexiva; et plerumque sane conjungit verba et connectit: sed interdum alias quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum literarum tractatione atque cura exercitis. Nam et pro adverbio valet, cum dicimus; 'aliter ego feci atque tu:' significat enim, 'aliter quam tu,' et gemina si fiat,[b] [1] auget intenditque rem, de qua agitur: ut animadvertimus in Q. Ennii annalibus, nisi memoria in hoc versu labor: [2]

'Atque atque [c] accedit muros Romana juventus.'

2. Cui significationi contrarium est, quod itidem a Veteribus dictum est, 'deque.' Et præterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est, 'statim:' quod in his Virgilii versibus existimatur obscure et insequenter [d] [3] particula ista posita esse.

'sic omnia fatis [e]
In pejus ruere, ac retro sublapsa referri,
Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit,
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.'

[b] *Si conduplicetur.* [c] *Properanter.* [d] *Sine connexione.*
[e] *Ita res omnes fato abeunt in deteriorem statum, et ad ruinam sponte inclinant. Similiter ac nauta qui adversus cursum aquæ remis impellit navigiolum, si forte desinat remigare, statim illum aqua rapida abripit in præceps per defluentem amnem.*



1 'Ita Mss. et priores editi; quod cur Stephanus contulerit in *fiet* causam ignoro. Tum Regius habebat *significatur enim.*' Jac. Gronov.—2 'Forsan scribendum, *labat.*' Thys. 'Quod unde habeat, tacet. Sed scias in Regio Ms. aut sic legi, aut *labar*, qui mox semel tantum agnoscit *atque.*' Jac. Gronov.—3 'Aliter, *infrequenter.*' Thys. 'Hoc quidem extat in Lugd. min. sed prius in aliis, uno etiam *sequenter.*' Jac. Gronov.

AULI GELLII
NOCTIUM ATTICARUM
COMMENTARIUS.
LIBER XI.[4]

CAP. I.

De origine vocabuli terræ Italiæ, deque ea mulcta quæ supre-ma *appellatur, deque ejus nominis ratione:*[a] *ac de lege Ateria, et quibus verbis antiquitus mulcta minima dici solita sit.*

TIMÆUS[a] in historiis, quas oratione Græca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in antiquitatibus re-

[a] *Interpretatione.*

4 'In principe Ven. edit. anni 1477. hic legitur DECIMUS, contra in quodam Ms. *Explicit lib.* XI. *Incipit* XII.' *Thys.* 'Atqui id non debet peti ex quodam Ms. quod communiter in omnibus extat, certe nostris.' *Jac. Gro-*

NOTÆ

[a] *Timæus*] Historicus Tauromenii in Sicilia natus, CCC. circiter ante Christi ortum anno floruit, regnante Agathocle, cui ob indictum exilium ulciscendi studio fuit prætermodum infensus, adeoque in hujus principis rebus nullam, auctore Suida, fidem meretur. Varia fuit de ipso Veterum sententia: Cic. libro II. de Oratore videtur 'post Callisthenem longe eruditissimus, et rerum copia et sententiarum varietate et ipsa compositione verborum non impolitus.' Eum alii censuere nullo delectu quidlibet in suas historias infersise, adeo ut quod referunt Hesychius et Suidas γραοσυλλέκτρια, id est, anus collectrix, vocaretur. Ait Diodorus Siculus libro V. eum propter intempestivas reprehensiones ἐπιτίμαιον, id est, repre-

rum humanarum terram Italiam de Græco vocabulo appellatam scripserunt; quoniam boves Græca vetere lingua ἰταλοὶ vocitati sunt, quorum in Italia magna copia fuerit: bucetaque[5] [b] in ea terra gigni pascique solita sint complurima.[6] 2. Conjectare autem possumus ob eandem causam, quod Italia tunc esset armentosissima,[b] mulctam, quæ[7] appellatur 'suprema,' institutam in singulos[8] duarum[c] ovium, boum triginta:[c] pro copia scilicet boum, proque ovium penuria: sed cum ejusmodi mulcta pecoris armentique a magistratibus dicta erat, addicebantur[9] boves ovesque alias pretii parvi, alias majoris:[d] eaque res faciebat inæqualem mulctæ pœnitionem:[e] [10] idcirco postea lege Ateria[11] [d] constituti sunt in oves singulas æris deni,[e] in

[b] *Plena armentis.* [c] *In utramque duarum ovium et in singulos boum triginta.*
[d] *Pro bobus et ovibus pretium aliquando magnum, aliquando parvum exigebatur.*
[e] *Pœnam.*

nov.—5 Al. *bucera.*—6 Alii legunt, *compluria.*—7 Ascripsit Sciopp. *mulctamque quæ.*—8 '*In singulos dies* Cod. Torn.' *Thys.* 'Nequaquam sic ille solus, sed et S. Marci Flor. uterque Lugd. Pet. et editi tantum non omnes usque ad Stephanum, qui substantivum omisit tum in hoc loco, tum infra, ubi edebatur *mulctam dicere in dies singulos,* prout habent etiam Mss. Unus est Regius codex, qui locum mutat exhibendo *institutam in dies singulos* pari ordine, quo infra; ut hæc mutatio posset movere aliquid suspicionis. Pater dubitabat, numquid scripsisset Auctor *in singulos reos?* Nisi lex Ateria innuere voluerit, eum cui ob culpam admissam mulcta dicta fuerit hodie, nisi die sequenti veniat excusatum se magistratui purgatumque, denuo mulctari, idque usque per dies singulos iterari, donec huc descendat, easque mulctas esse destinato modo isto institutas; opinarer Auctorem dedisse *in singulas vices.*' Jac. Gronov.—9 'Aliter perperam *adigebantur.*' Thys. 'Nemo ex scriptis aliter, quam est in editis, nisi quod unus Lugd. maj. et quidem in raso, habeat *adiebantur.*' Jac. Gronov. *Adigebantur* probat Otho.—10 Idem legendum censet *mulctæ pensionem.*—11 Pighius exprimit *Aretina.* Edd. Aldi, Cervicorni, Badii, Gryphii, *Aterina.* Reg. S. Marci Flor. Lugd. maj. et Petav.

NOTÆ

hensorem, fuisse nuncupatum. Eum annos XCVI. vixisse testatur Lucianus in Macrobiis.

[b] *Buceta* [*Buceraque*] Cum Badio legimus *bucera,* quæ vox ab Ovidio usurpata boves cornutos significat.

[c] *In singulos duarum*] Nempe si cui fuissent oves plurimæ, non exigebatur mulcta nisi in duas oves. Pariter si quis boves supra triginta numerasset, non solvebat pretium nisi pro triginta.

[d] *Lege Ateria*] Quæ et Tarpeia dicitur a Festo, quod eam tulerint Sp. Tarpeius et A. Aterius Coss. anno U. C. CCXCVIII. ante Christum CCCCLVI. Ea cautum est, ut bos centussis, ovis decussis æstimaretur.

[e] *Æris deni*] Asses decem Romani denarium confecere, qui moneta nostrate appensus Gallicos tres asses et semissem valebit.

boves æris centeni.[f] [f] 'Minima' mulcta est ovis unius. 3. 'Suprema' mulcta[g] est ejus numeri, cujus diximus: ultra quem[12] mulctam dicere in singulos jus non est; et propterea 'suprema' appellatur, id est, summa et maxima. Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more majorum mulcta dicitur vel minima vel suprema; observari solet, ut 'oves' genere virili appellentur: atque ita M. Varro verba hæc legitima, quibus minima mulcta diceretur, concepit:[g] 'M. Terentio[13] quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei[14] unum ovem mulctam dico:'[h] ac nisi eo genere diceretur, negaverunt justam videri mulctam. 4. Vocabulum autem ipsum 'mulctæ'[h] idem M. Varro uno et vicesimo[15] rerum humanarum non Latinum, sed Sabinum esse dicit; idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti: sed turba grammaticorum novitia κατ' ἀντίφρασιν,[i] ut quædam alia, hoc quoque dici tradiderunt. 5. Cum autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique Veterum locuti sunt, 'mulctam dixit,' et, 'mulcta dicta est;' non esse ab re[i] putavi notare, quod M. Cato aliter dixit: nam in quarto Originum verba hæc sunt:

[f] *In oves singulas asses decem, et in boves centum asses.*
[g] *Retulit.* [h] *Exigo solvendam.* [i] *Alienum.*

Aternia. Lugd. min. *Paternia.* Linc. *eternia.*—12 'Ita antiquior Ms. al. *quam.*' Sciopp.—13 Al. *M. Terentius.*—14 Omittit Brissonius, *ei.*—15 Vet. cod. ap.

NOTÆ

[f] *Centeni*] Decies tanto æstimabatur: hæc summa ad nostros calculos revocata triginta quinque Gallicos asses æquabit.

[g] *Suprema mulcta*] Colligebatur ex triginta bobus. Porro cum in quoslibet boves centussis exigeretur, in triginta boves solvebantur assium tria millia, ex quibus quinquaginta duæ libræ et decem asses nostrates confient. Minima autem mulcta cum esset ovis unius, assium denum erat.

[h] *Mulctæ*] Eidem Varroni si credimus, hinc mulcta dicta est, quod singula ob peccatum exigerentur, ut ovis aut bos, singula autem appellabantur mulcta, quod olim unum dicerent mulcta.

[i] *Κατ' ἀντίφρασιν*] Antiphrasis figura est qua per contrarium verba dicuntur, ut bellum quod sit minime bellum, lucus quod minime luceat.

'Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei mulctam facit:' potest autem videri consulta elegantia[16] mutasse[17] verbum, cum in castris et in exercitu mulcta fieret; non in comitio nec ad populum diceretur.[18]

Thys. *undevigesimo.* Vulg. *in uno et vicesimo.* Mss. omnes, *uno vicesimo.*—16 Badius legit, *consulto elegantiæ vitasse verbum* aut *elegans verbum.*—17 'Aliter, *vitasse,* in Ms. *visitasse,* forsan *vitiasse.*' Thys. 'Variam hanc lectionem verbi *visitasse* Bourdelotius ascripsit editioni Badianæ; ego in nullo Msto vidi aut ab aliis notatam scio. Neque vero inde oportuit conjectare *vitiasse.* Per fidem! quis ita judicaret de Catone, nisi Thysius? Ne memoria quidem ejus ineptiæ aut litura extare debuit. Sed aliter ipse voluit.' *Jac. Gronov.*—18 Ascripsit Sciopp. '*f. in comitio vero et apud populum, diceretur.*'

CAP. II.

Quod elegantia *apud antiquiores non de amœniore ingenio, sed de nitidiore cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.*

'ELEGANS'[19] homo non dicebatur cum laude; sed id fere verbum ad ætatem M. Catonis vitii, non laudis, fuit: est namque hoc animadvertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis,[20] qui inscriptus est, Carmen[a] de moribus. Ex quo libro verba hæc sunt: 'Avaritiam omnia vitia habere putabant; sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus[a][1] qui habebatur, is laudabatur:' ex quibus verbis apparet 'elegantem' dictum antiquitus, non ob ingenii elegantiam,[2] sed qui nimis lecto amœnoque cultu victuque esset. Postea 'elegans' reprehendi quidem desiit; sed laude nulla dignabatur,[b] nisi cujus elegantia erat modera-

[a] *Inutilis.* [b] *Nullam laudem significabat.*

19 Alii scribunt *Eligans.*—20 *Catonis* deest in Cod. Torn.—1 Legitur quoque *inritus.* In Reg. et S. Marci, aliisque *irritusque* vel *inritusque,* in Scheff. *iritus.*—2 Vett. edd. *non ab ingenii elegantia.*—3 'Vett. edd. *multa:* idque

NOTÆ

[a] *Carmen*] Non solum vocatur carmen poëma certis quibusdam numeris astrictum, sed etiam formulæ conceptis verbis ac solennibus expressæ ac præcepta dicuntur carmina.

tissima. Sic M. Tullius L. Crasso et Q. Scævolæ non meram elegantiam, sed multam [3] parsimonia mistam laudi dedit: 'Crassus,' inquit, 'erat parcissimus elegantium;[b] Scævola parcorum elegantissimus.' 2. Præterea ex eodem libro Catonis hæc etiam sparsim[c] et intercise commeminimus: 'Vestiri,' inquit, 'in foro honeste mos erat: domi quod satis erat:[d] equos carius quam coquos emebant: poëticæ artis honos non erat: si qui in ea re studebat, aut sese[4] ad convivia[5] applicabat, grassator[e] vocabatur.' Illa quoque ex eodem libro præclaræ veritatis sententia est: 'Nam vita,' inquit, 'humana prope uti ferrum est; si exerceas, conteritur: si non exerceas, tamen rubigo interficit: item homines exercendo videmus conteri: si nihil exerceas; inertia atque torpedo[e] plus detrimenti facit, quam exercitio.'[6]

[c] *Hinc inde scripta.* [d] *Mos erat domi vestiri tenui sumtu.* [e] *Languor.*

apparet placuisse patri, quamvis accusativus firmaretur ab scriptis.' *Jac. Gronov.*—4 Ascripsit Sciopp. *aut si se.*—5 'Male Barthius legit *convicia.*' Thys.—6 Ascripsit Sciopp. *exercitium.* 'Antiquissima ed. Ven. an. 1472. aliæque habent *exercitatio.* Retine vulgatum *exercitio.*' Falster.

NOTÆ

[b] *Parcissimus elegantium*] Scilicet Crassus, inter eos qui in victu et cultu nitidi essent, erat maxime omnium parvo contentus: Scævola vero, ex iis omnibus qui frugales erant, ad splendorem maxime accedebat.

[e] *Grassator*] Grassari, teste Nonio, dictum ab Antiquis pro adulari; unde poëtæ et parasiti in principum laudes plerumque effusi grassatores quasi adulatores vocabantur.

CAP. III.

Qualis quantaque sit, pro, *particulæ varietas, deque exemplis ejus varietatis.*

Quando ab arbitriis[7] [a] negotiisque otium est, et motandi

7 Aliter *arbitris.*—8 'Nihil moveo. Sed tamen aperte habet Ms. Reg. *et*

NOTÆ

[a] *Arbitriis*] Cum judicis integerrimi partes sæpe Gellius explevisset, multi litis vitandæ causa ad ejus arbitrium sua dissidia referebant.

corporis gratia aut spatiamur aut vectamur;[a] quærere nonnunquam apud memetipsum soleo res ejusmodi, parvas quidem minutasque et hominibus non bene eruditis aspernabiles;[b] sed ad Veterum scripta penitus noscenda et ad scientiam[8] linguæ Latinæ cum primis necessarias: velut est, quod forte nuper in Prænestino recessu[9 b] vespertina ambulatione solus ambulans considerabam; qualis quantaque esset particularum quarumdam in oratione Latina varietas: quod genus[c] est præpositio, 'pro.' 2. Aliter enim dici videbam, 'pontifices pro collegio[d] decrevisse;' aliter, 'quempiam testem introductum pro testimonio dixisse:'[e] aliter M. Catonem in Originum quarto, 'prælium factum depugnatumque pro castris;'[f] scripsisse: et item in quinto, 'urbis, insulasque omnis agro pro Illyrio[g 10 c] esse:' aliter etiam dici, 'pro æde Castoris:'[h d] aliter, 'pro rostris:'[i] aliter, 'pro tribunali:'[k] aliter 'pro concione:'[l] atque aliter, 'tribunum plebis pro potestate intercessisse.'[m] 3. Sed has omnis dictiones, qui aut omnino similes et pares, aut usquequaque[n] diversas existimaret, errare arbitrabar: nam varietatem istam ejusdem quidem fontis et ca-

[a] *Quando non sumus occupati judiciis et negotiis, et ad exercendum corpus vel ambulamus vel vehimur.* [b] *Contemnendas.* [c] *Cujusmodi.*
[d] *Ex auctoritate collegii.* [e] *Testimonium dixisse.*
[f] *Ad tuenda castra.* [g] *Loco agri Illyrici.* [h] *Ante templum Castoris.*
[i] *In foro.* [k] *De tribunali.* [l] *Coram multitudine.*
[m] *Vi potestatis suæ sese opposuisse.* [n] *Ubique.*

asciendum, supra tertiam literam ascripto *d.*' Jac. Gronov.—9 J. F. Gronov. censebat a Gellio scriptum *secessu* non *recessu*.—10 'Vett. edd. *pro pago Illyrico.*' Thys. 'Utique Aldus habet *pro agro Illyrico*, ut pleræque deinde edd. secutæ. Si quis habeat *pago*, venit ex nota scribendi *p agro* et hinc *r*

NOTÆ

[b] *Prænestino recessu*] Præneste oppidum fuit Latii, olim edito in monte positum; quo solebant æstate secedere nobiles Romani, cum in reliquis urbibus vicinis maximus calor ingravescebat. Antiqua illa civitas a Bonifacio VIII. diruta fuit, et in valle alia restaurata, quæ nunc dicitur *Palestrine*.

[c] *Illyrio*] Illyria seu Illyricum Europæ regio Adriatico mari porrecta ad septemtrionem Italiæ. Nunc dicitur *Sclavonia*, quæ plures provincias Turcarum imperatori subditas complectitur.

[d] *Castoris*] De Castore dicemus paulo inferius ad caput VII. hujus libri.

pitis, non ejusdem tamen esse finis [11] putabam.[o] Quod profecto facile intelliget, si quis adhibeat [p] ad meditationem suam intentionem, et habeat veteris orationis usum atque notitiam celebriorem.

[o] *Censebam diversitatem illam oriri ex eodem vocabulo, non habere eandem tamen significationem.* [p] *Si quis attentius consideret.*

emisso.' *Jac. Gronov.* *Pro agro* dat Delph.—11 '*Non ejusdem tamen esse finis.* Vocem secundam nec Reg. nec Lugd. maj. agnoscit, et potest subaudiri ex præcedente. Sed neque τὸ *nam* habetur in Reg.' *Jac. Gronov.*

CAP. IV.

Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi æmulatus [12] sit.

Euripidi versus [13] sunt in Hecuba,[a] [*] verbis, sententia, brevitate insignes illustresque. Hecuba est ad Ulyxem dicens:

> Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
> Νικᾷ·[14] λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν,
> Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτὸς, οὐ ταυτὸν σθένει.[b]

Hos versus Q. Ennius, cum eam tragœdiam verteret, non

[a] *Tragœdia cui nomen Hecuba.*
[b] *At auctoritas etsi male loquatur tua, persuadebit. Sermo enim ab incelebribus proficiscens et celebribus, idem non idem valet.*

12 'Reg. *imitatus*: et videtur voluisse varius esse Gellius.' *Jac. Gronov.*—13 'Sic edidit Stephanus, quoniam similia ante obvenerunt. Ceterum Msti omnes in hoc loco *Euripidis*, sed in argumento Reg. et Petav. et Lugd. uterque alterum retinent sancte. Quin etiam Reg. mox habens *verbi sententia* forsan temere illic literam *s* omisit, quod in prima voce abolere debuerat: ut possimus H. Stephano gratias agere.' *Idem.*—14 'Πείσει. Cod. Torn. νικᾷ.' *Thys.* 'Idem probatur ab Regio, Mem. Lugd. utroque. Petav. ut pro verissimo haberi oporteat, nec potuerim vulgatum ferre.' *Idem.* Πείσει dant

NOTÆ

[*] *Hecuba*] Priami regis Trojanorum uxor, post excisam Trojam abducta in Thraciam, filio Polydoro mortem a Polymnestore rege illatam sic ulta est, ut ipsum oculis et liberis privaverit. Agamemnon re cognita secundum Hecubam judicavit.

sane incommode æmulatus est.[c] Versus totidem Enniani hi sunt:

'Hæc tu etsi perverse[15] dices, facile Achivos flexeris:
Nam cum opulenti loquuntur pariter[d] atque ignobiles,
Eadem dicta, eademque oratio æqua non æque valet.'[e]

Bene, sicuti dixi, Ennius: sed ignobiles tamen et opulenti ἀντὶ ἀδοξούντων et δοκούντων[f] satisfacere sententiæ non videntur: nam neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι,[g] neque omnes opulenti εὐδοξοῦσι.[h]

[c] *Imitatus est.* [d] *Similiter ut.* [e] *Sermo æqualis non æquale habet pondus.* [f] *Non incelebribus et celebribus.* [g] *Incelebres sunt.* [h] *Celebres sunt.*

Lugd. Bat. Delph.—15 'Lugd. uterque *Hæc tametsi.* Porro notavit Alciatus 8. Par. II. rationem trochaici carminis septenarii, quo utitur Ennius, satis indicare eam *Opinati* scripsisse, non *opulenti*, ideoque immerito a Gellio reprendi, ut ascripsit pater. Cui addas licet G. J. Vossium lib. II. Instit. Orator. cap. 9. pag. 305. ex indicio Joh. Isaaci Pontani. Sed Philippus Carolus in his nihil sane desiderat, quia 'ignobiles' ponuntur pro obscuris; 'opulenti' autem pro splendidis et insignibus, quia illi utplurimum soli rerum potiuntur.' *Jac. Gronov.* *Opinati* quoque conjicit Sciopp.

CAP. V.

De Pyrrhoniis[16] philosophis quædam, deque Academicis strictim notata, deque inter eos differentia.

Quos Pyrrhonios[a] philosophos vocamus, ii Græco cognomento σκεπτικοὶ[17] appellantur: id ferme significat quasi

16 'Vulgo male *Pyrrhonibus.*' Thys.—17 'Aliter, σκεπτηταὶ, nullo sensu, pro quo Stephanus reponit σκεπτηταὶ, sed dubitat tamen an hoc recipiendum sit, quia tale vocabulum apud auctores non occurrat, et novum sit tale verbale a σκέπτομαι. σκεπτικοὶ habent vett. editt. Quod servandum, cum infra quoque idem vocabulum occurrat.' *Thys.* 'Et ascripsit Salmasius: *sceptice* in p. pro *scepticæ*, σκεπτικοί. Sic quoque legitur in utroque Lugd. Attamen σκεπτηταὶ plane extabat in Lincoln. Ceterum his annectere, quæ habet Diogenes Laërtius, et in eo legi possunt, aut vulgo sunt cognita, non est hujus temporis.' *Jac.*

NOTÆ

[a] *Pyrrhonios*] Qui philosophi, ab auctore Pyrrhone appellati, nihil quicquam certum definiebant, de rerum omnium natura dubii: ceterorum placita refellebant, utque veritatis inquisitores se profitebantur, dicti sunt Σκεπτικοὶ ἀπὸ τοῦ σκέπτεσθαι, quod in rerum omnium consideratione et indagatione perpetuo versarentur.

quæsitores et consideratores: nihil enim decernunt, nihil constituunt; sed in quærendo semper considerandoque sunt, quidnam sit omnium rerum de quo decerni constituique possit: ac ne videre quoque plane quicquam neque audire sese putant; sed ita pati afficique, quasi videant vel audiant: eaque ipsa,[18] quæ affectiones istas in sese efficiant, qualia et cujusmodi sint, cunctantur atque insistunt;[a] omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis veri atque falsi ita inprensibilem[b] [19] videri aiunt, ut quisquis[20] homo est non præceps neque judicii sui prodigus,[c] his uti verbis debeat, quibus auctorem philosophiæ istius Pyrrhonem[b] esse usum tradunt, οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως' ἢ οὐδετέρως.[d] indicia[1] enim rei cujusque et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi; idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur; super qua re Favorinus quoque subtilissime argutissimeque decem libros composuit, quos πυῤῥωνείων τρόπων[e] inscribit. 2. Vetus autem quæstio et a multis scriptoribus Græcis tractata est, in quid[2] et quantum Pyrrhonios et Academicos[c] phi-

[a] *Dubitant et hærent.* [b] *Incomprehensibilem.*
[c] *Neque citius judicat.* [d] *Non magis hac ratione se habet hoc quam illa vel neutra.* [e] *Pyrrhoniorum modorum.*

Gronov.—18 In Ms. Reg. est *ea ipsa*, non *eaque ipsa*.—19 'Vett. editt. habent, *incomprehensibilem*.' Thys. 'Sed præter Mss os, in quibus est, quod editur, aut *impensibilem*, quod habet Reg. Mem. Scheff. aut *inpensibilem*, ut est in Lugd. min. cum in majore sit *impresibilem*, ut hactenus recte dereliquerit priores Stephanus. Et sic tamen ex hac varietate egressus pater dubitabat, an non vellent: *insensibilem*, perinde ut XVII. 10. '*Id quoque inenarrabile esse ait et propemodum insensibile.*'' *Jac. Gronov.*—20 'Ita Badius recte legit. Vett. edd. habent, *ut quisque*.' Thys.—1 Lugd. Bat. Delph. *judicia*.—2 'Vett. editt. *an quid*.' Thys. 'Et Mssti sane inter utrumque hærent: sed omnes abigunt istud *inter*, quod post vocem *quantum* immittebatur ab editionibus.'

NOTÆ

[b] *Pyrrhonem*] Hic ex Elide in Peloponneso oriundus, primo pictor, deinde philosophiæ desiderio incensus in Indiam se contulit, ibique se Gymnosophistarum et Magorum in disciplinam tradidit. Inde novum invexit philosophandi genus auctor sectæ Scepticæ, quæ in omnibus assensum sustinebat. Vixit annos prope XC. Floruit annis ante Christum CCCXX.

[c] *Academicos*] Academici secta philosophorum, cujus auctor Plato, nomen habuit ab Academia, qui locus nemorosus ab Athenis distabat mille passus. Hic magna discipulorum fre-

losophos intersit: utrique enim σκεπτικοὶ, ἐφεκτικοὶ, ἀπορητικοὶ [f] dicuntur; quoniam utrique nihil affirmant, nihilque comprehendi putant: sed ex omnibus rebus proinde visa fieri dicunt, quas φαντασίας [g] appellant; non ut rerum ipsarum natura est, sed affectio animi corporisve est eorum, ad quos ea visa perveniunt. 3. Itaque omnes omnino res, quæ sensus omnium [3] movent, τῶν πρός τι [h] [d] esse dicunt: id verbum significat, nihil esse quicquam quod ex seso constet, nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri: taliaque videri esse, qualis sit eorum species dum videntur, qualiaque apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur:[4] non apud sese,[i] unde profecta sunt. 4. Cum hæc autem consimiliter tam Pyrrhonii dicant quam Academici, differre tamen inter sese et propter alia quædam, et vel maxime propterea existimati sunt, quod Academici quidem ipsum illud nihil posse comprehendi, quasi comprehendunt, et nihil posse[5] decerni, quasi decernunt: Pyrrhonii ne id quidem ullo pacto videri verum dicunt, quod nihil esse verum videtur.

[f] *Quæsitores, cunctatores, dubitatores.* [g] *Imaginationes.* [h] *Eorum quæ ad aliquid.* [i] *Non qualia sunt in se.*

Jac. Gronov. Inter habet Delph.—3 Vett. edd. *hominum.*—4 'In quodam Ms. *procreantur.*' Thys.—5 '*Comprehendi quasi compr. et nihil posse.* Hæc omnia sunt omissa in ed. Stephani, ut videtur, typorum lapsu.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

quentia philosophiæ ludum aperuit Plato.

[d] Τῶν πρός τι] Ea sunt relata quorum natura est, secundum philosophos, esse ad aliud. Sic ratio similitudinis non subsistit in aliqua re nisi fuerit aliud simile.

CAP. VI.

Quod mulieres Romæ per Herculem non juraverunt, neque viri per Castorem.

In veteribus scriptis neque mulieres Romanæ per Herculem[a] dejurant; neque viri per Castorem:[b] sed cur illæ non juraverint Herculem, non obscurum est: nam Herculaneo sacrificio[a] abstinent: cur autem viri Castorem jurantes non appellaverint, non facile dictu est. Nusquam igitur scriptum invenire est apud idoneos quidem scriptores, aut 'mehercle' fœminam dicere, aut 'mecastor' virum. 2. 'Ædepol' autem, quod jusjurandum per Pollucem est, et viro et fœminæ commune est. Sed M. Varro asseverat antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem dejurare solitos; sed id jusjurandum fuisse tantum fœminarum ex Initiis[c] Eleusiniis[b][d] acceptum: paulatim tamen, inscitia antiquitatis, viros dicere 'ædepol' cœpisse; factumque esse ita dicendi morem: sed 'mecastor' a viro dici, in nullo vetere scripto inveniri.

[a] *Quod fiebat in honorem Herculis.* [b] *Ex mysteriis Cereris.*

6 'Vett. edd. *dejerant*. *Dejurant* autem recte reposuit Stephanus, cum et idipsum et mox *τὸ dejurare* extet in omnibus Mss. præter Scheff.' *Jac. Gron.* —7 'Vett. edd. *mehercules*. Ceterum jam et Aldus edidit *mehercle*, et Gryphianæ habent *mehercule*.' Idem.—8 Vett. edd. *asseverare*.

NOTÆ

[a] *Herculem*] Quis fuerit Hercules cap. 1. lib. I. docebit.

[b] *Castorem*] Castor et Pollux Jovis ex Leda filii, quorum ea sors fuit, ut mortalis alter, alter esset immortalis. Occiso Castore Jovem rogavit Pollux, ut immortalitatem suam posset cum fratre communicare. Quod ubi concessum est, alternis mortui alternis revixere. Huic fabulæ locum dedit Geminorum natura, quorum siderum altero surgente alterum occidit. Ad mala depellenda solebant a Romanis potissimum invocari: unde et jusjurandum æcastor et ædepol adhibetur, quod erat quasi per ædem Pollucis et Castoris.

[c] *Initiis*] Initia fuere sacra Cereris, quibus interesse nulli nisi casto fas erat.

[d] *Eleusiniis*] Ceres Dea frugum inventrix dicta est Eleusina, quod in Atticæ civitate Eleusi exstructum esset Cereris templum, in quo sacra solennia celebrabantur.

CAP. VII.

Verbis antiquissimis relictisque jam et desitis[a] minime utendum.

VERBIS uti aut nimis obsoletis exculcatisque,[b] aut insolentibus novitatisque duræ et illepidæ,[c] par esse delictum[d] videtur: sed molestius equidem culpatiusque[e] esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata et sordentia.[f] Nova autem videri dico etiam ea, quæ sunt inusitata et desita, tametsi sunt vetusta. 2. Est adeo id vitium plerumque seræ eruditionis, quam Græci ὀψιμαθίαν appellant; ut, quod nunquam didiceris, diu ignoraveris, cum id scire aliquando cœperis, magni facias quo in loco cumque et quacumque in re dicere: veluti Romæ, nobis præsentibus, vetus celebratusque homo in causis, sed repentina et quasi tumultuaria[a] doctrina præditus, cum apud præfectum urbi[9][b] verba faceret, et dicere vellet inopi quendam miseroque victu[10] vivere et furfureum panem esitare, vinumque eructum[g][11] et fœtidum potare: 'Hic,' inquit, 'eques Romanus apludam edit,[12] et floces bibit.'[h]

[a] *Abrogatis.* [b] *Antiquatis, vetustate detritis et extraordinariis.*
[c] *Inelegantis.* [d] *Vitium inesse simile.* [e] *Vitiosius.*
[f] *Obsoleta et humilia.* [g] *Provocans ad ructum.*
[h] *Furfur frumenti manducat, et potat fæcem vini.*

9 Sic multi ex scriptis. Est tamen et qui habet *urbis*.—10 '*Inopia quendam miseroque victu.* Difficile cogitatu est, cur sic maluerit mutare Stephanus, quod in præcedentibus legebatur, prout nunc restitui, utpote quod firmatur fide et Regii et S. Marci et utriusque Lugd. immo omnium Mstorum.' *Jac. Gronov.* *Inopia* dant Lugd. Bat. Delph.—11 'In Salmasii exemplari ascriptum erat *crucium*, cui ipse postea supposuit, 'in Pet. *eructum*.' Jam et Colerus Parerg. xx. 72. legit *crudum*. Pater in Excerptis reperit *eruptum*.' Jac. Gronov.—12 Ascripsit Sciopp. *apludedavit*.—13 Vett. edd. *post deinde*.—

NOTÆ

[a] *Tumultuaria*] Tumultuaria dicitur doctrina subito ac propere quæsita, sicut tumultuarii sunt milites qui festinanter conscribuntur.

[b] *Præfectum urbi*] Magistratus hic ab Augusto fuit institutus, ut per absentiam reliquorum magistratuum urbem administraret. Quanquam longe antea vel sub ipsis regibus et primis Consulibus fuerat præfectus urbis, cui partes aliæ erant obeundæ.

3. Aspexerunt omnes qui aderant alius alium, primo tristiores turbato et requirente vultu, quidnam illud utriusque verbi foret, post inde,[13] quasi nescio quid Tusce aut Gallice dixisset, universi riserunt. Legerat autem ille 'apludam' veteres rusticos frumenti furfurem dixisse; idque a Plauto[14] in comœdia, si ea Plauti est, quæ Astraba inscripta est, positum esse. Item 'floces'[15] audierat prisca voce significare vini fæcem e vinaceis expressam, sicuti fraces[i 16] ex oleis: idque apud Cæcilium in[k] Polumenis[17] legerat, eaque sibi duo verba ad orationum ornamenta servaverat. 4. Alter quoque a lectionibus id genus paucis apirocalus,[l 18 e] cum adversarius causam differri postularet, Rogo Prætor, inquit, subveni, succurre: quonam usque nos bovinator hic demoratur? Atque id voce magna ter quaterque inclamavit; 'bovinator est.' Commurmuratio fieri cœpta est a plerisque, qui aderant, quasi monstrum verbi admirantibus. At ille jactans et gestiens, Non enim Lucilium, inquit, legistis, qui tergiversatorem 'bovinatorem' dicit. Est autem in Lucilii undecimo versus hic:

'Est tricosus,[m 19] bovinatorque ore improbus[n] duro.'

[i] *Fæx est expressa.* [k] *Comœdia.* [l] *Ignarus decori.*
[m] *Homo est objiciens impedimenta.* [n] *Impudenti.*

14 Bad. ed. legit, *Pacuvio.*—15 Aliter *flocces.*—16 'In quibusdam codd. legitur *frages.*' Thys. 'Sed hic scire oportet in Mss. omnibus legi *fraces oleis*, omissa præpositione media. In Reg. erat quoque *fæcemme vini expressam.* Sic ille solus, nec perspicio, si quid lateat.' *Jac. Gronov.*—17 'Est Græcus titulus, ἐν πωλουμένοις Vett. editt. legunt, *in polymenis.* Forsan legendum, *in Philumina.* Quæ Cæcilii Comœdia aliquoties a grammaticis laudata. Nonius in FACTIO. Cæcilius Filumena: 'Eorum famam occultabat factio.'' *Thys.* 'Hæc conjectura admodum displiceret Th. Reinesio, si viveret, ut qui occasione hujus loci tentat eosdem Polumenos restituere Prisciano lib. II. Var. Lect. 1.' *Jac. Gronov.*—18 Vett. edd. Græce scribunt ἀπειρόκαλος. —19 'In Regio legitur: *in Lucilio versus Hic strigosus.* In Thuan. *versus Hystrichosus*, quasi aliquid Græci saporis præferret. Petav. *versus hic strichosus*, quod est etiam in Scheffer. ex quibus Gellianorum codicum vestigiis censebat Cl. Mercerus ad Nonium legi debere *Hic st tricosus.* Nescio an vere: sed video literam adjici, quæ non est in Mstis: qui certe clarius indicant *strigosus*, quod cum perinde conveniat bovinatori, quam *tricosus*, cur non tenemus?' *Jac. Gronov.* '*Est tricosus*] *Stricosus*, et prior vox abest.' *Sciopp.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

e *Apirocalus*] Ἀπειρόκαλος significat rudem in iis rebus quæ decorum spectant: ἄπειρος enim 'imperitus' et τὸ καλὸν 'decorum' est.

CAP. VIII.

Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino; qui homo Romanus Græca oratione res Romanas, venia sibi ante ejus imperitiæ petita, composuit.

JUSTE venusteque admodum reprehendisse dicitur A. Albinum[a] M. Cato. Albinus, qui cum L. Lucullo Consul fuit, res Romanas oratione Græca scriptitavit.[a] In ejus historiæ principio scriptum est ad hanc sententiam: Neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret: nam sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio. Græca oratio a nobis alienissima est: ideoque veniam gratiamque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulavit. 2. Eam[20] cum legisset M. Cato: Næ tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari,[b] quam culpa vacare: nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes[c] erravimus, aut cum compulsi peccavimus. Tibi,[1] inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro Cornelii Nepotis de illustribus viris.[2]

[a] *Composuit.* [b] *Rogare ut tibi culpa condonaretur.* [c] *Non cogitantes.*

20 Macrobius *Ea.*—1 '*Te* legit Macrobius, et rectius, nisi *tibi* referendum ad *ignosceretur.*' Thys. 'Perperam a viro docto consideratur Macrobius; nam quod is habet *te*, habet quoque Gellius: sed istud *tibi* apud Macrobium omittitur, proculdubio quod distantiam hanc verbi ab suo casu non concoquebant, quæ mihi videtur suavissima. Est etiam qui pro isto dativo conjecit *Albi.* Frustra prorsus.' *Jac. Gronov.*—2 'Additur in C. Torn. XIII.' *Thys.* 'Id extitit quoque in Petav. sed in Reg. Thuan. *illustribus libris.* in S. Marci *libris* XIII.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[a] *A. Albinum*] Hic vir inter Romanos illustris collega L. Lucullo consulatum functus est anno U. C. DCIII. ante Christum CLI.

CAP. IX.

Historia de legatis Mileti et Demosthene rhetore in libris Critolai reperta.

CRITOLAUS scripsit legatos Mileto[*] publicæ rei causa venisse Athenas, fortassean[a] [3] auxilii petendi gratia; tum qui pro sese verba facerent,[b] quos visum erat, advocavisse; advocatos, uti erat mandatum, verba pro Milesiis ad populum fecisse: Demosthenem Milesiorum postulatis acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos, neque ex republica id esse contendisse: rem in posterum diem prolatam;[c] legatos ad Demosthenem venisse; magnoque opere orasse, uti contra ne diceret; eum pecuniam petivisse: et quantam petiverat abstulisse: postridie, cum res agi denuo cœpta esset, Demosthenem lana multa collum cervicesque circumvolutum ad populum prodisse, et dixisse se synanchen[b] pati; eo contra Milesios loqui non quire:[d] tum e populo unum exclamasse, non synanchen, quod Demosthe-

[a] *Forsitan.* [b] *Haberent orationem.* [c] *Dilatam.*
[d] *Propterea se non posse dicere adversus Milesios.*

3 'Vulgo etiam in vett. editt. legitur, *fortassean dixerit:* male. Illud *dixerit* expungendum est. *Fortassean* adverbium est, pro *forsan.* Ita Varro aliique Veteres loquuntur, crebro Apuleius, et Tertullianus. *Scaliger* in Varronem pag. 240. Interpositum itaque verbum ab iis, quibus vox *fortassean* ignota. Henricus Petri in sua Basiliensi edit. in margine annotavit, in antiquo libro deesse hæc tria verba, *fortasse an dixerit.*' Thys. 'Ut Scaliger, sic quoque Lipsius lib. I. Elect. 21. Eorum monito obtemperans Stephanus non dubitavit etiam omittere verbum *dixerit,* cum tamen extet in omnibus

NOTÆ

[*] *Mileto*] Miletus, nunc *Melasso,* ex Ptolemæo Cariæ, ex Herodoto civitas est Ioniæ. Quam in rem Thysius statim definit Ptolemæum male sensisse; quasi vero temporibus Herodoti non potuerint Ioniæ et Cariæ fines esse alii quam ætate Ptolemæi, qui posterior quingentis annis fuit. Equidem quod Miletus in finibus Ioniæ et Cariæ sita sit, hinc ortam suspicor geographorum æqualium in re clarissima dissensionem, quorum alii, ut Mela, Strabo, et Plinius Miletum in Ionia; alii, ut Ptolemæus, in Caria collocant.

[b] *Synanchen*] Morbum in faucibus acutum, quo respirationis iter obstruitur, licet nec tumor nec rubor interdum videatur. Latini vocant anginam, Galli *Esquinancie.* Σὺν et ἄγχω 'strangulo.'

nes pateretur, sed argyranchen[4][c] esse. 2. Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, non id postea concelavit:[e] quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit: nam cum interrogasset Aristodemum actorem fabularum,[f] quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus talentum[d] respondisset: At ego plus, inquit, accepi ut tacerem.

[e] *Dissimulavit.* [f] *Tragœdiarum aut comœdiarum.*

scriptis.' *Jac. Gronov.*—4 'In veteribus editt. Græcis literis *συνάγχην*, et *ἀργυράγχην*, legitur, quasi *argenti anginam* quis dicat.' *Thys.* 'In Regio est *arcyrechen*, qui etiam ante efferebat *post pridie*; nec ita is solus, sed et Lugd. min. *postpridiæ*, et maj. *p9pdie*. Denique bis *Demosthenen* habent Regius et duo quos citavi.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[c] *Argyranchen*] Argyranche idem est atque argentea angina.

[d] *Talentum*] Quanti sit pretii talentum Atticum sæpe jam indicavimus. Vide tamen Notas in caput sequens.

CAP. X.

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni attribuit: verbaque ipsius C. Gracchi relata.

Quod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus super Demosthene; id C. Gracchus in oratione, qua legem Aufeiam[a] dissuasit,[5] in Demadem[b] contulit verbis

5 Lincoln. habebat *legem auferri dissuasit*, ut etiam codex Schefferi. Lugd.

NOTÆ

[a] *Legem Aufeiam*] Pighius an Schottus anno U. C. DCXXX. ante Christum CXXIV. ab Aufeio Tribuno plebis ait legem hanc ad populum latam esse; qua sanciebatur, ut Cappadocia, quam Nicomedes Bithyniæ, Mithridates Ponti reges occupaverant, Ariarathis regis occisi liberis atque hæredibus restitueretur. Intercessit C. Gracchus et ipse tribunus plebis, et adversus legem Aufeiam libertate donari Cappadociam ea conditione suasit, ut populo Romano facta vectigalis in alimenta Romanæ plebis egenæ tributa penderet. Res acta Romæ magnis partium studiis et contentionibus. Sed tandem ex senatusconsulto lata lege Aufeia, sancitum est ut reges socii a Cappadocia abstinerent, et Ariarathis occisi regis filiis

hisce: ' Nam vos, Quirites, si velitis sapientia atque virtute uti, et si quæritis; neminem nostrum invenietis sine pretio huc prodire: omnes nos qui verba facimus, aliquid petimus: neque ullius rei causa quisquam ad vos prodit, nisi ut aliquid auferat: ego ipse, qui apud vos verba facio, uti vectigalia vestra augeatis, quo facilius vestra commoda et rempublicam administrare possitis, non gratis prodeo: verum peto a vobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque honorem: qui prodeunt dissuasuri, ne hanc legem accipiatis, petunt non honorem a vobis, verum a Nicomede[c] pecuniam: qui suadent ut accipiatis, hi quoque petunt non a vobis bonam existimationem, verum a Mithridate[d] rei familiaris suæ[6] pretium et præmium:[a] qui autem ex eodem loco atque ordine placent,[7] hi vel acerrimi sunt: nam ab omnibus pretium accipiunt, et omnis fallunt.

[a] *Suarum divitiarum augmentum.*

min. *quadam aufegam diss.* Ascripsit Sciopp. '*f. Sauseiam.*'—6 Aliter *familiaritatis suæ.*—7 ' Ita quoque Ms. sed omnino legendum, *tacent.* Forsan Gracchus more antiquo scripserat, *ordines tacent.*' J. F. Gronov. ' Istud *tacent* cum proferrent editiones, H. Stephanus mutavit in *placent*, quia id extat in omnibus Mss. idque videbat Stephanus. Itaque ut habet Gellius sua peculiaria, opiner literam *p* non inaniter præpositam fuisse, sed quæ notaverit præpositionem *per* in nota *ꝑ*, scripseritque Gellius *pertacent.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

hæredibus regnum populique Romani beneficia salva atque integra manerent.

[b] *Demadem*] Demades orator Atheniensis immoderato luxu ac libidine famosus, in Antipatri gratiam cum obrepsisset, opibus ac potentia floruit; verum cum adversus Antipatrum furtivis literis Perdiccam solicitasset, a Cassandro apud Antipatrum gratiosissimo trucidatus est cum Demea filio, anno ante Christum CCCXX. *Diodorus Siculus.*

[c] *Nicomede*] Nicomedes Bithyniæ rex ac socius populi Romani, a Mithridate regno dejectus, illud ex senatusconsulto recuperavit anno ante Christum XCIII.

[d] *Mithridate*] Mithridates rex Ponti in Asia vitiis ac virtutibus maximis temperatus, vir prodigiosæ memoriæ, qui linguas populorum quibus jus dabat duas supra viginti calleret; immensæ crudelitatis, qui matrem et sex e liberis suis sustulerit; fortitudinis egregiæ, qui plures annos bellum cum Romanis vario marte gesserit. Demum a Cn. Pompeio pulsus desperatis domi rebus fugam in Gallias cogitans, sibi mortem cum veneno non posset, ferro conscivit, anno U. C. DCXCI. ante Christum LXIII. ætatis LXXXIV. ut auctor est Lucianus.

2. Vos, cum putatis eos ab his rebus remotos esse, impertitis bonam existimationem.[b] Legationes autem a regibus, cum putant eos sua causa reticere, sumtus atque pecunias maximas præbent: item uti in terra Græcia,[8] quo in tempore tragœdus[c] gloriæ sibi ducebat, talentum magnum[e] ob unam fabulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis suæ Demades ei respondisse dicitur: Mirum tibi videtur, si tu loquendo talentum quæsisti?[9] ego, ut tacerem, decem talenta a Rege accepi. Idem nunc isti pretia maxima ob tacendum accipiunt.'

[b] *Sentitis bene de illis.* [c] *Aristodemus.*

—8 '*Item uti in terra Græcia.* Sic reposui et auxi Gellium voce, quam ei deberi indicabat Regius, Lugd. maj. cum alii darent *uti ut in terra G.* Forsan et alii aliud, quibus non utor. Quin etiam mox idem ille codex Reg. exhibet *tempore Græcus tragædus*, quod nescio cur in aliis nullis occurrat.' *Idem.* Ascripsit Sciopp. *præbent: uti ut in.* Conjicit Otho *uti tum.* *Præbent: uti in t.* dant Lugd. Bat. Delph.—9 '*Acquisivisti.* Aliter, *quæsiisti.*' Thys. 'Nec sane quisquam est, qui præceps illud H. Stephani probet, ut cum editiones ante eum exhiberent hoc postremum *quæsisti*, liceret ipsi statim id mutare et præbere *acquisivisti.* Certe etiam Reg. S. Marci Flor. et Lugd. maj. habent *quæsisti*, unde id repetere debui, Lugd. min. *adquesisti* eodem dirigens. Scheff. *quisivisti.*' Jac. Gronov. 'Illud *adquæsisti* admodum mihi se approbat: Antiqui enim sic solebant.' *Otho.* *Acquisivisti* habent Lugd. Bat. Delph.

NOTÆ

[e] *Talentum magnum*] Idem fuit ac talentum Atticum, ut patet ex Rhemnio Fannio: 'Cecropium superest post hæc docuisse talentum Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas, Quod summum doctis pondus perhibetur Athenis.' Dictum est a Latinis talentum magnum, ut a talento Neapolitano, Syracusano, et Rhegino, longe inferioris pretii, distingueretur. Libris nostratibus 1050. æstimari debet. Consule cap. 8. lib. I. Not. *f.*

CAP. XI.

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit mentiri *et* mendacium dicere.

VERBA sunt hæc ipsa P. Nigidii, hominis in studiis bonarum artium præcellentis; quem M. Cicero ingenii doctri-

narumque nomine summe reveritus est:[a] 'Inter mendacium dicere et mentiri[e] distat.[b] Qui mentitur, ipse non fallitur,[10] sed alterum[11] fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur:' Item hoc addidit: 'Qui mentitur,' inquit, 'fallit, quantum in se est:[12] at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.' Item hoc quoque super eadem re dicit: 'Vir bonus,' inquit, 'præstare debet, ne mentiatur: prudens ne mendacium dicat: alterum incidit in hominem,[13] alterum non.'[c] Varie mehercle et lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit.[d] [14]

[a] *Maxime veneratus est.* [b] *Hæc est differentia.*
[c] *Mendacium dicere contingit homini bono, mentiri non contingit homini bono.*
[d] *Separavit.*

10 Nonius legit, *ipse non falsus.*—11 '*Sed* abest a cod. Tornes.' *Thys.* 'Non tantum ab illo, sed ab omnibus notæ melioris libris, ut Reg. S. Marci Flor. Lugdun. utroque, Petav. Itaque cur tolerarem, quod Latina lingua tam eleganter omisit, eoque jure neglexit nunc etiam Gellius? Satisfacient abunde hic illic notata ab viris doctis, et ab Patre ad Livium III. 71.' *Jac. Gronov.*—12 '*Quantum in se.* Post hæc verba J. Bourdelotius, qui Agellium cum duobus Mss. Reg. Biblioth. et unico F. Morelli contulit, ex Ms. hæc verba addit, *at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.*' Thys. 'Monstri instar est hanc periodum hic supponi velut notabile quoddam, et arcanum, quod non nisi ex Mss. Bourdelotio inspectis cognosci posset. Atqui nihil est, nisi merus typographorum lapsus, quorum oculos decepit iteratio verborum quatuor *quantum in se est.* Itaque sicut in Badiana non extant; ita turpiter etiam sunt omissa ab Stephano, prout sic edidit in cap. seq. *duo vel diceret.* Extant vero in Aldina, Gryphianis quatuor, Hieronymi de Marnef. Ex eodem perverso oculorum conjectu scias etiam ab scriba codicis Regii esse omissa. Sed extant præclare in S. Marci Flor. et omnibus Mss. aliis. Itaque curavi, ut etiam in hoc suo loco extarent. Nam monstri simile reor, cum ex editione sua Prousteus quoque illa omiserit.' *Jac. Gronov.*—13 'Corrupte legitur apud Nonium, *indicet in homine.*' Thys.—14 'Aliter, *disperavit.*' Idem. 'Est ineptia, quantum scio, solius Stephanianæ.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[e] *Mendacium dicere et mentiri*] Tum aliquis mentitur cum loquitur contra id quod cogitat: mendacium autem dicit, cum affirmat et putat id esse verum, quod revera falsum est.

CAP. XII.

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

CHRYSIPPUS ait omne verbum ambiguum[a] natura esse, quoniam[15] ex eodem duo vel plura accipi possunt. Diodorus[b] autem, cui Crono cognomentum fuit, 'Nullum,' inquit, 'verbum est ambiguum: nec quisquam ambiguum dicit aut sentit; nec aliud dici videri debet, quam quod se dicere sentit is, qui dicit: at cum ego,' inquit, 'aliud sensi,[16] tu aliud accepisti: obscure magis dictum quam ambigue videri potest:[17] ambigui enim verbi natura illa esse debuit, ut qui id diceret, duo vel plura diceret: nemo autem duo vel plura dicit, qui se sentit unum dicere.'

15 '*Quoniam. qn̄ f.*' *Sciopp.* 'Hac conjectura, ut equidem intelligo, vult *quando*, pro *quoniam* legi: sed errat: non enim Chrysippus hoc arctiores ducere limites vult; sed causam addere, quare omne verbum ambiguum putet: nisi velis *quando* pro *quoniam* accipi, ut alibi.' *Otho.*—16 '*Aliter sensi.* Cod. Torn. *aliud.*' Thys. 'Immo et editiones ante Stephanum ea voce fruuntur, nec ullam in Mss. deprehendi varietatem, ut renuntiare ei et Stephano editiones oporteat, prout in hac curavi.' *Jac. Gronov.*—17 '*Obscure magis dictum videri potest, quam ambigue.* Hic ordo verborum est in Mss. Ceterum distinguit hæc duo ex imitatione Ciceronis aliquoties eadem duo adjectiva jungentis, præsertim ut oraculis illa convenire fateatur, quo forsan spectat quoque 'obscuridicum' in Accii Alphesibœa, cui jungit 'inenodabile.'' *Idem.*

NOTÆ

[a] *Ambiguum*] Ambiguum censetur illud verbum quod plura significat, v. g. homo cum possit hominem verum aut pictum significare, habetur vox ambigua. Animal, cum et ad hominem et brutum animal æque referatur, pariter est ambiguum.

[b] *Diodorus*] Diodorus ex Iasso Cariæ oppido oriundus, cognomentum habuit Croni ab Apollonio Crono magistro: quæstiones Stilponis philosophi cum solvere nequivisset, obiit ex mœrore. *Laërtius.* Floruit circa Olympiad. cxx. qua Crates Stilponis familiaris vivebat, scilicet ante Christum anno circiter ccc.

CAP. XIII.

Quid T. Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimaverit, quodque esse eam sine ullo sensus[a] emolumento docuerit.

APUD T. Castricium disciplinæ rhetoricæ doctorem,[b] gravi atque firmo judicio virum,[18] legebatur oratio C. Gracchi in P. Popilium. In ejus orationis principio collocata verba sunt accuratius modulatiusque,[c] quam veterum oratorum consuetudo fert: ea verba sicuti dixi composita sunt hæc: 'Quæ vos cupide[d] per hosce annos appetistis atque voluistis, ea si temere[e][19] repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide[20] appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini.' 2. Cursus igitur hic et sonus rotundæ volubilisque sententiæ[f] eximie nos et unice delectabat, tanto id magis, quod jam tunc C. Graccho viro illustri et severo ejusmodi compositionem fuisse cordi videbamus. Sed enim, cum eadem ipsa verba sæpius petentibus nobis lectitarentur, admoniti a Castricio sumus, ut consideraremus, quæ vis quodve emolumentum[1] ejus sententiæ foret; neque pateremur ut aures nostræ cadentis apte orationis modis eblanditæ[g] animum quoque nobis voluptate inani perfunderent: cumque nos admonitione ista attentiores fecisset; 3. Inspicite, inquit, penitus, quid efficiant verba hæc; dicatque mihi quæso aliqui vestrum,[2] an sit ulla hujusce

[a] *Absque ulla dignitate sententiæ.* [b] *Magistrum artis eloquentiæ.*
[c] *Numerosius.* [d] *Summo desiderio.* [e] *Sine causa.*
[f] *Hic circuitus et conformatio sententiæ periodicæ ac numerosæ.*
[g] *Numeris delinitæ.*

18 '*Gravi atque firmo judicio viri.* Prave sic vacillarunt nonnullæ ex novissimis editionibus, cum in præcedentibus et in Mss. omnibus omnino id extaret, quod reposui, quia de Castricio ita sensit, non de Graccho. Nisi fallor, prima sic aberravit Lugduno-Batava anni 1644.' *Jac. Gronov.*—19 Supposititium hoc vocabulum esse quidam judicant.—20 Legi posse existimat H. Stephanus pro *cupide, nimis cupide.*—1 'H. Stephanus legit *momentum.* In titulo tamen capitis etiam *emolumentum* legitur. Quædam edd. habent *monumentum.*' Thys. 'Quæcumque hæc immutatio, sane universa perinepta et contra fidem concordiamque certam veterum librorum.' *Jac. Gronov.*—2 '*Ali-*

sententiæ aut gravitas aut gratia: 'Quæ vos cupide per hosce annos appetistis atque voluistis; ea temere si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini.' 4. Cui enim omnium hominum in mentem non venit id profecto usu venire,[h] ut quod cupide appetieris, cupide appetisse, et, quod temere repudiaveris,[3] temere repudiasse dicaris? at si, opinor, inquit, ita scriptum esset: 'Quæ vos per hosce annos appetistis atque voluistis, ea nunc si repudiaritis, abesse non potest, quin aut olim cupide appetisse, aut nunc temere repudiasse dicamini:' si, inquit, ita diceretur, gravior scilicet solidiorque fieret sententia; et acciperet aliquid justæ in audiendo expectationis: nunc autem verba hæc, 'cupide' et 'temere,' in quibus verbis omne momentum rei est, non in concludenda sententia tantum dicuntur; sed supra quoque nondum[4] desiderata ponuntur: et quæ nasci oririque ex ipsa rei conceptione debebant,[i] ante omnino, quam res postulat, dicuntur: nam qui ita dicit, si hoc feceris, cupide fecisse diceris, rem dicit sensus alicujus ratione collectam et confectam:[5] qui vero ita dicit, si cupide feceris, cupide fecisse diceris, non longe secus dicit, atque si diceret, si cupide feceris, cupide feceris. 5. Hæc ego, inquit, admonui, non ut C. Graccho vitio darem, (Dii enim mentem meliorem mihi![k] nam, si quicquam in tam fortis facundiæ viro vitii vel erroris esse dici potest, id omne et auctoritas ejus exhausit, et vetustas

[h] *Contingere.* [i] *Quæ debebant poni et collocari in conclusione sententiæ.*
[k] *Mihi tribuant.*

quis vestrum. Phil. Pareus indicium dedit in Lexico Critico ex vett. libb. et hoc loco et mox in verbis *modulatus aliquis c. f. sonitus* emendari debere *aliqui.* Ei libens obtemperavi, quia sic ipse etiam notavi ex Regio cod. Sic uterque Lugd. Sic Petav. Immo sic jam in hoc loco (nam in posteriore etsi pariter in codicibus *aliqui* extet retinet *aliquis*) ediderat Stephanus, a quo posteriores iterum discessisse non decuerat, ad amussim secuto Prousteo, ut pateat alienis oculis usum. Tum quoque iidem, quos recensui, habent *hujusce sententiæ gravitas*, non interposita vocula *aut.*' Idem.—3 'Linculn. plane *repudiaris*, non veritus ambiguum in temporibus. Fere oblivisceber monere in titulo habere Regium cod. *existimarit*, eodem alludentibus Lugdun.' *Idem.*—4 'In margine mei codicis emendatum, *modum.*' Thys.—

consumsit,[l]) sed uti caveretis, ne vos facile perstringeret modulatus aliqui currentis facundiæ sonitus;[m] atque ut vim ipsam rerum virtutemque verborum prius pensitaretis: et, si quidem gravis atque integra et sincera sententia diceretur, tum, si ita videretur, gressibus quoque ipsis orationis et gestibus[6] plauderetis:[n] si vero frigidi et leves et futiles sensus in verba apte numeroseque posita includerentur, non esse id secus crederetis, quam cum homines[7] insigni deformitate ad facienda ridicula[8] imitantur histriones et gestiunt.[o]

[l] *Id quodcumque est existimatio illius delet, et antiquitas excusat.*
[m] *Ne numerosus eloquentiæ volubilis sonus vos falleret.*
[n] *Deinde, si ita placeret, manibus applauderetis ipsis orationis pedibus.*
[o] *Putaretis idem accidere quod evenit, cum histriones gestus faciunt et referunt homines maxime deformes ad repræsentandas res ridiculas.*

5 Reg. *consertam.*—6 'Vett. editt. *et* omittunt, quam lectionem quoque expressit H. Stephanus: ut sensus sit, quod gressibus orationis gestibus applauderent.' *Thys.* 'Habet certe Aldus, habent Gryphianæ et ista Cervicorni: probatque copulativam codex Reg. S. Marci Flor. Lugdun. maj. Sed minor et Petav. omittunt, ut pateat olim ambiguam fuisse. Sed maneat tamen utpote testimonium nacta a melioribus. Ceterum lego *gressibus quoque ipsis orationi et gestibus pl.* ut 'gressus' intelligantur supplosio pedum, ut aliquoties Ciceroni dicitur.' *Jac. Gronov.*—7 Aliter legitur *hominibus.*—8 'In margine mei codicis annotatum invenio, *ac facie deridicula.*' Thys.

CAP. XIV.

Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio circa vini usum.

SIMPLICISSIMA suavitate et rei et orationis L. Piso[a] Frugi usus est in primo annali, cum de Romuli[b] regis vita atque victu scriberet.[9] Ea verba, quæ scripsit, hæc sunt: 'Eun-

9 'Mem. Pet. *cum Romuli regis vitam atque victum scriberet.* Lugd. min. *cum Romuli r. vita atque victu scrib.* Lambecius annotavit nescio unde: *in primo annalium de Romuli regis vita atque victu. Ea verb.*' Jac. Gronov.

NOTÆ

[a] *L. Piso*] Vide Notas in cap. 9. lib. VI.

[b] *Romuli*] Hic primus Romanorum rex urbem Romam condidit an. III. Olympiad. VI. ante Christum DCCLIV. quanquam Romam ante Romulum

dem Romulum dicunt ad coenam vocatum, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. Ei dicunt: Romule, si istuc omnes homines faciant, vinum vilius sit.[a] Is respondit: immo vero carum, si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi quantum volui.'

[a] *Minore pretio vendetur.*

NOTÆ

fundatam fuisse magnorum virorum auctoritates probant. Nonnulli a Rome Æneæ nepte fundatam tradunt, et a Roma nomen habuisse Romulum.

CAP. XV.

De ludibundo *et* errabundo, *atque id genus verborum productionibus: et quod Laberius sic* amorabundam *dixit, ut dicitur* ludibunda *et* errabunda: *atque inibi, quod Sisenna per hujuscemodi verbum nova figura usus est.*

LABERIUS in 'lacu Averno'[a] mulierem amantem verbo inusitatius facto[10] 'amorabundam' dixit: id verbum Cæsellius Vindex in commentario lectionum antiquarum ex figura[11] scriptum dixit, qua 'ludibunda,' 'ridibunda' et 'errabunda' dicitur, 'ludens' et 'ridens' et 'errans.' Terentius autem Scaurus, Divi Hadriani temporibus[b] grammaticus vel nobilissimus, inter alia quæ de Cæsellii erroribus composuit, in hoc quoque verbo errasse eum scripsit; quod idem esse putaverit, 'ludens' et 'ludibunda,' 'ridens' et 'ridibunda,' 'errans' et 'errabunda:' 'nam ludibunda,'

10 'Hoc Stephani est, nam priores *ficto;* nec ullam varietatem deprehendi in Mss.' *Jac. Gronov.*—11 'Reg. et Lugd. maj. *ea figura*, quod placebat patri, ut verum est, nisi ex fine capitis reponi placet utrumque *ex ea figura*. In iisdem erat *in commentario electionum*. Tum et Reg. *inter illa quæ*. Ceterum

NOTÆ

[a] *Lacu Averno*] Lacus Avernus hoc loco titulus est comœdiæ desumtus ab Averno lacu Campaniæ, quem hodie vocant Itali etiamnum *Lago d'Averno* et *Lago di Tripergola*.

[b] *Divi Hadriani temporibus*] Ergo circa annum Christi CXX. florebat ille Terentius Scaurus, cum anno Christi CXVII. imperium auspicatus fuerit Hadrianus.

inquit, 'et ridibunda, et errabunda ea dicitur, quæ ludentem vel ridentem vel errantem agit aut simulat.' 2. Sed qua ratione Scaurus adductus sit, ut Cæsellium in eo reprehenderet, non hercle reperiebamus: non est enim dubium, quin hæc genere ipso duntaxat idem significent, quod ea demonstrant, a quibus producuntur: quid esset autem ludentem agere vel imitari, non intelligere videri maluimus, quam insimulare eum tanquam ipsum minus intelligentem. 3. Quin magis Scaurum oportuit commentaria Cæsellii criminantem, et hoc ab eo præteritum[12] requirere, quod non dixerit, an quid et quantulum differret a 'ludibundo' 'ludens,' et 'ridibundo' 'ridens,' et 'errabundo' 'errans,' ceteraque eorum similia;[13] an a principalibus[14] verbis paulum aliquid distarent, et quam omnino vim haberet particula hæc extrema ejusmodi vocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figuræ tractatu, sicuti requiri solet in 'vinolento' et 'lutulento'[15] et 'turbulento,' vacuane et inanis sit ista hæc productio, cujusmodi sunt, quæ παραγωγὰς[a] Græci dicunt,[16] an extrema illa particula habeat aliquid suæ propriæ significationis. 4. Cum reprehensionem autem illam Scauri notaremus, in memoriam nobis rediit, quod Sisenna in quarto historiarum ejusdem figuræ verbo ita usus est: 'Populabundus,' inquit, 'agros ad oppidum pervenit:' quod scilicet significat, cum agros popularetur; non, ut Scaurus in consimilibus verbis ait, cum populantem ageret vel cum imitaretur. 5. Sed inquirentibus nobis, quænam ratio et origo esset hujuscemodi figuræ, 'populabundus,' et 'errabundus,' et 'lætabundus,' et 'ludibundus,' multorumque aliorum id genus verborum, εὐεπιβόλως[b][17] hercle Apollinaris noster sibi videri ait, parti-

[a] *Derivationes.* [b] *Ingeniose certe.*

an non scripsit Gellius *ex ea figura dictum scripsit?*' Idem.—12 *Et hoc ab eo præt.* Copulativa nec est in edd. ante Stephanum, nec in Mss.—13 Reg. et Lugd. maj. *cetera quæ horum sunt similia.*—14 'Vett. edd. habent *participialibus.* Id ipsum notavit quoque Pater ex Schedis Lugdun. cum in Scheff. extaret *participalibus.*' Jac. Gronov.—15 Vett. edd. habent *luculento.*—16 Reg. *quæ παραγωγὰς dicunt.*—17 'Aliter ἐπιβόλως.' *Thys.* 'Contra Mstos, in qui-

culam istam postremam, in quam verba talia exeunt, vim et copiam et quasi abundantiam rei, cujus id verbum esset, demonstrare; ut 'lætabundus' is dicatur qui abunde lætus sit, et 'errabundus' qui longo atque abundanti errore sit: ceteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio hæc et extremitas[c] largam et fluentem vim et copiam declararet.

[c] *Terminatio.*

bus omnibus extat decompositum hoc, quod propterea laudabiliter ab Stephano restitutum est, quod et confirmat et explicat ex Suida in Thesauro: certe prorsus totidem literis extat in cod. Regio, (etsi inde Lambecius notaverit *enpiboloi*,) Pet. Mem. Lugd. utroque, Lincoln.' *Jac. Gronov.* Ascripsit Sciopp. *euepiboloi.*

CAP. XVI.

Quod[18] *Græcorum quorundam verborum difficillima est in Latinam linguam mutatio, velut quod Græce dicitur πολυπραγμοσύνη.*

Adjecimus sæpe animum ad vocabula rerum non paucissima, quæ neque singulis verbis, ut a Græcis, neque, si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione possunt, quam Græci ea dicunt privis vocibus.[a] Nuper etiam cum allatus esset ad nos Plutarchi liber, et ejus libri indicem legissemus, qui erat περὶ πολυπραγμοσύνης; percunctanti cuipiam, qui et literarum et vocum Græcarum expers fuit, cujusnam liber, et qua de re scriptus esset; nomen quidem scriptoris statim diximus: rem, de qua scriptum[19] fuit, dicturi hæsimus. 2. Ac tum quidem primo, quia non satis commode opinabar interpretaturum esse, si dicerem librum scriptum esse[20] de negotiositate, aliud institui apud me exquirere, quod, ut

[a] *Uno vocabulo.*

18 Conjicit Thys. *Quo.*—19 'Et cur non *scriptus*?' Jac. Gronov.—20 *Li-*

dicitur, verbum de verbo expressum esset. Nihil erat prorsus, quod aut meminissem legere me; aut, si etiam vellem fingere, quod non insigniter asperum absurdumque esset,[1] si ex multitudine et negotio verbum unum compingerem:[b] sicuti 'multijuga' dicimus et 'multicolora'[2] et 'multiformia.' Sed non minus illepide ita diceretur, quam si interpretari voce una velis πολυφιλίαν,[c] aut πολυτροπίαν,[d] aut πολυσαρκίαν.[e] 3. Quamobrem cum diutule tacitus in cogitando fuissem;[f] respondi tandem, non videri mihi significari eam rem posse uno nomine: et idcirco juncta oratione, quid vellet Græcum id verbum, pararam dicere: ad multas igitur res aggressio, earumque omnium rerum actio, πολυπραγμοσύνη, inquam, Græce dicitur, de qua hunc librum compositum esse inscriptio ista indicat. 4. Tum ille opicus[3][a] verbis meis inchoatis et inconditis adductus, virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus,[g] Hortatur,[4] inquit, nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia capessenda et ad res obeundas plurimas cum industria et celeritate: nomenque ipsius virtutis, de qua locuturus esset, libro ipsi, sicuti dicis, non incommode præscripsit. 5. Minime, inquam, vero: neque enim ista omnino virtus est, cujus Græco no-

[b] *Dicendo multinegotium.* [c] *Multorum amicitiam.* [d] *Multiplices mores.* [e] *Corpulentiam.* [f] *Cum satis diu cogitans tacuissem.* [g] *Imperitus propter ea verba quæ inceperam dicere sine ornatu, credidit πολυπραγμοσύνην esse virtutem.*

brum scriptum esse. Vox postrema non est in Reg.—1 'Mirum, unde in priores edd. venerit *absurdum durumque esset*, et abjectum demum ab Stephano. Certe in nullo id apparet ex Mss. nostris.' *Jac. Gronov.*—2 'Vett. edd. *multijugia dicimus et multicoloria:* utrumque contra Mss.' *Idem.*—3 Vett. edd. habent *opicis:* quod et ascripsit Sciopp.—4 '*Virtutem esse πολυπραγμοσύνην, Hortatur.* Vett. editt. *virtutem quidem.* C. Torn. *virtutemque.*' Thys. 'Certe hic locus perperam administratus fuit. Nam id quod esse dicitur in cod. Torn. est etiam in Reg. Pet. Mem. Lugd. maj. Lincoln. Sed in Lugd. min. est *virtutem qui esse* totidem literis. Sed insuper ante *hortatur* habet Reg. Lugd. maj. *iratus.* Hinc egregie patri patuit corrigendum supplendumque esse *virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus, Hortatur, inquit, etc.* quod plane nunc exprimendum putavit.' *Jac. Gronov.* Delph. habet, *virtutem esse πολ.*

NOTÆ

[a] *Opicus*] Id est, barbarus aut immundus; translata vox ab Opicis Italiæ populis, qui et libidine infames erant, et sermone maxime inquinato utebantur.

mine argumentum hoc libri demonstratur; neque id, quod tu opinare, aut ego me dicere sentio, aut Plutarchus facit: deterret enim nos hoc quidem in libro, quam potest maxime, a varia[5] promiscaque[h] et non necessaria rerum cujuscemodi plurimarum[i6] et cogitatione et petitione. Sed hujus, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere, quod a Græcis perfectissime uno verbo et planissime dicitur.

[h] *Et confusa.* [i] *Rerum plurimarum quales sunt istæ.*

Hortatur, *inquit*, *vos*.—5 'Primæ vett. edd. legunt *ab avaritia*.' Thys. 'Etiam sic Mss. sed apparet clarissimum mendum.' *Jac. Gronov.*—6 '*Rerum cujuscemodi plurimarum.* Ita Stephanus, ita Gronovius, aliique complures. Mihi aut retinendum videtur, quod veteres editiones tradunt, *ejuscemodi*, aut certe legendum, *cujusquemodi*.' Falster.

CAP. XVII.

Quid significet in veteribus Prætorum edictis, quod[7] flumina retanda publice redemta habent.

EDICTA veterum Prætorum, sedentibus forte nobis in bibliotheca templi Trajani,[a] et aliud quid requirentibus, cum in manus incidissent, legere atque cognoscere libitum est.

7 'Omnino scribi oportuit *qui*, prout mox in ipso edicto legitur. Et sane sic in collectione capitum edidit Stephanus pag. 569. cum pag. 299. retineret *quod*. In Mss. Regio et S. Marci est *qd*, ita ut postremæ literæ superiorem

NOTÆ

[a] *In bibliotheca templi Trajani*] Prope forum Trajani templum fuit in quo bibliotheca. Trajanus porro Romanorum imperium auspicatus est anno post Christum XCVIII. partam barbaris perdomitis gloriam concepto in Christianum nomen odio non parum obscuravit. Dum in Parthos deficientes bellum cogitat, in Ciliciam delatus æger ex alvi profluvio mortuus est anno Christi CXVII. ætatis LXIV. imperii XX. bello feliciter confecto ejus cineribus triumphus Romæ decretus est; quod uni contigit, ut de hostibus mortuus triumpharet. *Dio*, *Victor*, *Eutropius*.

Tum in quodam edicto antiquiore ita scriptum invenimus; QUI. FLUMINA. RETANDA.[8] PUBLICE. REDEMTA.[b] HABENT.[a] SI. QUIS. EORUM. AD. ME. EDUCTUS.[9] FUERIT. QUI. DICATUR. QUOD. EUM. EX. LEGE. LOCATIONIS. FACERE. OPORTUERIT. NON. FECISSE. 'Retanda' igitur quid esset quærebatur: dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus, in libro se Gavii[10] de origine vocabulorum septimo[11] legisse 'retas' vocari arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminerent,[12] aut in alveis eorum extarent, appellatasque esse a retibus, quod prætereuntes naves impedirent et quasi irretirent:[13] idcircoque sese arbitrari 'retanda' flumina locari solita esse, id est, purganda: ne quid aut moræ aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret.

[a] *Qui locaverunt operam suam publice ad purgandos fluvios.*

partem transversa linea trajiciat.' *Jac. Gronov.*—8 'Omnino legendum, *eretanda*, sicut *eradicanda*.' Sciopp.—9 'Ita habent Mssti nostri omnes, unde ita videtur Stephanus correxisse, cum antea ederetur *adductus*.' Jac. Gronov. —10 Vett. edd. habent *Caii*. Ascripsit Sciopp. *Gavi*.—11 '*Septimo*. Delet Bourdelotius ex Ms. IV. videtur legi in C. Torn. quamvis sæpe ita scribit V. ut affine sit duobus II. Itaque legi potest VII.' *Thys.* 'Equidem a solo Regio abest hæc vox, cum in aliis legatur.' *Jac. Gronov.*—12 Primæ vett. edd. *corruerent*.—13 Vett. edd. *retinerent*.

NOTÆ

[b] *Redemta*] Redimere hic est locare aliquid faciendum. Qua significatione dicitur redemtor is, qui certo pretio conducitur ad aliquod opus perficiendum.

CAP. XVIII.

Qua pœna Draco Atheniensis in legibus, quas populo Atheniensi scripsit, fures affecerit, et qua postea Solon, et qua item Decemviri nostri, qui duodecim tabulas scripserunt: atque inibi ascriptum, quod apud Ægyptios furta licita et permissa sunt, apud Lacedæmonios autem cum studio quoque affectata et pro exercitio utili celebrata; ac præterea M. Catonis de pœniendis furtis digna memoria sententia.

DRACO[a] Atheniensis vir bonus multaque esse prudentia existimatus est, jurisque divini et humani peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem, cujusmodicumque furti, supplicio capitis pœniendum esse,[a] et alia pleraque nimis severe censuit sanxitque. Ejus igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores,[b] non decreto jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu obliteratæ sunt:[c] postea legibus aliis mitioribus a Solone[b] compositis usi sunt. 2. Is Solo ex septem illis inclytis sapientibus fuit: is sua lege in fures, non, ut Draco antea, mortis, sed dupli[14] pœna vindicandum existimavit.[d] Decemviri autem nostri, qui post reges exactos[e] leges, quibus populus Ro-

[a] *Morte damnandum.* [b] *Multo atrociores.*
[c] *Non scripta consensione Atheniensium abrogatæ sunt.*
[d] *Censuit non supplicio mortis sed dupli reddendi pœna puniendum.*
[e] *Expulsos.*

14 Quædam edd. *duplici.*—15 Cod. Torn. *auferri:* et ita quoque vett. edd.

NOTÆ

[a] *Draco*] Is fuit primus Atheniensium legislator, cujus severiores leges sanguine non atramento scriptas, draconis non hominis esse dicebant: tanta scilicet fuit earum immanitas, ut in levia pariter et gravia delicta capitali pœna animadverterent, nec minus addicerent morti eum qui otii convictus esset, quam qui parricidium admisisset. Floruit XXXIX. Olymp. anno I. quo leges tulit, ante Christi ortum DCXXIV. Eum perhibent tribus versuum millibus vitæ præcepta tradidisse.

[b] *Solone*] Consule Notas in cap. 12. lib. II. et in cap. 21. lib. XVII.

manus uteretur, in duodecim tabulis scripserunt, neque pari severitate in pœniendis omnium generum furibus, neque remissa nimis lenitate usi sunt. Nam furem, qui manifesto furto prensus esset, tum demum occidi permiserunt, si aut, cum faceret furtum, nox esset, aut interdiu telo se, cum prenderetur, defenderet. 3. Ex ceteris autem manifestis furibus liberos verberari addicique[f] jusserunt ei, cui factum furtum esset, si modo id luci[g] fecissent, neque se telo defendissent: servos item furti manifesti prensos verberibus affici et e saxo præcipitari, sed pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam sarciri. Ea quoque furta, quæ per lancem liciumque[e] concepta essent, proinde ac si manifesta forent, vindicaverunt.[h] Sed nunc a lege illa decemvirali discessum est: nam si qui super manifesto furto jure et ordine[i] experiri velit, actio in quadruplum datur.[k] 'Manifestum' autem 'furtum est,' ut ait Massurius, 'quod deprehenditur dum fit: faciendi[l] finis est cum perlatum sit quo ferri cœperat.' 4. Furti concepti, item oblati, tripli pœna est.[m] Sed quod sit 'oblatum,' quod 'conceptum,' et pleraque alia ad eam rem, ex egregiis Veterum moribus accepta, neque inutilia cognitu neque injucunda qui legere volet, inveniet Sabini librum, cui titulus est, 'de furtis:' in quo id quoque

[f] *Servire.* [g] *De die.* [h] *Puniverunt.* [i] *Secundum jus ordinarium.*
[k] *Contra eum agitur ut solvat quadruplum.* [l] *Furti.*
[m] *Qui convictus est furti concepti aut oblati afficitur pœna tripli solvendi.*

NOTÆ

[e] *Per lancem liciumque, &c.*] Concipere furtum lance licioque est in aliena domo rem surreptam quærere juxta veterem ritum qui talis fuit: Rem ablatam quæsiturus nudus in alienas ædes se conferebat, ne forte tegeret sub vestibus id quod sibi surreptum esse diceret; licio tamen (quod filum est quo stamina implicantur) ad verenda præcinctus lancem præferebat, ut mulierum pudori consuleret. Tum autem si rem furtivam conciperet, ac comprehenderet, conceptum lance ac licio furtum dicebatur, atque hinc competebat concepti furti actio in dominum ædium, etiamsi furti conscius non esset. Non me fugit alios aliter explicare furta per lancem et licium concepta: verum quæ modo allata est interpretatio ceteris potior ac probabilior nobis visa est.

scriptum est, quod vulgo inopinatum est,[n] non hominum tantum neque rerum moventium, quæ efferri[15] occulte et surripi possunt, sed fundi quoque et ædium fieri furtum: condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione ejus dominum intervertisset.[o] Atque id etiam, quod magis inopinabile[p] est, Sabinus dicit furem esse hominis judicatum, qui cum fugitivus præter oculos forte domini iret, obtentu togæ, tanquam se amiciens, ne videretur a domino obstitisset.[q] 5. Aliis deinde furtis omnibus, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli. Id etiam memini legere me in libro Aristonis jureconsulti, haudquaquam indocti viri: apud veteres Ægyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperiendis solertes extitisse, et in cognitione[16] rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita et impœnita. 6. Apud Lacedæmonios quoque, sobrios illos et acres viros, cujus rei non adeo ut Ægyptiis fides longinqua est,[r] non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum memorias[s] condiderunt, jus atque usum fuisse furandi dicunt, idque a juventute eorum, non ob[17] turpia lucra, neque ad sumtum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaque rei bellicæ[18] factitatum: quod et furandi[19] solertia et assuetudo[t] acueret firmaretque animos adolescentium, et ad insidiarum astus, et ad vigilandi tolerantiam et ad obrependi celeritatem.[20] 7. Sed enim M. Cato in oratione, quam de præda

[n] *Quod plerunque ignoratur.* [o] *Qui venundato agro quem redemerat, fraudaverat dominum ejus possessione.* [p] *Incredibile.* [q] *Prætendens vestem veluti se tegeret, impediverat quominus herus cerneret servum fugientem.* [r] *Quam rem facilius credere possumus, siquidem Lacedæmonii non tantum distant a nobis quantum Ægyptii.* [s] *Libros.* [t] *Consuetudo.*

—16 Aliter *cogitatione.*—17 Cod. Torn. Reg. et Scheff. *non ad.*—18 'Non infero his verbis litem ab Mstorum codicum tanto numero et per omnes editiones probatis. Scias tamen licet in libro Thuaneo me invenisse *disciplinaque R. P.* quod notat *reipublicæ*, in qua continetur simul civilis, simul bellica ratio. In eodem codice extabat quoque non *assuetudo* in reliquis libris firmata, sed tantum *assueto*, quasi innueret *assuetio.*' Jac. Gronov.—19 Ascripsit Sciopp. *quod ex furandi.*—20 '*Et obrependi cel.* Membrana Regia pergit eodem tenore *et ad obrependi cel.* quod est Gellianum, et tam supra, quam in-

militibus dividenda scripsit, vehementibus[1] et inlustribus verbis de impunitate peculatus[d] atque licentia conqueritur. Ea verba, quoniam nobis impense placuerunt, adscripsimus: 'Fures,' inquit, 'privatorum furtorum in nervo[e] atque in compedibus aetatem agunt: fures publici in auro atque in purpura.' Quam caste autem ac religiose a prudentissimis viris quid esset 'furtum' definitum sit, praetereundum non puto; ne quis eum solum furem esse putet, qui occulte tollit, aut clam surripit. 8. Verba sunt Sabini ex libro juris civilis secundo: 'Qui alienam rem attrectavit,[w] cum id se invito domino facere judicare deberet, furti tenetur.'[x] Item alio capite: 'Qui alienum tacens[2] lucri faciendi causa sustulit,[y] furti obstringitur,[z] sive scit cujus sit, sive nescit.' Haec quidem sic in eo, quo nunc dixi, Sabinus scripsit de rebus furti faciendi causa attrectatis. Sed meminisse debemus, secundum ea, quae supra scripsi, furtum sine ulla quoque attrectatione[a] fieri posse, sola mente atque animo, ut furtum fiat, annitente:[b] quocirca ne id quidem Sabinus dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus, qui servo suo, uti furtum faceret, imperavit.[3]

[w] *Usurpavit.* [x] *Reus est furti.* [y] *Qui rapuit rem alienam jacentem quam alter amisit.* [z] *Furtum facit.* [a] *Rapina.* [b] *Sola intentione furandi.*

fra restitui.' Jac. Gronov.—1 '*Vehementius.* Cod. Torn. et vett. editt. *vehementibus.*' Thys. 'Est error haud dubie typographorum in Stephaniana, unde processit. Scias tamen ita exhibuisse codicem Memmianum, in quo codice sunt plura vel singularia vel absurda.' *Jac. Gronov.* *Vehementius* dant Lugd. Bat. Delph.—2 Aliter *jacens.* Ascripsit Sciopp. 'f. *alienum quid jacens.*' Vid. Not. Var.—3 In fine hujus capitis in quodam Ms. legitur *EXPLICIT lib.* XII.

NOTÆ

[d] *Peculatus*] Quid sit intelliges ex Notis in cap. 19. lib. VII.

[e] *Nervo*] Nervus vinculum est ferreum quo pedes et aliquando collum astringebatur.